2 diem. facit qꝺ not. hic in. §. si dominus. ¶ † Item not. quod vbi aliquis nunciat vt procurator ꝛ dubitatur de mandato tenetur cauere de rato qꝺ prosequitur hic Ang. tractando an indifferẽter quando interuenit agendo vel defendendo ꝛ similiter ex parte eius cui facta est nunciatio agẽdo vel defendẽdo. ꝛ similiter ex parte eius an habeat cauere de rato. ꝛ in effectu tangit q̃ dicta sunt in. l. de pupillo. §. fi. ꝛ ibi per Bar. in distinctione sua. ¶ In glo. super ver. remissionis. que licet in se est bona excepta scꝺa que communiter reprobatur per id qꝺ tangitur in tertia. nam eoipso qꝺ datur mandatum ad nunciandum videtur dari mandatum etiam ad remittendum prestita satisdatione vel ad defendendum dominum in causa remissionis. facit quod dictũ
3 fuit in. l. ꝛ ideo. ꝛ qꝺ ibi no. in glo. fi. ß. eo. † Et sic non est verum qꝺ requiratur speciale mandatum ad remissionem faciendam. qꝺ intellige quando vult remittere prestita satisdatione sed si velit liberaliter ꝛ gratis remittere non posset sine speciali mandato. ꝛ ita saluetur secunda lectu. argumen. l. filiusfa. ff. de dona. fateor tamen quod si peteretur remissio coram iudice ꝛ iudicialiter deberet tractari qꝺ posset defendere dominum ꝛ ad hoc videtur habere mandatum per ea que supradicta sunt. ꝛ que habẽtur in. d. l. ꝛ ideo.

Si dominus. Iste. §. legit quatuor modis vt pꝫ in scꝺa glo. huius. l. ꝛ ẽm Bart. vltima lectura que fuit Azo. est plana. ꝛ hoc intendit. Si post nunciationem intra diem comprehensum in stipulatione interposita propter noui operis nunciationẽ dominus nũciat nouũ opus
4 committit stipulatio. secus si post diem. hoc. d. ¶ † No. qꝺ donec pendet virtus stipulationis de opere demoliendo non est licitũ iterum nũciare. ꝛ ratio esse potest qꝛ cum per stipulationem interpositam sit licitum procedere in opere. l. pretor. §. deinde. ff. eo. postea sit nunciatio pendente virtute stipulationis. videtur enĩ quietari edificans qꝺ non est licitum ex quo satisdationem prestitit. vt patet in. d. §. deinde. ¶ In glo. super verbo rata in fine. primam lectu. dicit Bar. in se esse veram. sed non ad tex. qui videtur loqui quando dies fuit appositus in stipulatione noui operis ꝛ non de rato. Sed Ange. dicit qꝺ in se non videtur vera. nã interest nunciantis quod nũciatio procuratoris non habeatur rata qꝛ tunc non destruetur opus nouum post nunciationem. facit qꝺ not. in. l. non cogendum. §. fina. ß. de procura. vnde dicit qꝺ non videtur interesse aliquod quod habeat ratum nisi forte ille qui cauit pretendat interesse qꝺ cum dominus nunciat non inuenit fideiussores de nouo quos inuenire multoties est difficile. l. ij. §. fina. ß. de iudi. Sed certe si procurator receperat satisdationem de opere demoliendo satis videtur verisimile qꝺ illos eosdem poterit habere modo cum dominus nunciat. Ideo vt clare procedat hec lectu. ꝛ sequentes respectu contrarij quod tetigit Ange. potest intelligi qꝺ procurator cadit sub certa pena in qua non inspicitur interesse. l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de verbo. obligatio. Secunda etiam in se est vera: sed non applaudet litere: sed planior quarta. Tertia lectu. non applaudet tex. quia etiam post diem vigeret virtus stipulationis. ꝛ ideo non debet
5 posse post diem nunciari. ¶ † Nota tamen ex secunda ꝛ tertia qꝛ procurator constitutus ad nunciandum hoc ipso videtur constitutus ad remittendum stipulationem satisdatione prestita: ꝛ qꝛ tunc remittere potest pure ꝛ in diem: ꝛ sub conditione. Item qꝺ potest remittere sine aliqua satisdatione si infra certum tempus denunciatus probauerit se iuste edificasse. ¶ Extra glo. adde dictis Barto. primo inquantum dicit quod vbi nulla est prestita satisdatio qꝺ faciendo secundam nunciationem post primam videtur a prima recedere cum nunciatio assimiletur mãdato. l. nõ solum. §. morte. cum ibi not. ß. eo. Et per secundum mandatum videtur recedi a primo. l. si quis cum procuratorio. §. finali. ß. de procu. nam certe ille. §. finalis hoc non probat quia ibi loquitur quando secundum mandatum non continet precise idem quod primum: sed diuersum qꝛ per primum mandatum erat datus vnus procurator. ꝛ per secundum datur alius. sed hic in casu nostro vtraqꝫ nunciatio precise continet idem ꝛ videtur fieri potius ad exaggerandum ꝛ augendum desiderium nunciantis q̃ vt videatur recedi a prima sicut contingit in eo qui sepius interpellat debitorem quia non videtur recedere a prima interpellatione. l. qui rome. §. coheredes. ff. de verbo. obligationi. Et in eo qui sepius petit apostolos. l. j. ff. de libel. dimis. ꝛ in cle. quamuis rigor. de appellatio. ꝛ facit quod habetur in. l. iiij. ß. de pignora. actio. ꝛ qꝺ notat Joan. an. in. c. bone. circa princi. extra de appellatio. ꝛ quod habetur etiam in. c. Lotharius. xxxj. qꝺ. ij. ¶ Item adde secũdo inquantum tangit an si quis bis appellauit valeat secunda appellatio an prima. ꝛ tenet quod prima que rescindit pronunciatum. l. j. in fi. ad turpilia. ꝛ sic non potest amplius extingui per secundam. l. nam ꝛ si. §. rumpendo. ff. de iniusto testa. nam alia ꝛ secunda fuit opinio. Ang. contraria. videlicet quod secunda valeat ꝛ non prima dummodo vtraqꝫ fuerit facta infra tempora appellandi. mouetur quia re integra licitum fuit recedere a prima ꝛ per secũdam intelligitur recessum ab ipsa prima. allegat. l. si quis libellos. C. de appellatio. ꝛ hec dicit vera quando vna sola sententia emanauit. Sed si iudex primo tulit interlocutoriam a qua ego appellaui. ꝛ sic per eam fui exemptus a iurisditione sua: sed deinde fert diffinitiuam: non propterea intelligor renunciasse appellationi ab interlocutoria. allegat nota. per Joan. an. post Innocen. in. c. dilecto. ad fi. extra de appellatio. ꝛ pro hac opi. Ange. posset allegari si tenemus opi. Barto. de qua ß. dixi. s. quod per secundam nunciationem recedatur a prima. nam eodem modo videtur dicendum quod per secundam appellationem recedatur a prima: cum appellare secundo ꝛ recedere a prima. ꝛ nunciare secundo ꝛ recedere a prima pendeat a potestate partis. ꝛ sic videatur vtrobiqꝫ eadem ratio nisi dicas qꝛ aliud in nunciatione quia illa habet similitudinem cum mãdato: que ratio cessat in appellatione. ¶ Sed aduerte qꝛ alia fuit opinio quod vtraqꝫ teneret ꝛ esset in potestate partis quam velit prosequi. ꝛ hec fuit opinio abbatis cum qua transit Joan. an. in. d. c. bone. extra de appella. ꝛ hanc opi. sequuntur domini de Rota in suis antiquis decisionibus conclusione quingentesimasexagesimatertia. Et hec opi. forte seruaretur in foro canonico in practica propter opi. docto. iuris canonici ꝛ etiam decisionis rote in foro ciuili non libenter discedunt assessores a Barto. tamen forte de iure verior est opi. Barto. per rationem suam quia secũda nil potest operari circa ipsam sententiam ex quo prima extinxit pronunciatum. nec est verum qꝺ ferendo secundam videtur recedere a prima: quia ex quo fit super eodem videtur potius fieri ad exaggerandum ꝛ augendum desiderium appellantis q̃ vt discederetur inde per not. in. d. c. bone. ꝛ. c. lotharius. ꝛ facit quod. ß. dixi. Nec ob. l. si quis libellos. allega. per Ange. per Ange. quod licet qꝺ qui semel appellauit potest recedere ab illa ꝛ repetere libellos appellatorios ꝛ interponere secundam: non tamen dicit qꝺ interponendo secundam videatur in dubio recedere a prima ex quo super eodem appellat ꝛ ad eundem iudicem. secus forte si ad diuersum: vt si prius appellasset ad metropolitanum ꝛ postea appellat ad papam. argu. l. si quis cum procuratorio. §. fi. licet hoc vltimum non ponam omnimodo pro cõstanti. Et hec vera quando appellatio est interposita ex interuallo. sed si quis eodẽ tempore diceret sepius appello appello appello non esset nisi vnica appellatio pluries vociferata per nota. in dicto. c. bone. ꝛ. c. Lotharius. ꝛ. l. iiij. ß. de episco. audien. in eo quod ibi dicitur de eo qui dixit solue solue solue solue. licet ex equitate in casu petitiõis apostolorum triplex petitio eodem instanti facta habeatur pro
6 trina. vt. d. cle. quamuis rigor. ¶ † Et ad predicta nota qꝺ geminatio appellationis non inducat recessum a prima. bene facit qꝺ not. glo. in clemen. si ante. de dolo ꝛ contu. ¶ Tertio adde inquãtum tangit de eo qui appellauit viua voce a diffinitiua saluo iure appellandi in scriptis si postea appellet in scriptis infra decẽ. nium a tempore sententie an inspiciatur prima appellatio vel secunda. ꝛ concludit qꝺ prima quasi sit vnica redacta postea in scriptis. facit. l. vnum. ff. de testa. Nam adde qꝺ si a principio constat

de mente appellantis illa debet seruari in dubio videtur qd sit standum declarationi sue .i. debeat fieri interpretatio prout sibi est vtilius per .l. si quis intentione. ff. de iudi. Cum igitur dicta verba saluo iure appellandi in scriptis sint dubia ꝛ possint dupliciter intelligi vt ipse inserit primo vt exponantur .i. si nō appellauero in scriptis. scdo .i. saluo iure redigendi in scriptis ꝛ vtilius sit ipsi appellanti primo modo intelligi: qꝛ per hoc habebit maius tempus ad prosequendum. ergo videtur qd sic in dubio debeat intelligi ꝛ presertim si hoc declaret. Nam ꝛ hec pars etiā benignior est vt sic in dubio interpretemur non esse lapsam instātiam cause appellationis vt sic possit vnicuiqꝫ iustitia ministra-
7 ri. ꝛ sic videtur amplectenda. vt .l. benignius. ff. de legi. ¶ † Vltimo adde inquantum tangit an si pluries est facta productio sup eodem an attendatur prima productio an secūda ꝛ non decidit. nam dixit hic Ang. qd si loquimur hic de productione libelli sepius facta: tunc per scdam productionem intelligitur recessum a priori quando coram eodem iudice sunt facte ꝛ tali tempore facta est vltima qd potuit recedi a prioribus. vt qꝛ non erat aduersarius citatus iuxta id qd habetur in aut. qui semel. C. quomodo ꝛ quando iud. Adducit simile qd dixit .s. post eum de scda appellatiōe per quam videtur recedere a prima. sed certe in ipsa appellatione dixit .s. contrarium. vnde forte non procedit hoc dictum cum per secūdam productionem libelli videatur recedi a prima ꝛ sic videtur qd possit iniri prima. Si autem esset facta positio tali tempore qd non possit recedi a prima: tunc posterior productio esset nulla sm eum cum impossibile sit pluries libellari in eadem instantia cum vna sola possit ferri sententia ꝛ non plures. l. j. C. quando prouo. non est neces. Sed si coram diuersis iudicibus fierent dicte productiones: tunc quelibet pductio esset valida propter diuersitatem instantiarū ꝛ iudicum. nihil allegat sed bene facit qd no. in .l. duobus. ff. de excep. rei iudi. facit quod no. Innocen. in .c. ceterum. ꝛ .c. pastoralis. extra de rescri. Et subdit Ang. qd ille qui ita trahit aduersarium coram diuersis iudicibus super eodem perdit litem. l. j. C. de asser. tol. Sed certe illa fuit opi. quorundam. de quo per Cy. in .l. nulli. C. de iudi. Sed communiter tenetur contrarium qꝛ speciale est in casu. d. l. j. fauore libertatis. vt no. glo. in .c. ex tenore. extra de rescrip. Item quod dixit in eadem instantia non posse pluries libellari post primam ad quā fuit citatus aduersarius non videtur vera si pars contradicat. vnde si pars non contradicit ꝛ prime productioni respondit ꝛ litem est contestatus. Et similiter si scde respondet ꝛ est litem contestatus imputet sibi. nam ex hoc videtur qd erit duplex instātia ar. l. properandū. C. de iudi. ꝛ eius qd no. Inno. in .c. cum contingat. de offi. deleg. ꝛ d. c. ceterum. ꝛ .c. pastoralis. de offi. dele. introducendo aūt pluries eandem exceptionem vel idem instrumentum infra tempus permissum dicit per scdam non videri recessum a prima: sed potius per illam augeri suum desiderium. vt in simili dixi. ff. de sepius interpellante. ꝛ arg. l. legata inutiliter. ff. de lega. j. ꝛ .l. non omnis. ff. si certum peta. Et respondet ad hūc tex. videtur velle qd dominus qui semel nunciauit non possit iterū nunciare. nam hoc contingit qꝛ ex prima nunciatione est ius sibi perfecte quesitum. ꝛ sic per secundam amplius fieri non pōt: non tamen negat quin nunciatio scda sit aliqua licet per secūdā non augeatur nunciatio. alle. simile de eo qui legat sepius idem: qꝛ per vltimum legatum confirmatur primum licet sepius non debeatur. l. qui aliud. §. rerum. ff. de vsufruc. Sed certe vt dixi. ff. alia est ratio tex. inquantum prohibet secundam nunciationem post primam qꝛ prohibet pendēte virtute satisdationis propter quam reus non videtur inquietari cuius contrarium fieret per secundam nunciationem. facit. l. pretor. §. deinde. ff. eo. ¶ Et tene menti quod dicit hic Barto. de procuratore appellante ab interlocutoria quod teneatur prosequi ad limitationem. l. inuitus. ff. de procuratoribus. Et quod dicit hic de vinculo sententie posse multiplicari super eodem quia non videtur ad sui efficaciam requirere interesse per .l. papinia. §. si quis ex his. ff. de inofficioso testamento.

a ¶ Nō valet. Adde etiā qd iudex nō potest reuocare interlocutoriā que ptē grauat pte absente. ꝛ de hac materia Inno. ꝛ Jo. an. in ca. auditis. de pcurato. Inno. in .c. querelā. eo. ti. Bar. in .l. qd iussit. de re iudi. et in .l. consentaneū. C. quomodo ꝛ quādo iu.

Si in remissione. In iudicio remissionis petite si procurator nunciātis interuenit: ꝛ de eius mandato dubitatur non auditur sine cautione de rato. hoc dicit.

Qui viam. Quia habet seruitutem vie nō potest nouum opus nūciare: sed dꝫ seruitutem vendicare. h. d. ¶ In gloss. mag. in fi. ꝛ sic ponit quatuor solu. quintam posuit in .l. ij. qd est differentia inter predium vrbanum ꝛ rusticum. sexta colligitur hic ex glo. in versic. edificat .s. quod loquatur in reficiente. ꝛ hanc tenet Bar. dicens quod domino reficienti non potest nunciari. secus si de nouo faciat. ꝛ secus dicit econtra si dominus velit nunciare habenti seruitutem ꝛ reficiēti viam per .l. iij. §. pe. ff. de iti. actuqꝫ priuato. Sed in reficiente riuum indistincte non fit nunciatio. sed vt dixi. ff. in .l. ij. hec solutio minus restringit hāc legem ideo dedi septimam de quo dic vt ibi. ꝛ adde quod. dixi in .l. si creditori. supra eodem.

Summarium.

1 Edificatum nunciatione per pretorem remissa quo interdicto demoliatur.
2 Sententia per interlocutionem parte absente lata est inualida.

1 **Si opus.** † Edificatum remissa nunciatione p pretorem non demolitur per hoc interdictum. h. d. ¶ Nota quod dixi in summario. dicit tamen hic Ang. qd poterit demoliri per interdictum quod vi aut clam. vel aliud remedium si veritate inspecta fuerit iuste edificatum. ¶ In glo. ij. in fi. aduerte qd secundum primam sol. non destruetur factum prima nunciatione secundum secundā
2 non destruetur factum post satisdationē. ¶ † Extra glo. tene menti dictum Bar. qui vult qd sententia per interlocutionē per quā
a generatur preiudicium parti lata parte absente non valet [a]: sꝫ cōtrarium tenet Inno. ꝛ Jo. an. post eum in .c. auditis. extra de pcu. potest saluari vtrunqꝫ dictum qd si est interlocutoria que non affert preiudicium parti vel saltim minimum. argu. l. scio. ff. de resti. in integ. tunc procedat dictum Inno. facit .l. qd si interpellatur §. j. ff. de arbi. alias procedat dictum Bar. per .l. a procedēte. C. de dila. vbi videtur casus qd debet fieri causa cognita. ꝛ sic parte presente: vt ꝛ ibi sonat litera. facit .l. in cause. §. causa cognita. ff. de minorib⁹. ꝛ idem qd no. Inno. in .d. c. auditis. voluit etiam ipse idē in .c. querelam. ad fi. eo. titu. allega. quod habetur in .c. fi. extra de offi. ordi. ꝛ qd habetur in .l. qd iussit. ff. de re iud. Sꝫ certe dicta iura illud nō probant si bene inspiciantur. nam licet dicta .l. qd iussit. dicat posse reuocari interlocutoriam: non tamen dicit an illud possit fieri vel illa fieri parte absente ꝛ non citata. Et similiter dictum .c. fi. licet dicat qd super incidentibus non sit cōtestanda lis: non tamen dicit qd super quolibet incidenti possit iudex interloqui parte absente.

Si procurator. ¶ Spreta nunciatiōe pcuratoris edificatum venit destruēdū. h. d. ¶ No. ex tex. cum glo. j. qd idem est nunciare nouum opus qd prohibere edificantem. ꝛ sic non est fienda vis in verbis dummodo idem importent. facit qd no. in .l. de pupillo. §. meminisse. ff. eo. ¶ In glo. ij. in fi. Bart. hic contradicens qd ex quo persona fuit prohibita: ꝛ sic personaliter ꝛ non impersonaliter facta est nunciatio: vꝫ ne quid operis fiat quod tunc non habet locum hoc edictum. Sed potes saluare gl. ratione persone prohibite qꝛ contra ipsam competet interdictū quod vi aut clam ꝛ hoc interdictum. facit optime .l. non solum. §. hoc iure. ff. eo. titu. vbi per glo. videtur casus: sed respectu successoris prohibitio fuit personalis ꝛ directa ad personam fateor quod non competeret tunc hoc interdictum: an autem tūc competeret interdictum qd vi aut clam. dic vt in .l. vim facit. §. tam diu. ff. qd vi aut clam. ꝛ per Bar. ff. eo. l. fi.

Edibus. ¶ Si nunciatur vni dominorum in loco eorum nūciatio ligat omnes etiā quo ad impensam si de volūtate oīm edificat alꝛs respectu impense ligabit illum solum de cuius voluntate edificatur. hoc dicit.

Sciendum. Nota secundum verum intellectum quem hic sequitur Bart. qd absolutoria lata super executione noui operis non parit exceptionē re iudicate in iudicio ordinario intentando. et secundum hoc habes qd exceptio rei iudicate super aliquo deducto in modum cause non obstat in alio iudicio principaliter intentato. de quo tractatū fuit in .l. de pupillo. §. si is cui. ff. eo. ꝛ per hoc patet qd glo. j. hic posita non fuit necessaria que voluit remissionē factam propter cautionem prestitam etiā si iudicialiter sit petita remissio ꝛ obtenta per sententiam per ea que supra dixi. ꝛ hoc sequit hic Bar. pendet tamen hoc a dubio de quo tetigi in .d. §. si is cui.

Summarium.

1 Actus contra prohibitionem factus est ipso iure nullus.
2 Expressum dicitur qd tacite inesse reperitur.
3 Nunciatio remittitur satisdare parato.
4 Ratihabitio in maleficijs locum habere potest.
5 Decus ciuitatis edificia speciosa.
6 Clausula in vno legis capitulo posita in alio non censet repetita.
7 Paciscens super iure publico repellitur.
8 Mora vltima nocet.

Pretor ait. In hoc principio ponūtur verba pretoris a dicto testium. et hoc sit loco summe. ¶ Nota ex tex. formam nūciationis quia debet impersonaliter concipi ne quid noui operis fiat fateor tamen qd si impersonaliter fiat ligabit facientē per not. in .l. non solum. §. si cum iure. ff. eo. ꝛ quod dixi. ff. eo. l. si procurator.
1 ¶ † Item nota qd vbi aliquid prohibetur sub pena si contra fiat

redditur

redditur actus nullus: et hoc clarum quando ipsa pena est idem quod nullitas actus. Si autem esset pena extrinseca an tunc prohibitio sub pena extrinseca inducat nullitatem actus. tetigit hic bar. melius quam alibi. et notabiliter loquitur. de quo etiam in. l. non dubium. et aliquid glo. in cle. prima. de iure pa. facit quod plene tetigi in. l. cum lex. ff. de fideius. ¶ In glo. j. in fi. et sic vult glo. quod sint tantum duo capita. s. prohibitorium demolitorium seu restitutorium. Sed Ang. hic dixit quod fuerunt tria capita. s. permissorium nunciationis. l. j. s. eod. Et illud proprie appellatur edictum secundum eum cum non loquatur per verba necessitatiua: sed permissiua. aliud est prohibitorium et istud subdiuiditur in duo membra: quia per vnum subuenitur nunciati vt contra nunciationem nihil fiat et de hoc loquitur hic per aliud subuenitur nunciato ne vis fiat sibi edificanti prestita satisdatione de opere demoliendo. et de hoc loquitur. ff. e. §. deinde tertium caput est demolitorium seu restitutorium. et de isto loquitur hic. Et quod sint tria capita alle. gloss. in. l. de pupillo §. meminisse. s. e. Sed aduerte quia Ange. videtur voluisse quod caput permissorium sumatur ex hoc edicto. imo ex illo de quo hic. Sed certe non est verum quia imo sumitur ex isto tacite ex mente eius vt patet ex his que dicta fuerunt in. l. j. in prin. s. eo. et que habentur
2 ff. proxi. §. ¶ †No. ex tex. coniuncta glo. quod illud dicitur expressum
a quod tacite inest et ex mente[a] colligitur. et sic facit quod quicquid est ex mente necessario inclusa in verbis dicatur esse ex verbis legis vt sic competat directa actio et non vtilis. facit. l. nominis. §. verbum ex legibus. ff. de verbo. sig. vbi autem hoc necessario non contingit sed coniecturatiue quod est vbicunque verba legis extendimus ad alium casum non comprehensum in verbis tunc oritur vtilis. facit. l. fi. §. si quadra. paupe. fecisse dica. et quod no. in. l. curatoris. C. de nego. gest. et super rub. ff. de rei vendi. et facit quod plene dixi in. l. si vero. §. de viro. s. sol. matri. Et hoc est vtile secundum Ange. quo ad appellantem ab interlocutoria quia si allegat vnam causam grauaminis secundum eum necessario comprehensam in verbis dicetur sigillatim non extinguere vt sic appellatio procedat secundum cle. appellanti. de appel. de quo dic vt ibi. ¶ In glo. prima in fi. de hac materia in qua differat edictum ab interdicto. dic vt dixi in. l. j. in princi. s. eo.

Ait pretor. Nota quod in dubio parendum est superiori de quo aliquid in. c. ad aures. extra de temporibus ordina.

3 **Si quis fuerit.** †Nota quod parato satisdare remittitur nunciatio. et sic operatur hoc casu. et idem est fideiussorem offerre quod realiter satisdare. Aduerte tamen quia tenetur offerens fideiussorem illum secum habere quando offert satisdationem per. l. si decem. §. idem respondit. ff. de sol. et similiter offerens pecuniam debet illam secum habere alias non sufficit verbo offerre se paratum soluere vel satisdare. et ita intellige. l. acceptam. C. de vsuris. et. l. ob signationem C. de solutio. fallit tamen vbi quantitas non esset liquida. nam tunc sufficit dicere offero me paratum soluere quod dico et realiter offerre partem liquidam. et pro residuo offerre fideiussorem. facit lex statuliber rationem et. l. seruus si heredem. in fine. ff. de statulibe. Item fallit in casu. l. si residuum. cum sua glossa. C. de dist. pigno. et in. l. finali seu penul. alias. l. fundus. s. de rescinden. ven. et subdit hic Ange. quod qui tenetur satisdare implet quod debet si satisdat alteri recipienti pro illo. et sic non est necesse quod vadat ad domum illius: sed sufficit quod per actionem mandati possit facere sibi cedi actionem. allegat tex. nota. in. l. prima. §. penul. infra quorum legatorum. quod dicit menti tenendum. Tu pondera quod ibi dicit de actione mandati. et sic forte non sufficeret promittere negotiorum gestori. nam verisimiliter potest haberi copia procuratoris quam alterius qui gestorio nomine accepit satisdationem. et circa hanc materiam obligationis vide quod notat Barto. in. l. finali. s. de distractio. pignorum. et in. d. l. acceptam. et quod plene dixi in lege si mora. ff. soluto matrimonio. et in. l. si seruus communis. ff. de vulgari et pupillari. et facit etiam ad materiam quam not. gloss. in. c. cupientes. §. si vero. in glossa contempserint. de electio. in. vj. ¶ In gloss. super verbo satisdare. in fine. hec opi. Placen. est bona si nuncians nihil dicit. argumen. l. si is a quo. infra vt in possessio. lega. Sed si diceres sum contentus vadamus ad iudicem non posset tunc edificari infra tres menses nisi forte periculum esset in mora per notata in. l. de pupillo. §. si quis riuos. s. eodem postea poterit prestita satisdatione. Si autem ille cui fit nunciatio offerat satisdationem: tunc si aduersarius tacet vel etiam simpliciter recusat: vel etiam acceptat potest statim edificari. facit quod habetur. ff. eadem. l. §. hoc autem interdictum. sed si recuset dicendo quod non vult satisdationem: et hodie constat: hodie agatur. tunc infra tres menses non possint edificare nisi periculum esset in mora: sed postea sic prestita satisdatione. et ita intellige. l. finali. C. de edificiis priua. Et hoc quando edificatur in priuato. si autem in publico dic vt habetur. ff. eodem. §. hoc autem interdictum. ¶ In glossa super verbo remitti in fi. imponuntur quatuor solu. sed iunge secundam et tertiam secundum Dy. et Bar. prout etiam coniunxi supra super glo. super verbo satisdare.

Hoc interdictum. Hoc interdictum demolitorium perpetuum est et datur heredi nunciantis et ceteris successoribus. in heredem vero non datur nisi quatenus ad eum peruenit: vel dolo eius factum est quo
4 minus peruenerit. h. d. ¶ †Nota quod in maleficiis ratihabitio locum habere potest. facit. l. j. §. quoties. ff. de vi et vi armata. et sic tunc fingitur factum per ratum habentem. et de materia fictionis dic plene per Bartolum in. l. si is qui pro emptore. ff. de vsucapio. et facit quod habetur in. l. bonorum. ff. rem ratam haberi. ¶ In glossa super verbo perpetuo. ibi vsque ad. xxx. annos. hec expositio secundum hec tempora digestorum secundum que non erat cognita talis prescriptio. l. iulia. alias. l. non solum. s. ex quibus causis maiores. et. l. qui occidit. s. ad legem aquiliam non potest procedere. sed hodie sic secundum iura. C. secundum que fuit hec prescriptio inuenta. l. sicut. et. l. eius. C. de prescriptio. xxx. anno. Et aduerte quod hoc interdictum durat perpetuo quatenus non est penale. sed quatenus est penale respectu impense an detur tunc perpetuo est opinio. nam Ange. tenuit quod non cum actiones pretorie penales non durent vltra annum. l. in honorariis. ff. de actio. et obligatio. Sed Barto. hic tenuit oppositum per hunc textum qui simpliciter loquitur vt sic videtur indistincte intelligi debere. Nec obstat. l. in honorariis. quia ibi ponitur regula que fallit in casu isto propter contemptam maiestatem pretoris sicut et alias: fallit in actione furti manifesti odio ipsius delinquentis. vt nota. in. d. l. in honorariis. Et hec ratio generalis siue fuerit iure edificatum siue non spreta nunciatione sed si fuisset iure edificatum posset tunc succedere alia ratio quia istud interdictum competit tunc in locum confessorie et negatorie que competebant perpetuo vt demoliretur opus expensa edificantis. ¶ In glossa successoribus in fi. Et hoc ideo quia hoc interdictum est in rem scriptum sicut et alia interdicta. l. ij. ff. de interdictis. ideo transit ad singularem successorem. secus in actione mere personali per id quod habetur in. l. possessio. §. et si possessio. ff. de acquirenda possessio. de quo plene per Dynum et Barto. in. l. si tertius. §. si quis prius. ff. de aqua plu. ar. et aliquid in. l. fluminum. §. adiicitur. ff. ti. j. ¶ In glo. super verbo interdictum. ibi pro his operibus. caute loquitur glo. quia non dixit quod casu huius. §. omnia ista remedia haberent locum: seu quod in vno et eodem casu haberent locum. nam secundum diuersitatem casuum et eius de quo queritur adaptatur remedium. Et sunt aliqua remedia ex parte nunciantis de quibus tetigit hic glo. excepto quarto quod est ex parte nunciantis. alia addidit etiam hic Bar. et alia sunt etiam ex parte nunciatis de quibus hic per eum.

a ¶ Ex mete. Adde bar. in. l. j. s. de vul. et pu. et in. l. annu. C. de ne. ge. Ang. hic.

Deinde. Hic ponuntur verba edicti pretoris ex quibus declaratur quando competat interdictum nunciato ne fiat vis ei edificanti. et hoc sit loco summe. ¶ No. quod nunciato post satisdationem prestitam nuncianti de opere demoliendo vel si per eum nunciantem stet quominus detur competit sibi interdictum ne vis fiat ei edificanti.

Hoc autem. Interdictum ne vis fiat ei edificanti competit ei qui satisdedit: vel satisdationem detulit si edificat in priuato. secus si in publico. hoc dicit. Et idem
5 in priuato si non perseuerat satisdatio. hoc dicit. ¶ †Nota quod ad decus et ornatum ciuitatis spectat non derelinqui edificia.
6 ¶ †Item not. quod clausula posita in vno capitulo legis non semper intelligitur repetita in alio capitulo: vt patet ex textu isto in §. hoc autem in toto. §. deinde ait pretor. et iuncta. l. de pupillo. §. si is cui. s. eodem. de quo per Bartolum in. l. pretor. §. erit. ff. vi bonorum raptorum. et etiam aliquid hic tangit. Nam istud hic non contingit quia non est eadem ratio vtrobique vt colligitur hic ex versicu. nec permittendus fuit. iuncta. l. iij. §. plane. ff. quod vi aut clam. ¶ Item nota quod vbi debet satisdari non sufficit promitti sine fideiussore. nec sufficit etiam promissum esse cum fideiussore si non perseuerat satisdatio. facit quod habetur in. l. si is a quo §. finali. vt in possessione legat. et in. l. si mandato titii. §. finali. s. mandati. ¶ In glossa super verbo adiicitur. in fine. Nota bene glossam que vult quod taciturnitas ipsius cui oblata est satisdatio sibi preiudicet. facit ad ea que tetigi in. l. non solum. §. finali. s. eodem. ¶ In glossa super verbo non erit. ibi tertii. hec vera. et facit lex secunda. §. si quis a principe. ff. ne quid in loco publico.
7 ¶ In eadem glossa ibi exceptione repellatur. †Nota bene ex glossa quod paciscens super iure publico repellitur. cuius contrarium not. glossa in. l. iuris gentium. §. si paciscar. s. de pact. Sed dic quod ista procedit quando iure permittente pactus est. facit l. non solum. §. si cum iure. s. eodem alias procedat glossa contraria. Et nota bene ex glossa quod iudex interponit officium suum etiam non petitum ad publicam vtilitatem. de quo plene in. l. iiij. §. hoc autem. ff. titulo primo. ¶ In eadem glossa in fine hec quarta est notabilis. et ex illa habes quod vbi nunciatur edificanti in publico causa sui iuris conseruandi quod debet ei satisdari nec

sufficit repromitti. Et facit ad ea que dixi in. l. non solum. §. si cũ iure. s. eo. non intelligas tamen qd etiam si prestita sit satisdatio possit tamen edificans in publico agere hoc interdicto quia hoc non est verum vt patet ex hisque supra dixit glo. ¶ Extra glo. tãgit hic Barto. an hoc interdictum ne vis fiat edificanti habeat locum pro edificijs factis in rure. nam videtur quod non quia cessat ratio posita in. §. hoc interdictum. Sed contrarium tenet per. l. j. §. siue autem. s. eo. Sed certe ille. §. hoc non probat q licet permittat nũciare nouum opus: siue fiat in ciuitate: siue in rure: non tamen dicit hoc interdictum cõpetere pro edificijs factis in rure. pro hoc allegat q verba pretoris. §. deinde. sunt generalia: ⁊ sic generaliter intelligenda per not. in. l. item. §. tignum. s. de rei vendi. Sed certe secundum hoc sequitur qd lex generalis non restringitur per rationem qd videtur cõtra. l. adigere. §. quãuis. j. de iure patro. Et sic non videtur hoc esse sine scrupulo. vnde forte posset dici qd ratio posita in. §. hoc interdictum. satis possit adaptari quia etiam ad decus vrbium pertinet edificia in rure derelinqui tanquam membri sui: sicut etiam ad ornatum capitis spectat ornatus membrorum. demonstratum autem restringit dictũ aliquid per Jaco. de are. in. l. j. j. solu. matri. ⁊ Bar. in. d. §. quãuis ⁊ plene dixi in. l. si vero. §. de viro. j. solu. matrimo.

8 **Si aliquando.** †Ultima mora nocet. h. d. Inducitur tex. iste ad questionem illam si aliquis est citatus vt compareat infra sex dies quorum duo assignantur pro primo ⁊ duo pro secundo ⁊ reliqui duo pro tertio ⁊ peremptorio termino. an si comparet reus in primo et non actor ⁊ in vltimo comparet actor ⁊ non reus censendus sit reus contumax. de quo hic per Jac. de are. ⁊ per Bar. in. l. qui ante calẽdas. j. de verbo. obliga. ⁊ ibi de hoc plene dixi. ¶ In gloss. super verbo cessat in. l. plane. hec vera quia datur hoc interdictum contra impedientem ad interesse quod licet non sit pena ex parte agentis est tamen ex parte conuenti. ideo non dat post annum cum actiones pretorie reales regulariter non durent post annum. secus tamẽ in interdicto demolitorio quod durat perpetuo licet sit pena le propter contemptam maiestatem pretoris. vt. s. ea. l. §. hoc interdictum. Et tene menti quod hic dicit Bart. de officio iudicis. videlicet qd sibi non prescribitur quando non habet causam ex iure de preterito: sed ex iure quod semper constat. vt est videre in nunciatione noui operis que fit per pretorem. quod nota propter limitationem eius quod habetur in. l. sicut. C. de prescrip. xxx. anno. ⁊ facit quod nota. per Joã. an. in. c. fi. de consue. in. vj. ⁊ quod nota. etiam per eundem in. c. priuilegia. de priuile. licet videatur aliqualiter sibi ipsi contradixisse in dictis duobus locis de quo consueuit in. d. c. fi.

Summarium.

1 Denuncians edificare volens impune in loco priuato satisdare debet.
2 Satisdatio offerri debet.
3 Nuncians coram suo iudice debet cauere.

Stipulatio. Satisdatio de opere demoliẽdo prestanda est nuncianti pro iure quod asserit sibi cõpetere. hoc dicit. Et diuidit hec lex in sex partes. Nam primo ponit quãdo interponatur stipulatio. Secũdo ponit effectum stipulationis ex vtraq parte. Tertio quando committatur. Quarto pro quo opere. Quinto ad quid. Sexto ponit quid iuris quando plures sunt illi quibus nunciatur. vel etiam nunciantes. Secunda ibi: si quis aũt. Tertia ibi: habet autẽ. quarta ibi: opus. quinta ibi: scire. sexta ibi que
1 situm. ¶ †No. qd denuncians volẽs edificare impune in loco priuato debet satisdare vel satisdationem offerre. alias edificatum post nunciationem veniet destruendum. ⁊ hoc sit loco summarij
2 §. si quis. ¶ †Item nota quod debet offerri satisdatio: ⁊ sic fideiussor: ⁊ per consequens debet ibi esse in presentia fideiussor: alias enim non diceretur proprie offerri fideiussor: sed potius se offerre paratum dare ⁊ illud non sufficeret. facit. l. qui decem. §. idem responsum. j. de solu. ⁊ qd dixi. s. l. prori. §. si quis paratus. ⁊ qd no. Lap. in suis additionibus in cle. dudu. de sepul. vbi in simili dicit quod non potest dici presentari persona nisi sit presens. ¶ Itẽ nota quod quis tenetur offerre etiam si alius non interpellet de quo aliquid cum glo. de forma aũt stipulationis ⁊ satisdationis de qua hic tetigit glo. prima. ⁊ plenius in Specu. in titu. de satisdatione. §. ex toto. ver. ceterum. ⁊ ibi etiam in sequenti ver. concludit qd si denunciatur nouum opus clerico debet cauere coram iu
3 dice clerico non laico. †Et similiter nuncians debet coram suo iudice cauere non coram iudice nunciantis secundum Ange. allegat no. in Specu. eo. titu. §. finali. versiculo quid si clericus. et eodem titulo. §. viso. versiculo si igitur. Sed certe nõ videtur super hoc multum instandum q ista cautio prestatur extra iudicium ⁊ prestatur de opere demoliendo si apparebit iniuste edificatum.

Fateor tamen quod iudicium non poterit agi cum clerico nisi coram suo iudice. ⁊ facit quod habetur in tex. in. l. fi. in fi. C. de edifi. priua. ¶ In glo. super verbo offerre. in fi. Sol. hic tenet offerre si vult excludere ius iam quesitum aduersario ex nunciatione: sꝫ in contrario non erat legatario quesitum ius retinendi quia illicite occupauerat vt ibi patet. ⁊. l. j. eo. titu. ideo non est necesse ipsi legatario offerri satisdationem: sed sufficit quod ipsi petenti mora non fiat. vbi autem quis ex eo quod habet offerre vult consequi actiones contra alium deberet prius offerre. l. iul. §. offerri. s. de actio. emp. Et sic vides quod in duobus casibus tenetur qs offerre. Primo quando vult excludere ius iam quesitum aduersario. Secundo quando vult actionem vel exercitium actionis consequi ex suo implemento. vt. d. §. offerri. ⁊. l. ex placito. ⁊. l. rebus. C. de rerum permu. tenetur etiam quis offerre quando esset in mora per diei lapsum vel interpellationem. l. magnam. C. de contra. ⁊ commit. stipu. ⁊ facit quod dixi in. l. si mora. j. solu. matri. Et secundum predicta intelligi debet qd no. glo. in decre. cupientes. §. si vero. in ver. contempserat. de elec. lib. vj.

Summarium.

1 Stipulatio de opere demoliendo quando committatur.
2 Stipulatio quando demum committenda sit.
3 Statutum puniens facientem opus in alieno quando locum habeat.
4 Cogi ad factum quandoq quis potest.
5 Uasallus debet iuramentum prestare omnibus heredibus a domino relictis.

Si quis autem. Stipulatio de opere demoliẽdo vt ex ea agi possit committitur cum iudicatur esse edificatum. iniuste
1 autem res non defendit. h. d. ¶ †No. quãdo committatur stipulatio de opere demoliẽdo. ¶ In glo. super verbo cõditionem. in fine. Sol. quod hic intelligitur tacita conditio ex virtute contrahẽtium: sed si in contrarijs subintelligeretur esset preter propositum ⁊ mentem contrahentium. ideo non subintelligitur. ¶ In glo. super verbo iudicatum. ibi ⁊ ita est necesse agi. cõmuniter hoc reprobatur quia propter hoc sit necesse agi secundo iudicio ex stipulatione cum in primo habeatur etiaꝫ ratio damni ad interesse. l. loci corpus. §. in confessoria. s. si serui. vendi. ⁊. l. nõ solum. de rei vendi. vnde contra ipsum principalem non est necessarium aliud iudicium: sed contra fideiussorem si principalis non sit soluendo erit alio iudicio agendum ex stipu. secundum docto. ¶ Tu adde quod si ista stipulatio fuit interposita extra iudiciuꝫ ordinarie erit agendum contra fideiussorem: sed si fuisset interposita in iudicio: ⁊ sic de illa iudicialiter constaret iudici tunc fieret executio ipsius stipulationis summarie contra ipsum fideiussorẽ ostensa sententia lata contra principalem secundum no. per doct. ⁊ maxime Barto. in. l. j. j. de iudi. sol. ⁊ in. l. fi. C. de vsur. rei iudi. ⁊ in. c. j. extra de iniurijs ⁊ damno dato. ¶ Item aduerte quia dixit hic Barto. quod non sufficit obtineri in confessoria nisi etiam apparet nunciantem fuisse in possessione vel quasi tempore nunciationis. alias nunquam videtur stipulatus secundum eũ. mouetur quia si nuncians non erat in possessione: sed nunciatus nõ
2 debuit inquietari in sua possessione. l. pe. j. de aqua quoti. †Item quia stipulatio debet committi demũ quãdo si iudex fuisset agnitus causa cognita non remisisset nunciationem: sed hoc casu remisisset si reperisset nunciatum possessorem. vt. d. l. penulti. Sed hec opi. non placet quia contra istum tex. cum glo. nec videtur veruꝫ quod sit necesse nunciatum esse in possessione vel quasi tempore nunciationis dummodo oppositum nõ sit manifestum seu notorium per. l. de pupillo. §. meminisse. s. eo. ⁊ sic etiam sensit ipse idẽ Barto. in. d. §. meminisse. ⁊ infra eadem. l. §. si quis ipsi pretori. in xiiij. q. nec obstat rationes sue. nam prima non obstat: quia dicta l. penul. loquitur cum iudici constabat de possessione. hic autem loquitur quando nunciatio fit tempore quo iudici non constat. Item non ob. secunda ratio q procederet cũ iudex remisisset perpetuo ⁊ non temporaliter nunciationem. Sed in casu suo solum temporaliter remitteret. videlicet donec constaret de proprietate arg. no. in. d. l. penul. ideo nimirum si stipulatio ista committitur que respicit iustitiam proprietatis ⁊ iudicium confessorie vel negatorie quod est iudicium proprietatis vt hic dixit glos. ¶ Ultimo extra glo. tangit hic Bar. an quando quis vult venire ad pignorum possessorem sufficiat actum esse contra principalem ⁊ in actis retulit nuncius se nihil reperire decretum per ipsum debitorem seu de bonis ipsius debitoris an sufficiãt. an sup hoc requiratur aliqua pronunciatio. ⁊ tenet qd sic licet Ja. bu. teneat oppositum per tex. cum glo. in. l. pe. §. j. ff. ad trebel. ¶ Tu adde qd licet opi. Bar. sit tutior: tamen forte opi. But. verior est per. d. l. penul. §. j. cum sua glo. nec est verum qd in casu illius. l. requiratur pronunciari heredem esse contumacem quia nec litera: nec glo. illud ibi dicit

ibi dicit.imo glo.innuit oppositum.nec ob.hec.l.qꝛ hic loquitur in conditione que habet secum intermixturam videlicet an sit iuste edificatum vel non.ideo vt illa verificetur debet super ea pronunciari:⁊ maxime qꝛ hec stipulatio videtur esse in effectu de iudicato soluendo.ideo nimirum si ad eius commissionem requirit iudicatum esse.Sed questio nostra loquitur in conditione cō sistente in mero facto.videlicet an aliquid sit in bonis debitoris. ¶Item non obstat.l.incerti.C.de interdic.⁊.l.exitus.j.de acqr. poss.qꝛ ibi non poterat aliter procedi nisi prius declaretur quis esset possessor ex quo vterqꝫ se contēdebat possessorem ⁊ dominū nam alias non posset apparere quis sustinere deberet partes possessoris in petitorio.que ratio cessat in casu nostro.Nō ob.l.ignoti.C.de his que in frau.cre.qꝛ alio casu loquitur.nec etiam ibi sententiam necessariam super excussione bonorum. ¶Item nō ob. l.sed ⁊ si possessori.§.pe.cum sua glo.s.de iureiur.qꝛ illa glos.non dicit probationem facere rem manifestam.nam cōtrarium videtur verum de iure per.c.cum olim.de verbo.sign.sed dicit ex probatione non oriri actionem.Item non ob.c.iudex.de offi.dele.in vj.quia licet quo ad effectum de quo ibi dicitur requiratur sentētiam ferri super suspicione:non tamen negatur quin per probationem sit facta manifesta suspicio.Et preterea alio casu ibi loquitur ⁊ ad alium effectum.⁊ pro opi.Bar.etiam facit quia si debitor est condemnatus ⁊ petitur executio in bonis eius iste processus sit principaliter contra debitorem licet in consequentiam noceat pignorum possessori vel fideiussori si nuncius referat non reperiri de bonis.Et sic videtur qđ preiudicet ipsi pignorum possessori ⁊ fideiussori etiam dato quod non fuerunt citati.per no.per glo.in.l.de vnoquoqꝫ.j.de re iudi.licet cautius esset etiam eosdē citari si sua putauerint interesse statuta communiter dant formā in excussione fienda.⁊ ad materiam facit qđ dixi in.l.decem.j.de verbo.obligatio.

Opus autem. Interdictum demolitorium vt competat est necesse qđ opus factum ali-
3 quam speciem operis habeat.hoc dicit.¶†No.argu.quod si statutum puniat facientem opus in alieno nō habeat locum nisi id quod fit habeat instar operis secundum Ange.¶In glos.super verbo instar.ibi vel facta.hec vera quia quo ad partem prohibitoriam non est necesse qđ habeat instar operis vt p̄ssit fieri nunciatio.vt etiam voluit glossa in.l.de pupillo.§.nunciationem.in ver.incohet.s.eo.Sed quo ad interdictum demolitorium procedat iste tex.¶In eadem glo.in.§.cepisse.sol.secundum Dy.qđ ille tex.concordat si bene inspiciatur vt voluit glossa in.d.§.nūciationem.Tu potes soluere vt ⁊ sequens contrarium.nam ad.l.⁊ si non sunt potest respōderi qđ ibi agitur de fauore.ideo ampliatur hic de odio.ideo restringitur.argu.l.cum quidam.s.de liberis ⁊ posthumis.

Siue autem. Ponit ad quid committatur stipulatio de opere demoliēdo si appareat in-
4 iuste edificatum.⁊ hoc sit loco summe.¶†No.casum in quo quis potest cogi precise ad factum.⁊ hoc ideo est qꝛ factum erat in obligatione ex dispositione legis vel hominis subrogata loco dispositionis legalis.alias non potest quis regulariter precise compelli ad factum.dic.vt plene no.in.l.stipulationes non diuidūtur.ver.celsus.⁊ ibi de hoc.j.de ver.obli.¶Item no.qđ in obligationibꝰ facti post moram succedit obligatio ad interesse.de quo in.d.ver.celsus.¶In glo.super verbo siue.in fi.de hac materia ⁊ quando quis possit precise cogi ad factum.dic vt plene no.in.d.ver.celsus ⁊ ibi tetigi vbi dixi forte posse defensari opi.Dy.qđ quādo est electa industria possit quis precise cogi ad factum per.l.inter artifices.j.de sol.⁊ per hanc glo.⁊ qꝛ non videtur induci principaliter species seruitutis cum non obliget se ad morandum in isto loco vel illo:sed ad scribendū ⁊ licet si non soluat possit carcerari istud contingit propter eius culpā ⁊ moram in non soluendo sicut contingit in creditore nō soluente.l.j.C.qui bo.ce.pos.Bar.tenuit cōtrariū qđ etiā tunc non possit cogi precise licet electa sit industria ⁊ si velles tenere opi.Bar.posses dicere ad.l.inter artifices.ꝙ ibi non dicit precise quem esse cogendum:sed dicit per alium nō posse impleri.vnde si non impleat per se agendum erit tunc ad interesse secundum Barto.

Quesitum. Si pluribus nuncietur omnes debēt satisdare.sed si plures nunciant debet omnibꝰ vel vni pro omnibus satisdari:⁊ tunc stipulatio simpliciter concepta ad omnium interesse refertur.hoc dicit.¶In textu ibi in-
5 quit.quanti subaudi vni pro omnibus.¶† Nota argumentum quod si moriatur dominus pluribus relictis heredibus vasallus debeat prestare omnibus iuramentum.Et similiter econtra si vasallus decedat pluribus heredibus derelictis omnes debeāt prestare iuramentum domino.de quo in.l.de pupillo.§.si plurium s.eo.¶Item no.quod factum destructionis operis censetur indiuiduum.Nec mirum quia facta sunt regulariter indiuidua.l.stipulationes nō diuiduntur.j.de verbo.obligatio.licet interesse sit indiuiduum.

Qui opus. Si opere facto denūciatione spreta edificans decesserit heres eius tenetur ad patientiam non ad sumptū demolitionis quia pena est.hoc dicit.¶Nota quod pena regulariter non transit contra heredem.¶In glossa finali in fine solutio secundum Dynum quod ibi erat lis contestata:alias agitur de dolo ipsius heredis.Tu potes etiam dicere quod ibi agitur de actione que non est ex delicto:⁊ que alias est sui natura transitoria ad heredem sicut rei vendicatio. Ideo nimirum si datur contra heredem eo modo quo datur contra defunctum.secus in actionibus descendentibus ex delicto:quia iste non dantur contra heredem nisi quatenus ad eum peruenit.lege prima.C.ne ex delictis defuncto.saluo nisi lis fuerit contestata cum defuncto.nā tunc efficitur transitoria propter quasi contractum qui fit in contestatione secundum nota.per glossam in.l.ij.§.finali.j.de pretoria stipulatio.

Is cui bonis. Nunciatio noui operis concernit rem non personam nunciati tantum:ideo opus possidens qui istud non fecit ad patientiam solum tenetur:siue fuerit vniuersalis successor:siue singularis:nunciatus autem opus possidens tenetur ad demolitionem in sumptus.hoc dicit.¶Nota argumētum quod si promisisti mihi non facere iniuriam in certo loco sub certa pena si vēdis locum ⁊ emptor faciat quod emptor teneatur ad penam:sed certe hoc nō est verum:quia in casu questionis predicte agitur de actione personali qua non tenetur singulariter successor.l.finali.s.de contrahenda emptione.sed bene teneris tu propter factum ipsius emptoris.l.fluminum.§.adijcitur.j.titulo primo.nec obstat hec litera quia loquitur de nunciatione noui operis que est in rem.⁊ interdictum illud est in rem scriptum in mere personali.l.j.§.penulti.j.de interdictis.de materia dic per Barto.⁊ docto.in.l.j.j.de alie.iudi.¶In glossa super verbo dominus.ibi vel verius.hanc tenet Dy.Sed Barto.dicit hic aliter distinguendo inter opus quod fit per successorem eius cui est nūciatum:⁊ opus quod fit per nunciantem ⁊ an nunciatio fuerit facta in personam:an impersonaliter ⁊ in rem.de quo dic per eū.Et adde dictis eius qui melius videtur loqui quam Ange.quia dicit quod quando nunciatio fuit directa ad personam:puta ne edificaret:non impersonaliter.puta ne quid operis noui fiat qđ si successor edificat ignorans nunciationem nullo modo tenetur:nec ad patientiam:nec ex hoc edicto:nec etiam interdicto quod vi aut clam.nam pondera quod dicit ignorans.nam videtur velle si esset sciens:alias nunciationem factam quod tunc teneretur quod videtur esse verum.Nam tunc teneri videtur interdicto quod vi aut clam.debuit enim putare quod si nuncians qui primo nunciauit actori sciuisset rem translatam ad ipsum quod vellet edificare quod simpliciter prohibuisset.facit lex seruus.infra quod vi aut clam.Et hoc videtur verum licet Angelus aliter sentiat. Dominus Joan.de imola.

Summarium.

1 Onus probandi propter contumacē de vno in aliū trāsfert.
2 Probaturus necessario de suo iure dꝛ partes actoris sustinere.
3 Quasi possessio in seruitutibus predialibus agentē ab onere probandi non releuat.
4 Incorporalia non vere possidentur.
5 Bonus quilibet nascit̃ sed processu tp̄is ad malum inclinatur.
6 Contradictio verbalis tantum possessionis vsum non impediēs non parit interdictum vti possidetis.
7 Contumacia in vno articulo non nocebit in alio.
8 Cautionis mentione facta a iure ciuili intelligitur.
9 Legista non debet consulere in materia canonica.

Si prius In actione confessoria ⁊ negatoria contra reum non defendentem officium iudicis est quod debeant cauere se nullam nouitatem facturū donec de iure suo doceat ⁊ partes actoris sustineat.hoc dicit.¶Et diuiditur in tres partes principales quia primo loquitur reo contumace.⁊ cum agitur confessoria quale debet esse officium iudicis contra reum.Secundo loquitur in reo contumace quale debeat esse officium iudicis contra eum cum agitur negatoria.Tertio ponitur quedam conclusio ad precedentia.Secunda ibi:idemqꝫ.Tertia ibi ea que ratione.Prima pars habet duas.vna est quam sensit hic glossa in verbo iuberet quod ille qui agebat confessoria non erat in quasi possessione seruitutis.alia est secundum Dy.⁊ sequaces qđ ille qui agebat cōfessoria esset in quasi possessione seruitutis.Secunda pars habet vnam lecturam tantum secundum omnes.videlicet quod loquat̃ quando agens negatoria non erat in quasi possessione libertatis per ea que infra dicentur.Tertia pars habet duas lecturas vna est secundū glo.qđ illa conclusio referatur ad omnia precedentia

dicta tam in prima quam in secunda particula. alia est secundum Dy. quia secundum eius lectu. videtur quod oporteat referri solum ad dicta in secunda particula. Sed etiam tenendo suā lecturam videtur qđ possit referri ad dicta etiam in prima parte ꝓut infra dicetur. No. qualiter interponatur primum decretum cum agitur negatoria siue agens nō sit in quasi possessione: vt hic probatur secundum lecturam glo. siue sit in quasi possessione. vt hic probatur secundum lecturam Dyn. Item nota qualiter interpo-
1 natur primum decretum cum agitur negatoria. ¶ † Item nota quod propter contumacem transfertur onus probandi de vno in alium sicut ⁊ alias ⁊ in odium negantis: vt in auten. contra qui propriam. C. de nō numerata pecunia. ⁊ l. cum de indebito. §. de
81 **Hoc autem.** ¶†Cautio damni infecti debet postu-
lari iudice sedente pro tribunali et non
alibi.⁊ iudex qui non exercuit suum officiũ ita demum punitur
si ab eo fuerit postulatum.hoc dicit.Et duo facit.nam primo se
continuando ad precedentia ponit vnum dictum limitatiuum
precedentium.Secundo illud declarat.secunda ibi postulare.
19 ¶†Nota quod ad priuatam partis vtilitatem iudex non impar
titur officium suum non petitum super his que sunt facti.in alle-
gationibus autem iuris bene impartitur officium suum supplẽ-
do allegatiões iuris si defecerit aduocatus vel pars:vt.C.vt que
desunt aduo.parti.in rubro ⁊ nigro.⁊ de hoc ibi per Cy.⁊ Bar.
⁊ plenius hic per eundem Bar.⁊ de materia dic per canoni.in.c.
bone.el primo.extra de postula.prela.⁊ in.c.priusquã.xxviij.dist.
vbi per glos.⁊ Arch.⁊ aliquid per glo.ij.q.vij.c.alieni.⁊.iij.q.vij.
c.iudicet.⁊ extra de elec.c.cum nobis olim.⁊ facit etiam quod ha
betur in.l.filiusfami.§.milites.⁊.§.veterani.ff.de procur.⁊ quod
not.etiam in.l.quos prohibet.supra de postula.¶Item not.qd
vbi aliquid debet postulari a iudice debet postulari ipso sedente
pro tribunali et sic non sufficit postulare dum deambulat per pa-
latium vel est in camera.quod intellige regulariter nisi aliud re-
periatur expressum per legem vt voluit supra de interroga.act.⁊
20 l.ij.§.j.infra quis ord.in bo.posses.ser.¶†Item no.quod paria
sunt aliquid non fieri vel minus legitime fieri.facit.l.quoties.ff.
qui satisda.cogã.¶Item nota quod cautio damni infecti debet
postulari iudice sedente pro tribunali.⁊ sic videtur quod debeat
offerri libellus.supra eadem.l.§.toties.Item videtur quod causa
cognita debet fieri.l.pretor.in principio.⁊.l.qui bona.§.fin.cum
sequen.infra eodem.Et per hoc videtur etiam quod debeat lis
contestari:nam licet hec causa sit summaria:tamen non sequitur
quod predicta cessent:quia etiam in summariis offertur libellus
et lis contestatur.l.tigni.§.idem stabit iuncta.l.iij.§.sciendum.su
pra ad exhi.⁊ plene per Bartolum in extrauaganti ad reprimen
dum.in ver.summarie.⁊ hoc est tutius:dixit hic Barto.tamen qr
glos.sensit contrarium.infra eodem.l.qui bona.§.qui aliene.et
etiam Specula.vt hic refert Bartolus si reperiretur processus si-
ne dicta solennitate non redderetur nullus propter varietatem
opi.secundum eum:sed potius iniustus ⁊ posset appellari.argu-
men.not.in.l.j.C.de appellatio.Super quo ⁊ an possit appellari:
remisit ad Specula.in titulo de offi.iudi.⁊ notabiliter dicit qd si
iudex hic iudicat quod processus tenebit ⁊ valebit sententia:nec
dicetur contra ius constitutionis ex quo non est ius clarum sed
dubium:super quo sunt opiniones.Quod tene menti propter de
clarationem.l.cum prolatis.infra de re iudica.⁊.l.ij.C.quando
prouo.non est necesse.⁊.c.j.extra de re iudica.Quod tamen intel-
ligit hic Ange.nisi aliqua opinio esset approbata in iudiciis ⁊ in
scholis ⁊ in loco vbi iudicium est agitatum.Nam tunc illi opin.
esset standum per not.per Innocetium in.c.ne innitaris.extra
21 de constitu.facit.l.minime.supra de legi.¶†Ultimo tangit hic
Bartolus an ⁊ quando teneatur iudex officium suum impartiri
licet non petatur.Secundo tangit supposito quod non teneatur
an ⁊ quando potest.⁊ istud secundum prosequitur primo de offi-
cio nobili.secundo de officio mercenario.Et de hoc prosequitur
de mercenario circa ea que iudicantur in persona iudicis.Secũ-
do de mercenario circa ea que iudicantur in persona partis:tam
in ciuilibus quam in criminalibus:de quo hic plene per eum.Et
adde dictis suis.primo inquantum vult quod teneatur imparti
ri ad priuatam vtilitatem si est actus pius:puta dare aduocatum
miserabilibus personis iuxta.l.nec quicquam.§.quid ergo.supra
de offi.procon.vel dare curatorem furioso.l.sancimus.§.penulti-
mo.C.de administra.tuto.⁊ facit quod not.glos.no.in.l.hoc autẽ
in prin.ff.qui.ex cau.in pos.ea.vel etiã dare tutorẽ pupillo.Nam
adde qd licet iura per eum allegata probent qd iudex teneatur et

possit.non tamen probant qd puniatur si non sit petitum:imo po
tius videtur probari oppositum.l.j.§.magistratus.de magi.con-
ue.licet ipse aliter respondeat ad illum.§.Et pro hoc intellectu fa
cit qd ipse tangit de expensis.Nam licet.l.properandum.§.sin au-
tem alterutra.C.de iudi.dicat qd iudex debeat cõdemnare victũ
victori in expensis:alr̃s puniatur.⁊ licet idem dicat glos.in.l.fi.C.
quando prouoca.non est neces.tamen illud intelligitur qd ita de
mum puniatur si fuerit petitũ licet possit etiam si non fuerit peti
tum.Item adde circa intellectũ.l.voluit.de interro.ac.super quo
hic dubitat vbi iudex potest adiri etiam non pro tribunali vt in-
terroget partem qr summarie illud fit.⁊ sic hic deberet posse fieri
ex quo causa hic est summaria.Cuius cõtrariũ hic dicitur.Qua-
re potes dicere qd hic principaliter imploratur officium iudicis
super eo super quo principaliter disputatur.⁊ super quo debet fie
ri sententia.ideo nimirum licet sit causa summaria si debet fieri
iudice sedente pro tribunali.arg.d.l.tigni.§.idem scribit.Sed in
l.voluit.imploratur incidenter super alio adiuuamen deducti prin-
cipaliter in iudicio:ideo si requireret leuem cognitionem non re-
quiritur qd fiat pro tribunali.secus si requireret cognitionem nõ
requiritur qd fiat pro tribunali.Secus si requireret cognitionẽ nõ
leuem.l.a procedente.C.de dila.canonizata.iij.q.iij.¶Item in-
quantum condudit circa vltimũ qd partibus presentibus in con-
cernentibus decisionem non potest officium mercenariũ impar-
tiri si non petatur circa ea que consistunt in facto ⁊ alr̃s non sunt
producta in iudicio:nam etiam videtur qd possit circa ea que cõ-
sistunt in facto supplere dummodo sibi sunt nota iudici vt iudici
per.l.vbi pactum.cum sua glo.C.de transac.⁊ per.l.si interruptio-
ne.fini.regũ.⁊ per not.per glo.in.l.ij.ff.de dila.In contrarium fa
cit glos.singularis in.l.si vnus.§.pactus.ff.de pactis.que vult qd
licet iudici constet de exceptione pacti de non petẽdo vt iudici nõ
possit illa opponere si pars illam non opponit.⁊ sic videtur illa
glos.contraria glos.l.vbi pactum.Sed certe loquitur in diuerso
casu si bene ponderetur:qr glo.l.pactum.loquitur quando con-
stat iudici vt iudici ipso iure sed elidi posse per exceptionẽ.vnde
concludo qd in facto noto iudici vt iudici si per id constat ipso iu
re actori non competere actionem interponere potest officiũ etiã
non petitum ad partis priuatam vtilitatem:vt in glo.dicte.l.vbi
pactum.quia videtur tunc respicere iudicij rectitudinem cum ne
mo sine actione experiri possit.l.si pupilli.§.videamus.ff.de neg.
gest.⁊ facit qd not.glos.in.l.j.ff.de offi.asses.⁊ Innocen.in.c.j.⁊ se-
cundo.de offi.vica.interdum vero constat actori ius competere
sed elidi posse.⁊ tunc si constat elidi posse per exceptionẽ que inest
ipsi obligationi ab initio iuxta.l.lecta.supra si certum petatur.⁊
facit quod habetur in.l.eum qui ita.§.quesita.ff.de verborum ob-
ligationi.Et tunc etiam impartitur officium non petitum:per
no.in dicto.§.qui ita.⁊ in dicta.l.lecta.⁊ quod not.Bartolus in
dicto.§.pactus.Si vero non inest ab ipso initio:sed ex postfacto
est orta tunc ⁊ si locupletaretur actor cum aliena iactura si obtine
ret interponet iudex officium etiam non petitum.l.plane.secun-
dum vnum intellectum supra de petitio.heredi.alr̃s autem si actor
alr̃s non remaneret in lucro non interponet iudex officium suum
non petitum:licet constet sibi de exceptione:puta pacti de non pe
tendo.⁊ constet sibi iudici vt iudici forte per confessionem partis
vel alio modo per not.per glo.in dicto.§.pactus.Aduerte tamẽ
quia forte si reus dicit ipse fecit mihi pactum de non petendo.sa-
tis forte dicetur in effectu excipere.argu.no.in.l.⁊ eo modo.supra
de legatis primo.⁊ in.l.j.⁊ ibi per Barto.infra de excep.Innocẽ.
tamen in.c.cum dilectus.extra de consue.⁊ in.c.sepe.extra de ap-
pella.⁊ Joan.an.post eum simpliciter dixit qd in his que sunt no
ta iudici vt iudici:vt quia patẽt ex actis potest supplere de facto.
⁊ idem tenuit Cy.in.l.j.C.vt que desunt aduo.parti.Et plus ibi
dixit Cy.qd etiam si non patet ex actis:sed tamen factum sit no-
torium poterit iudex supplere propter notorietatẽ facti.facit in
argumentum.l.emptor.supra de act.emp.Sed certe istud non vi
detur tutum:quia notorium non releuat ab onere proponendi
licet releuet ob onere probandi vt est glos.no.⁊ singularis in cle.
appellanti.de appella.⁊ facit quod not.Joan.an.in.c.ij.extra vt
lite non contesta.⁊ sic imputare sibi debet pars que hoc non alle-
gat.plus etiam ibi dixit Cy.qd poterit interogationes facere su-
per facto:⁊ hoc satis videtur consonum:quia vbicunq; equitas
iudicem mouet potest interrogare:vt.l.vbicunq;.supra de inter-
roga.act.⁊ in.l.aufidius.supra de legatis tertio.⁊ in.c.cum Joã-
nes.de fide instrumentorum.Dixit etiam ibidem qd potest par-
ti reducere ad memoriam factum qd recolit vt priuatus:puta pa
ctum de non petendo factum a defuncto.nec per hoc dicetur ni-
mis fauere parti.pro hoc facit quod habetur in.c.iudicantẽ.xxx.
q.vltima.⁊ qd ibi not.in glo.⁊ in.l.is apud quem.C.de edẽ.Que
autem sit verior opi.an Inno.⁊ Jo.an.⁊ Cy.pro qua facit etiam
quod not.glo.in.l.ij.ff.de feriis.an vero glo.dicte.l.si vnus.§.pa-
ctus.quam sequitur Bart.ibidem forte posset dici qd opi.illius
glo.esset verior.qr pro ea est casus ibi,secundũ vnam expositionẽ
⁊ ad materiã facit etiam qd not.Innocẽ.in.c.cum inter.R.extra

de elec. nec obstat predictis. l. interruptione. §. fi. fini. regun. quia ibi ad instantiam partis fuit factum notum iudici vt iudici.

Si tam vicinum. Si magistratus vicinus presidi vel pretori neglexit cautionem facere interponi vel alia supradicta non tenebitur petẽti ad interesse. hoc dicit. ¶ Nota qd vbi pro eodem possunt adiri plures iudices si primus aditus neglexit facere iustitiam non propterea faciat litem suam quasi non censeatur damnificare petentem ex quo ad alium potuit habere recursum. & hoc tenet hic bartolus. Contrarium tamen hic tenet Ange. quia postquam ille iudex est aditus coram alio nõ debet reus vexari. l. j. in fi. C. de asser. tol. & ideo non est imputandum si ad alium non recurrit. Nec obstat iste tex. quia hic loquitur quando officium magistratus silebat nec poterat implorari propter vicinitatem presidijs vel pretoris: ideo non potest dici negligens ipse magistratus. secus quando essent duo iudices quorum vterque posset adiri. vel secundum eum dictum Bar. posset procedere quando officium iudicis foret ordinatum solum in subsidium. & ob necessitatem alterius superioris qui postea de facili non posset adiri. & reuera iste tex. non probat opi. Barto. tamen ad. l. j. in fi. C. de asser. tollen. posset dici qd ibi iudex aditus non esset negligens: & ideo forte secus si erat
22 negligens. facit quod dixi in. l. si prius. s. tit. j. ¶ † Item no. argumentum quod superueniẽte presentia maioris iudicis debeat silere officium minoris: quod est verum quo ad insignia reuerẽtialia: vt hic tetigit Barto. sed quo ad iurisditionem est maius dubium: tamen concludit hic Bar. quod si est delegatus cessat iurisditio. & sic intelligit. c. volentes. extra de offi. lega. secus si sit ordinarius per nota. in. l. in hac. C. de dona. & in alijs iuribus hic allega. per eum nec ob. hic tex. quia iste minor nõ habebat iurisditionem licet esset absens superior iudex dummodo esset vicinus. adde qd intellectus ad dictum. c. nolentes. s. datus non videtur bonus: quia ibi loquitur in legato cuius officium est ordinarium vt in. c. j. de offi. lega. libro sexto. ideo dic melius: vt ibi no. per Joannem and. quia fallit in casu illo quando sunt duo iudices pretendentes idem officium sub eodem nomine: quia vterque ibi erat legatus: licet alter forte esset legatus natus: alter missus. et ideo ne in eodem corpore censeãtur duo capita similia quasi monstrũ silet ibi iurisditio minoris presente maiori. ¶ In gloss. prima. in fine melius dic quod arbitrio iudicis hoc erit discutiendum. et sic videtur de mente litere ex quo iurisditio vrbis romane extenditur vndique ad centum miliaria. nam cum tex. iste quatenus loquitur de municipio vicino pretori qui stabat in vrbe. quodlibet municipium esset intra centesimum miliare si distantia circa centum miliaria non faciebat esse locum non vicino necessario sequitur qd litera non debuit conditionaliter loqui. ¶ In glos. super verbo vrbi. in fi. imo videtur quod hic loquatur de qualibet vrbe propter id qd dicit etiam de preside.

23 **Hec autem.** † No. casum in quo heres assessoris tenetur stare ad syndicatũ & idem dixit etiam Ange. in casu qui habetur in aut. sceni. non solum si. pres. al's non tenebit heres stare ad syndicatũ. intellige si lis non fuit cõtestata per no. in. l. j. C. ne ex delic. defun. alle. l. iul. s. de iudi. que tamen modicum facit: sed melius facit qd habetur in. l. pretor. §. fi. cũ ibi
24 no. s. ti. j. ¶ † An autem possit conueniri iudex tempore syndicatus ratione inique sententie per eum late si ab illa non fuit appellatum vel si fuit appellatum appellatione deserta vel sententia cõfirmata tetigit hic Ang. & dixit qd sic per no. per Inn. in. c. pastoralis. ad fi. extra de offi. delega. & c. sepe. extra de appella. Tu adde ho. glo. in. l. j. j. de appel. & qd ibi per Barto. & in. l. fi. de varijs cogni. in questione sua que incipit a sentẽtia iudicis qui male iudicauit. & subdit Ang. qd vbi quis est victus ter & sic habuit contra se sententias tres qd non audictur iste per viam iniquitatis vel nullitatis respectu victoris alle. cle. j. de dolo & contuma. & male voluit allegare cle. j. de re iud. saluo nisi dicat sententias nullas propter defectũ iurisditionis per glossam in cle. j. de sequest. po. & fruc. contra ipsum tamen iudicem bene posset conqueri secũdum eum. Tu adde qd illa cle. j. de re iud. reijcit nullitatem & iniquitatem que opponeretur ad executionem sed non reijcit nullitatem si postea principaliter de ea dicatur. Item videtur reijcere quo ad executionem nullitatem etiam prouenientem ex defectu iurisditionis: vt ibi sensit glo. super verbo dependere. de quo tamen dic vt dixi. s. titu. j. ¶ In glos. fi. in fi. melius dic qd hic est speciale: quia ex quo est ex maleficio & est penalis saltim respectu soluentis non debet dari perpetuo nec in heredem per. l. pretor. §. fi. cum ibi no. s. titu. j. & hic per Bar.

Pretoris. Missus in possessionem ex secundo decreto ex causa damni infecti vsucapit si ille contra quem erat facta missio non erat dominus. hoc dicit.

Si plures. Si predium ruinosum est plurium in portionem solius non cauentis missio est fienda. Si vero predium cui damnum inferri timetur est plurĩũ: aut etiam sunt predia plurium quibus timetur damnum inferri oẽs immittendi sunt in possessionem ex primo decreto equaliter. non autem ex secundo equaliter immittentur. & idem si eiusdem pdij vnus habeat proprietatem alius vsumfructũ. nã equaliter mittẽtur ex primo. hoc dicit. ¶ In glo. super verbo in possessione. in fi. hec vera. & hanc sequitur hic Bart. nec ob. huic secundum opi. l. vt iurisiurandi. §. fi. j. de operis liber. quia ibi loquitur in iure operarum qd descendebat ad filios vt filios non vt heredes. ideo ibi non habetur respectus ad ratas earũ vt portiones hereditarias hic autem dabatur actio ratione interesse: ideo pro rata actio cõpetit. nõ ob. l. in his. §. si vero. j. de solu. quia ibi quãtitas vtriusque sortis equalis licet quãtitas vsurarum esset inequalis. Nec refert multum ibi an pro rata an equaliter vel inequaliter intelligatur facta solutio in ipsas vsuras cum semper cedat indebitum. facit l. pupilli. §. penultimo. quod ibi nota eodem titulo. hic autem nisi fieret pro rata interesse exigeretur indebitum. Sed certe hec solu. aliqualiter est dubia quia ibi alique vsure erant debite pacto nudo tantum: alique vtroque iure. Et sic videtur longa differẽtia in quas videatur facta solutio. ideo que sit ratio illius text. dic vt ibi dixi.

Si Uenit. Si damnum contingit ante petitam cautionem dominus nõ tenetur si omnia rudera que iacent pro derelicto habeat. hoc dicit.

Summarium.

1 ¶ Cautio simplex sine satisdatione sufficit vbi quis de damno infecto cauet nomine suo.
2 Juramentum calumnie per procuratorem prestari potest.
3 Missio ex primo & secundo decreto fit contra non cauentem.
4 Jus idem statuitur vbi ratio eadem reperitur.
5 Actio in factum pro damno preterito datur.
6 Impedito propter angustias temporis succurritur.
7 Dictio autem est aduersatiua.
8 Immissio fit in possessionem neque dño neque superficiario cauẽte.
9 Fructuario non reficiente dñs vti frui prohibetur.
10 Rei debendi plures non possunt simul conueniri.

1 **Pretor.** Hic ponũtur verba pretoris multa edicta continentia. h. d. ¶ † Not. qd vbi quis cauet de dãno infecto nomine suo sufficit simplex sine satisdatiõe. secus quãdo cauet nomine alieno. ¶ Item nota qd ita demum debet prestari cautio de damno infecto si in-
2 retur de calumnia. ¶ † Et nota hoc iuramentum calumnie posse prestari per procuratorem. ¶ Item nota in hac cautione damni infecti debere procedi causa cognita licet sit summaria vt dixi in l. quarta. §. hoc autem. s. eodẽ. ¶ Item nota si appareat aliquẽ esse procuratorem & dubitetur: an mandatum sit reuocatum cautela est quod prestetur cautio de rato sub conditione si appareat mandatum reuocatum. facit. l. vulgo. j. de admini. tuto. ¶ Item nota qd vbi timetur damnum ex opere qd fit in publico indistincte debet satisdari. secus quando in priuato. vt superius est dictũ.
3 ¶ † Item nota qd contra non cauentem fit missio ex primo & successiue ex secundo decreto. ¶ Item nota contra non cauentem et impedientem mitti quem in possessionem competit actio in factum ad interesse ad tantum inquantum competeret actio ex stipulatione si fuisset interposita. ¶ Item nota quod licet quis mittatur in possessionem ex primo decreto non desinit possidere ille contra quem fit missio ex secundo decreto. facit. l. si quis autem. & l. tertia. j. de acquirenda possessione. quod intellige nisi propter meram contumaciam fuisset expulsus de possessione secundum l. iiij. §. si forte. secundum vnum intellectum. s. eo. ¶ In glo. super verbo suo nomine ibi pro suo iure. contrarium sentit glo. j. in versi. alienũ. dũ dicit de fructuario: sed de hoc dic vt dicet. j. e. l. hoc amplius. §. questitũ. ¶ In glo. super verbo aliena. in fi. Et dic de hoc vt dictũ fuit in. d. §. si cum iure. ¶ In glo. super verbo fuisset: ibi hec corriget. hanc reprobat Bar. vt correctio euitet. ideo dicit qd hic loquitur de quodam iuramẽto calumnie speciali: ibi de quodã iuramento calũnie vniuersali qd prestat super tota lite. Sed certe hec so. non videt vera quia tota causa que versat in iudicio est causa postulatiõis cautionis dãni infecti. & super hac tota prestatur iuramentũ calũnie. vnde potes dicere qd prima sol. glos. sit bona. vel qd hic sit speciale ppter periculum qd versat in mora. l. j. s. eo. Ideo est statutũ qd vterque iuret: sc3 procurator & dñs in. c. ij. de iura. cal. in. vj. & de ista materia dic per Bar. in. l. qui bona. §. si alieno. j. ti. j. ¶ In glo. sup verbo statuere. in fi. dic qd a principio põt adiri magistratus vt faciat caueri & statuat diẽ. & ita procedat secunda opi. Sed si semel sit interposita cautio a die statuta an possit protelari per magistratũ dic qd sic si a pncipio fuit statuta per magistratũ. Et sic procedat prima opi. secus si per pretorẽ vel presidem: quia tunc nõ protelabit magistratus nisi iussu pretoris vel presidis. l. iiij. in principio. s. eo. Et ita intelligatur prima opi.

Hoc edictum

Hoc edictum. Hoc edictum pertinet ad damna futura et non preterita et habet causam quasi noxalem. h. d. Et primo ponit quare hoc edictum fuit factum
4 secundo quare fuerit sic factum: secunda ibi quo enim. ¶ † Nota quod ubi est eadem ratio vel maior ibi debet idem ius statui. facit. l. illud. ad. l. aquil. ¶ Item no. duo ex summario.

Unde queritur. Hic incipit tractare iurisconsultus materiam quando damnum contingit ante cautionem petitam: et sic reintrat materiam de qua
5 tetigit in. l. euenit. s. eo. et hoc intendit. † Pro damno preterito succurratur actione in factum vel interdicto de ruderibus tollendis. hoc dicit. ¶ Et primo loquitur quando damnum contingit ante cautionem petitam et dominus edium destructarum vult tollere rudera. Secundo quando nihil dicit sed ab eo petitur ut rudera tollat. Secunda ibi quod si dominus. hec secunda subdiuiditur in duas: quia primo loquitur quando quis non fuit negligens in cautione petenda nec impeditus impedimento necessario: sed probabili: ut quia poterat relinqui: sed non sine incommodo ut. l. necnon. j. ex qui. cau. ma. et ita loquitur. l. quod forte. secundo loquitur quando impeditus fuit impedimento probabili et necessario et hoc videtur colligi ex ver. denique. in dicta. l. hoc amplius. et hoc secundum lecturam qua sequitur Jaco. de are. et Ange. licet glo. aliter loquatur. ¶ In text. ibi posse dici in casu qui sequitur in versi. denique secundum intellectum docto. In text. ibi non prestabit: scilicet hoc casu quando impeditus fuit impedimento necessario. ¶ Nota ex tex. quid fiendum quando post ruinam domus: dominus domus ruinose petit rudera que ceciderunt in domum vicini: quia non debet audiri nisi omnia tollat etiam inutilia et de damno preterito et futuro caueat: et sic reo conuento hoc casu satis plene prouidetur. Item nota quid iuris si in dicto casu post ruinam dominus domus ruinose nil petat: quia si ille in cuius domum cecidit: domus ruinosa fuit negligens: nullam videtur habere actionem si modo dominus domus ruinose habeat rudera pro derelicto. l. euenit. supra eodem. et ex hoc not. quod forte poterit agi quod aut rudera tollat: aut illa pro derelicto habeat. argu. dicte. l. euenit. supra eodem a contrario sensu: et iuncto eo quod habetur in. l. si indebitum. infra rem ratam habe. et. l. iul. §. si quis colludente. supra de actio. emp. et hoc etiam tenet hic Ange. licet Bartolus nihil dicat sed simpliciter dicat actionem non competere negligenti: et ex hoc etiam not. quod illa rudera remanent primi domini prius quam habeantur pro derelicto. Si autem quis non fuit negligens in cautione petenda: et tunc ei competit interdictum de ruderibus tollendis: ut sic vel rudera omnia tollantur vel de futuro damno caueatur vel edes minate ruinam habeantur pro derelicto. et hoc ubi impedimentum fuit probabile: si autem fuisset necessarium tunc remedium plenius competit: scilicet ut rudera tollantur et de damno futuro caueatur: quod ultimum non erat in proximo casu vel totas edes pro derelicto ha-
6 beat. ¶ † Ultimo nota subueniendum ei qui impeditus fuit propter angustias temporis vel causa reipublice. ¶ Item not. argumentum quod si animal tuum intrauerit predium meum et dederit mihi damnum quod poteris illud retinere donec emendauerit damnum: contrarium tamen tenetur per. l. quintus. supra ad legem aquiliam. Et sic speciale in animali: quia ex retentione de facili posset mori vel deteriorari. ¶ In glos. super verbo interdictum ibi. sed Ro. dicit dic precedens vera glos. tamen preambula dixit de officio iudicis sed illa loquitur in casu quando dominus domus ruinose agit ad rudera. ¶ In glo prima. l. hoc amplius. ibi vel corrigit: hec non est bona: quia non est verisimile quod seipsum corrigat iulia. cum in. l. pretor. in fine sit sententia iuliani: et pro tanto sequens videtur verior. Tamen aduerte quia intelligendo quod addat potest tripliciter intelligi. Primo quod addat in eodem casu. Et loquitur etiam quando fuit impeditus impedimento necessario: et hoc sensit glos. fi. l. quod forte. Et iste intellectus satis litere conformatur. Secundo potest intelligi quod addat in diuerso casu: quia superius loquatur quando tota domus cecidit: sed hic loquatur quando cecidit pro parte. et adhuc pro alia parte remansit que adhuc minatur ruinam. et hoc sensit glos. in ver. de preterito. Sed hic intellectus non videtur bonus quia respectu partis que iam cecidit est eadem ratio eius respectu que est respectu totius domus quando tota ruit. facit. l. que de tota. s. de rei vendi. et ita deberet esse eadem dispositio: ut ibi. Tertio intelligitur secundum Jaco. de are. et Bar. quod addat in diuerso casu: scilicet quod supra loquatur quando fuit impeditus impedimento probabili: sed non necessario. Et sic glos. l. quod forte. non bene dicit: sed modo loquatur quando impeditus fuit impedimento necessario: et ideo plus subueniatur. Sed aduerte quia iste intellectus videtur multum diuinare nec meo iudicio bene perpenditur de mente litere. Et forte potest dici quod procedat quando domus effecta est ruinosa: sed si erat ruinosa et se absentat non petita cautione ei esset imputandum per. l. eandem. §. j. j. de legatio. et per nota. per Barto. in. l. fin. s. de in integrum restitu. et pro hoc facit

quod not. Joan. an. in. c. si quis iusto. de elec. in nouella. ¶ In glo. super verbo prestatur. in fine ibi agitur de obligatione que sponte veniebat contrahenda a prin. ideo tunc succedit quod re integra possit se obligari: sed si se obligauit posset seruari. sed hic loquitur in obligatione que contrahitur citra voluntatem ex legis dispositione: ideo ex post facto statuitur idem quod re integra quando non est quid imputandum et impedimentum fuit necessarium. ¶ In glos. super verbo angustias. in fine ibi. et in. l. si finita. §. elegater. Et de hac materia dic ut plenius colligi potest ex his que dixi in notabilibus de quibus hic per Bar. et Ange.

a **De his autem.** Exportata in fundum alienum vi fluminis[a] non pot. quis tollere nisi caueat de damno futuro non de preterito secundum opinionem quorundam iurisconsultorum que non est vera secundum Neratium secundum Jaco. de are. et Barto. ¶ Nota argumentum ad id quod dixi. s. eodem. l. pretor. §. fi. quod licet quis fuerit negligens in cautione petenda possit tamen agere ut aut rudera tollantur aut pro de-
7 relicto habeantur. ¶ † Nota hic de dictione autem: [b] de qua teti-
b git glo. que sui natura videtur aduersatiua et aduersari in iure et in facto: ut hic in glo. j. et plenius hic per Bar. de dictione tamen. sed cum copula vel sine habes glo. in. l. sed et fortius. s. ne quis eum qui in ius vocan. ¶ In glo. super verbo interdictum. ibi de damno infecto. melius dic ut dicit glos. alia in verbo interdictum. ¶ In glos. super verbo damni. ibi vel loquitur Neratius in speciali casu. hanc tenet hic Ang. et ipsam sequitur glo. prima et secunda huius. §. Sed Barto. post Jaco. de are. reprobat et tenet precedentem scilicet quod Neratius teneat precedentia. Et mouetur quod litera loquatur quando ratis vi fluminis defertur. Et sic loquitur quando interuenit violentia ipsius fluminis. Et sic non videtur loqui quando interuenit culpa. Sed tu posses saluare quod licet violentia fluminis interueniat illa potest esse talis quod si nauis non esset bene ligata ad ripam quod tunc propter violentiam deferretur in alium locum ubi si non esset violentia et remaneret. Potest etiam esse adeo bene ligata cum bonis funibus et ad bonum palum quod etiam vis fluminis non deferret: et sic necessario iste tex. non infert contra glos. sed cum indistincte loquatur: multum facit pro Barto. sed in practica forte esset seruanda glo. in dubio.

8 **Quesitum.** Superficiarius tenetur satisdare domino vero repromittere. hoc dicit. ¶ † Nota quod non cauente superficiario neque domino fit immissio in possessionem. In glo. super verbo de utroque. in fine. primam tenet hic Bar. ut distinguatur an petatur cautio a superficiario pro suo iure tantum: ut tunc sufficiat cauere: an vero petatur etiam pro iure domini: et tunc debeat satisdare: et idem dicit hic Ange. si simpliciter petitur per hunc textum quasi tunc pro utroque iure videatur peti. Et eodem modo dicit distinguendum in. l. qui bona. §. primo. Sed certe hec solutio videtur destruere illum textum in dicta. l. qui bona. §. primo. qui simpliciter loquitur: et similiter istam: unde forte potest dici quod quandoque quis habet ius propter quod censetur etiam procurator alterius ut est videre in usufructuario et superficiario per. l. j. in fine. supra usufruc. quemadmodum ca. et in creditore iuxta nota. in. l. si pignori. fami. bercis. et in. l. si cum venderet. de pigno. act. et tunc teneatur satisdare ut hic. et in. l. sequenti. Interdum habet ius ex quo non censetur procurator alterius ut est videre in eo qui habet ius seruitutis predialis: et tunc sufficit indistincte quod iste caueat: et ita loquuntur contraria. Contra istum tamen intellectum fortiter facit textus cum glos. in. l. si finita. §. si qua sunt iuta. infra eodem unde forte tutius esset tenere primam quam tenet hic Bartolus vel si vis tenere quod dixi potes dicere quod glos. in dicto. §. si qua. non procedit quatenus exemplificat textum in seruitute per. l. qui bona. §. primo. Et sic iste textus deberet exemplificari in superficiario vel usufructuario: vel intelligatur illa glos. quando nondum seruitus esset constituta. ¶ In glossa super verbo admittendum. in fine. Nota signanter hanc glossam cum textu quia ex ea habes quod pro contumacia procuratoris etiam in rem suam non potest deueniri contra dominum etiam ad secundum decretum: sed solum ad primum. Et sic facit quod quo ad primum decretum concedendum contumacia procuratoris noceat domino et possit incohari citatio a procuratore de quo per Bartolum in. §. sequenti. textus tamen iste non facit quia loquitur quando uterque cessabat. et sic videtur loqui quando uterque erat in contumacia. unde forte tutius est semper facere citari dominum primo loco si possit reperiri quod not. per glos. in. c. causam que. extra de dolo et contumacia. et per Barto. in. l. meminerint. C. unde vi.

Celsus quoque. ¶ Usufructuarius simpliciter conuentus vel nomine domini tenetur satisdare quo non satisdante prohibeatur uti frui: idem si non reficiat. Et si dominus in totum non repromittat vel fructuarius in totum non satisdat mittitur aduersarius in possessionem et si propter vitium rei fructuarius aliquid impedit a domino repetit: et si dominus non satisfaciat ius dominij in eum transfer-

a ¶ Ui fluminis. adde fe. de. de se. 2si. cui. quid dicit quod ligna mina vi fluminis in alieno agro transportata non fiunt illius cuius est ager.

b ¶ Dictione autem. Adde quod ista dictio aliquando ponitur aduersatiue Bar. in. l. ma riti. §. fi. ff. de adulte. in. l. transigere. C. de transac. Et de dictione aut. vide glo. et Card. in cle. j. de con ces. pbe. et in cle. j. de re. ec. non alie. et in l. pe. de ver. si. in. l. si is. s. re. du. Car. in cle. j. de offi. or. Joan. de por. in. l. eum qui ita. §. q sibi. de verb. obli. bar. i. l. gaius. ff. sol. matrimo.

tur. hoc dicit cum sequen. ¶ Et diuiditur iste. §. in duas partes. quia primo loquitur qualiter debeat caueri de re cuius vsusfructus est alterius. Secundo qualiter prouideatur contra vsufructuarium contumacem. secunda ibi qd si illa. Secunda subdiuiditur quia primo loquitur quando missus impetrat cõtra fructuariũ secundum decretum. Secundo quando propter contumaciã fructuarij transit ad dominum vt faciat sibi caueri ⁊ qualiter domino contra fructuarium succurratur. Secunda ibi idem ait. Lex quãuis diuidit in tres: quia primo ponit quid fieri debeat pprietario vel fructuario non cauente. Secundo qualiter succurratur proprietario cauenti contra fructuarium quando proprietarius cauit ante aliquam cõtumaciam fructuarij. Tertio ponit qualiter vsufructuario cauenti succurratur contra proprietarium. secunda ibi nisi. tertia ibi: sed si fructuari⁹. ¶ In tex. ibi prohibebit. scilicet ex secundo decreto ⁊ non ex primo tantum. ⁊ sic ponit hic formam secundi decreti contra fructuarium: quia denegatur ius vtendi ⁊ fruendi ipsi fructuario: ⁊ commoditas ipsa vtendi trãsfertur in ipsum qui mittitur ex secũdo decreto que commoditas durabit ad vitã fructuarij: quia non fuit extinctum ipso iure ius vsusfructus nec translatum in missum cum sit inseparabile a persona. facit. l. necessario. §. primo. ff. de peri. et cõ. rei vendi. de quo
9 per Barto. infra eodem. l. si finita. §. si de vectigalibus. ¶ † Item nota quod vbi fructuarius non reficit potest a domino prohiberi vti frui quod intellige secundum Bart. propria autoritate vel officio iudicis. l. vsufructu legato. et. l. hactenus. ff. de vsufru. leg. ¶ Item nota quod vbi precedente contumacia fructuarij in nõ cauendo dominus cauet statim potest prohibere fructuariũ vti frui: secus quando non precessit cõtumacia fructuarij quia tunc prius debet interpellare fructuariũ vt caueat vt colligitur ex fi.
10 huius. §. iuncto versiculo. sed nisi. l. quãuis. ¶ † Item nota quod vbi fructuarius cauet agit contra fructuarium etiam si nihil prestiterit. secus econtra quando vsufructuarius cauit: quia nõ agit cõtra proprietarium nisi aliquid prestiterit vt hic patet in. l. quãuis. in ver. sed nisi. et ver. sed proprietarius. Et est ratio diuersitatis quia ad fructuarium petinet omnis cura rei iuxta id quod habetur in. l. j. in fine. ff. vsufruc. queadmo. ca. ⁊ in. l. hactenus. preallega. ⁊ in. l. damni. §. is cuius. ⁊. l. inter fructuarium. infra eodẽ ideo non sic cito agit fructuarius sicut dominus: quia fructuari⁹ cauens facit quod sibi incumbit primo loco. Sed vbi dominus cauit. facit quod primo loco sibi non incumbebat. facit quod no. in simili in. l. si quid mandato. ff. de nego. gest. ¶ In glossa super verbo reficit. ibi: quia modica erat. vel dic qd siue sit modica siue magna onus ⁊ cura reficiendi spectat ad fructuarium: sed modicam faciat suis sumptibus: magnam sumptibus domini: vt. l. damni. §. is cuius. ⁊ ibi per Barto. infra eodem. ¶ In glossa finali. l. quãuis. melius dic qd etiam litera procedit si tota ruit: quia non habet hoc casu agere confessoria vendicando vsumfructum: sed aget actione mandati contra dominum. argu. l. prima. in fine. ff. vsufruc. quemadmo. ca. ¶ Extra glos. adde dictis Barto. primo inquantum dicit in tertia questione quod si propter cõtumaciã fructuarij in non cauendo deuentum est ad dominum qui cauit quod ista cautio habet vim secundi decreti contra fructuarium ⁊ per hoc dicit qd tempore prestatiõis huius cautionis debet fructuarius presens esse vel citatus peremptorie: alias secundũ eum audiretur fructuarius volens purgare contumaciam. nam nõ videtur verum qd dicta prestatio cautionis quam facit proprietarius precedente contumacia fructuarij habeat vim secundi decreti. nec hoc dicitur hic in tex. sed solum dicit quod proprietarius poterit vsufructuariũ prohibere vti frui quando non cauet de dãno infecto sicut ⁊ quando non reficit. Sicut ergo quando vsufructuarius non reficeret licet esset in negligentia reficiẽdi vel in mora posset moram purgare si non esset deuentum ad secundum decretum. argu. l. si seruum. §. sequitur. ⁊. §. nunc videamus. infra de verborũ obliga. ⁊. l. illud. ff. de peri. et commo. rei vendi. ita videtur qd ⁊ in casu proposito posset moram purgare. dominus autẽ propria autoritate potest prohibere ipsum vti frui eoipso qd ipse est in mora non reficiendi vel non cauendi. ratio quia videt turbari in sua ciuili eoipso quod fructuarius non debite vtitur sua naturali. facit. l. clam possidere. cum ibi no. ff. de acquirenda possessione. ¶ Item adde secundo inquãtum dicit quod duo rei debendi non possunt simul conueniri ⁊ si vnus sit primo conuẽtus pendente iudicio contra alium non potest alius conueniri per. l. quoties. §. si creditor. ff. de pecul. saluo nisi primus sit contumax per istum tex. nam dicta opi. fuit opi. Azo. qd pendente iudicio contra vnum non possit agi contra alium. Sed contrarium ipse tenuit post Jaco. de are. in. l. in duobus. ff. de duobus reis. per. l. creditor. in principio. ff. man. quam. l. dicit hic Ange. non esse alibi. ⁊ reprobat dictam opi. per illam. l. pretor. Sed vt dixi ipsemet Barto. per prius dictam opinionem reprobauit in dicta. l. duobus. Nec est bona responsio ad dictam. l. creditor. qd ibi erat lata sententia licet penderet appellatio: quia in causa appellationis nil debet innouari. l. j. ff. nil no. appel. pen. Et id qd potest fieri in causa principali debuit posse fieri in causa appellationis. ⁊ econtra. l. postquã. §. imperator. ff. vt le. no. ca. Ad. §. si creditor. respon de qd ibi loquitur in pluribus obligatis obligatiõe ptoria quorum altero electo alter liberatur de rigore: vt patet ex predictis. Hic autem in obligatis obligatione conditionali ⁊ ex dispositione iuris ciuilis ⁊ quorum altero electo alter non liberat. ¶ Item adde tertio inquantum dicit qd si quis egit contra vnum corã vno iudice ⁊ ille non comparuit sed fuit contumax quod licitũ est agenti adire aliũ iudicem ne sua contumacia ipsi reo prosit. nã hic Ang. tenet contrariam dicens qd non prodest sibi contumacia sed electio iudicis facta per agentem. ⁊ ita dicit tenere Guli. de cu. in. l. nemo. C. de iurisdi. om. iudicũ. ⁊ Cy. in. l. nulli. C. de iudi. Et pro hoc allegat quia non debet interdici reo potentia purgandi moram si vult sumptus reficere. C. de iudi. l. sancimus. ⁊. ff. si quis caut. l. ⁊ si post tres. et quia acquisita videtur iurisditio iudicialiter per. l. si quis postea. ff. de iudi. Et sic nisi renuncietur instãtie alius iudex non videtur posse adiri: imo vexans in diuersis tribunalibus reum postea comparentem perdit litem. l. j. in fine C. de asser. tol. ⁊ nota. per Guli. in dicta. l. nemo. licet Inno. secundum eum in. c. ex tenore. extra de rescriptis. dicat qd pena perditionis non habeat locũ nisi in casu illius. l. Et pro predictis etiã facit qd acquisitũ sit ius efficaciter aduersario vt non possit alius iudex adiri qd not. Innocẽ. in. c. super literis. extra de rescriptis. ⁊ quod no. Joan. an. in titu. de appel. §. in quibus. ver. quid si dictus. in addi. Specu. Sed certe opi. Ang. non placet per tex. istũ nec obstat dictum Guli. ⁊ Cy. quia non loquuntur quando reus est contumax. Et de materia bene facit quod notat Barto. in. l. sepulchri. ff. de sepul. viola. ⁊ eodem modo non obstat dictum Innocen. ⁊ Joan. an. Item vera videtur opi. Barto. qd pena perditionis non habeat locum nisi in casu dicte. l. j. §. j. quia est speciale fauore libertatis: vt not. glo. in. d. c. ex tenore. de rescrip. ⁊ pro hoc facit quod pene sunt restringende: vt in regula in penis. et in regula odia. de regu. iur. lib. vj. Nec ob. qd mora possit purgari per l. ⁊ si post tres. ⁊. d. l. sancimus. quia illud videtur verum re integra. secus re non integra: vt videtur esse in casu proposito. facit quod no. in dicta. l. ⁊ si post tres. ⁊ plene in. l. si insula. de verb. obliga. ¶ Ultimo adde inquantum tangit quod si propter negligẽtiam iudicis non ministrantis iustitiam ego adeo iudicem superiorem qd licet eum peniteat vt velit iustitiam ministrare: tamen non poterit me inuito. arg. huius tex. Nam contrarium tenet hic Ang. Nam ex quo iudex reuocat grauamen illatum parti in processu iudicij. sufficit ei vt possit contra partem procedere etiam si appellatum esset ad superiorem. vt in. c. si a iudice. extra de appella. lib. vj. Sed forte potest dici qd illud procedit quando grauauit partem iniuste procedendo. Sed nos loquimur quando grauat partem in non procedendo.

Quid de creditore. Pignoraticius creditor cogitur satisdare ⁊ ei etiã debet de damno infecto caueri. ⁊ iussus possidere propter cautionem non prestitam potior est pignoraticio creditore. h. d. cum sequẽ. ¶ In glo. super verbo creditorem. in fine subaudi quia ibi petebat sibi caueri a vero domino. ¶ In. l. his. in glossa finali. prima vera ante interpositum secundum decretum. secunda post ipsum interpositum ⁊ secuta prescriptione.

Summarium.

1 Domo ruinam minante quis debeat de damno infecto cauere.
2 Ignorantia per iuramentum probata potest contrariũ probari.
3 Cautio prestari non debet vbi damnum timetur de re ad personam.
4 Inquilinus non potest petere sibi caueri a domino locante.
5 Cautio damni infecti non datur ei cui culpa edificij cõstructi imputatur.
6 Preter dictio inclusiue capi potest.
7 Iuramentum calumnie quod prestatur in vna instantia non prodest in alia.
8 Beneficium personale qd competit principali potest competere procuratori.
9 Iuramenti species quot sint.
10 Procurator nullam causam inchoat absq; domini consensu.
11 Procurator an ⁊ quando in domini preiudicium possit prestare iuramentum.
12 Iuramentum de malicia dicitur quod in quacunq; parte litis prestatur.
13 Infinitas euitari debet.

Qui bona fide. Bone fidei emptor de dãno infecto cauet. non autem satisdat. hoc dicit.

Siue. Conuentus ratione sui iuris ⁊ ratione dominij cauet: non autem satisdat. h. d. Et de materia dic vt dictum fuit. s. e. l. hoc amplius. §. quesitum.

1 **Cum inter.** Inspicitur qd euenire potest si presens status rei ad illud tendit. h. d. ¶ Nota qd vbi domus aliqua minatur ruinam non solum debet cauere de damno infecto dominus domus ruinose: sed etiam dominus mediarum edium etiam nō vitiosarū. ¶ Item nota qd dixi in summario videlicet qd inspicitur qd euenire potest. Et est via brocardica de qua in. l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verb. obli. ⁊ per Jaco. bu. in. l. si idem cum eodē. s. de iurisdi. om. iudi. ⁊ in. l. j. de in litem iuran. ⁊ per Cyn. in additionibus super dicta. l. si idem. ¶ In glo. super verbo conuenietur: ibi responde. hec prima vera et communiter approbatur: secunda in se vera: sed non multum litere conformis. Et pro ipsa secunda expositione glos. melius facit. l. apud celsum. §. aduersus. s. de doli excep. Nam. l. tale pactū. allega. in glo. non bene probat expositionem glo. Tertia communiter non tenetur: quia actio legis aquilie non competit pro dāno contingente in culpa commissa in non faciendo. l. si cuius. §. deniqꝫ. s. de vsufru. ⁊ aduerte quia non sufficit mihi caueri a domino domus ruinose tantum in casu isto: quia possibile esset qd domus ruinosa immediate non daret mihi damnū si per prius daret damnum in edes medias. ⁊ ille medie exinde efficerentur ruinose ⁊ immediate darent mihi damnum: ⁊ sic non esset mihi consultum. Et sic voluit litera ista recte intellecta. Ex qua habes qd cautio damni infecti solum se extendit ad damnum qd immediate datur per edes ruinosas pro quibus cauetur. ⁊ ideo in casu isto cauetur a domino edium mediarum: forte tamen qz teneri videtur solum ex eo quia actionem habet liberabitur cedendo actionem mihi quam habet contra dominum ruinosarum. argu. l. qd debetur. cum ibi nota. s. de pecu. ¶ In eadem glo. in fi. Solu. qd in contrarijs nulla precessit culpa. hic sic. Nec ob. l. idem ius. §. mulionem. s. ad legem aquil. quia ibi etiam precessit culpa in miscendo se in ministerio in quo erat imperitus.

Quidam. Timenti damnum ⁊ iuranti de calumnia de damno infecto cauetur, si pretori visum fuit ⁊ licet vbi timetur damnum de re ad rem habeat locum cautio. tamen secus est vbi timetur de re ad personam: hoc dicit notabiliter. ¶ Nota argumentum quod si statutum disponit debere credi de damno dato vsqꝫ ad certam summā iuramento actoris prout est in ciuitate ista: tamen iudex ex suo officio poterit hoc inuestigare an sit verum: ⁊ si hoc repererit sequeretur iuramentum. alias non. quod sequitur hic Jaco. de are. ⁊ videtur hic satis probari iuncto principio cum ver. totum. facit quod not. per Cyn. et docto. in. l. si quando. C. vnde vi. Si autem diceret statutum credendum esse relationi saltuarij. ⁊ tunc iudex nil aliud inuestigabit secundū Angelum quia sibi facta est probatio plena prout exigit statutum fatetur tamen qd damnum patiens ex inuestigatione saltuarij recurret contra eum si eius relationem falsam docuerit. alleg. no. per Jaco. de are. in. l. fi. C. si aduersus liber. ⁊ sic videtur velle Ange. qd differentia sit an statutum dicat deberi stari sacramento partis: vt tunc iudex non obstante sacramēto teneatur ⁊ possit inquirere de veritate: an vero dicat stari debere sacramēto saltuarij ⁊ sic tertij officialis quo casu non habeat post iuramētum se intromittere. Sed hic insurgit dubium quid si iudex non est ille qui principaliter fuit. Aduerte quia si diligenter ponderetur tex. iste nō probat illud ad quod allegatur: quia hic iudex inquirendo post sacramentum non detegebat periurium quod patet: quia potest esse quod quis bene iurauerit: ⁊ verum videlicet qd non calumnie causa petit: tamē ei non est cauendum vt est videri in ver. ceterum. quando videlicet quis petebat sibi caueri de damno infecto qui re vera nullum aliud interesse pretēdebat: nisi qz deambulabat per locum vel etiam lauabat quandoqꝫ iuxta locum vbi erat domus ruinosa: ⁊ hoc est quod meo iudicio voluit litera dum dixit quod licet quis iurauerit non calumnie causa se petere: tamen hoc committetur iurisditioni pretoris an ei sit cauendum: nam debebit considerare pretor quale sit interesse eius quod alleget. ⁊ hoc voluit tex. in ver. ceterum. iuncto ver. totum. Nam dictus ver. ceterum. videtur venire ad declarationem presentis versi. totum. Sed in questione proposita derogetur ⁊ detegi posset periurium iurantis si non reperiretur ita esse. ⁊ ideo videtur quod ibi sit secus. argumen. not. in auc. nouo iure. C. de iudi. ⁊ in. l. nam ⁊ postea. §. j. ff. de iureiuran. ¶ Pro predictis tamē Jaco. de are. videtur facere primo quod not. Jaco. but. in. l. j. C. de re iudi. vbi dicit quod si statutum dicat qd dicto officialis credatur si dicat se reperisse aliquem videntē quod intelligitur nisi probetur contrarium: ⁊ sic nisi iusta causa appareat in oppositū. Sed posses dicere quod ibi non interuenit iuramentum: ⁊ sic nō tractabatur de periurio cum statutum non requirat sacramentum officialis: sed simpliciter dicat stari dicto ei⁹. ⁊ licet forte officialis iurauerit legaliter facere officium suum: tamen non iurauit expresse verum esse quod dicebat: ⁊ sic non facit ad propositū propter dictam auc. nouo iure. ⁊. d. l. nam ⁊ postea. §. j. ⁊ quia videmus in simili qd licet nuncius iuret fideliter exercere officium suum ⁊ postea referat se aliquem citasse: licet stetur in dubio sue relationi. iuxta no. per Bar. in extrauaganti ad reprimendam. ⁊ in ver. nuncium. ⁊ in. c. quoniam contra falsam. extra de proba. ⁊ in. c. cum parati. extra de appella. ⁊ in Specu. in titu. de cita. §. j. ver. sed nunquid credetur. tamen potest probari contrariū iuxta id quod not. in dicto. §. sed nunquid credetur. ⁊ ibi per Joan. an. in additionibus. ⁊ in dicto. c. quoniam. Item facit pro Jaco. de are. quod not. Innocē. in. c. fi. ad finem. extra quod metus causa. vbi videtur limitare auc. sed nouo iure. quod procedat quando taxatio fuit legitime facta: secus si non fuit legitime facta: qz tunc secundum eum non obstante sacramento interposito poterit iudex reuocare taxationem. l. quod iussit. ff. de re iudi. Sed si agitur de facto iudicis immediate reuocando: videlicet qd de taxatione per eum facta: qd facilius fieri posse videtur. d. l. quod iussit. ⁊ extra de appella. ca. cum cessante. cum ibi not. Forte tamen dictum Innocen. non procedit in casu dicte auc. quia ex quo facta est semel taxatio ⁊ secutum iuramentum videtur quod in odium contumacis iudex habeat sequi iuramentum. Nec in hoc debet esse clementior. l. vt aperte dicit textus in. §. oportet. in auc. de iudi. col. vj. vnde sumitur dicta auc. Et hoc videtur esse de mente Butri. ⁊ Barto. in dicta auc. inquantum dicunt quod non ibi prius fit taxatio ⁊ postea iuratur. alias si primo iuraret ⁊ postea taxaret quodammodo detegeret periuriū: ⁊ sic videtur quod ius sit quesitum parti ex ipsa interlocutoria taxationis ex quo sequutū est iuramentum ⁊ quod non possit ammodo reuocari parte inuita. Et hoc maxime odio contumacis in casu illo. Item pro Jaco. de are. facit qd notat Joā. an. post Innocentiū in. c. quia propter. §. illud. extra de appella. super ver. iuramento. vbi videtur quod licet de impedimento absentis stari debeat iuramento procuratoris absentis ad hoc habentis mandatum: tamen iudex possit postea inquirere an sit verum. Sed Innocentius loquitur in spiritualibus in quibus exuberat officium iudicis ne quis pro surreptione seu indebite promoueatur: vt in. c. cum nobis olim. extra de electio. ⁊ sic in alijs Innocen. videtur sentire contrarium. Item pro Jaco. de are. facit quod not. Joan. an. in ca. statutum. §. j. in ver. iuramento. de rescrip. in. vj. ⁊ in additionibus Specu. in titulo de offi. iudi. ad finem. vbi dicit qd licet in casu illius. §. ius statuat credi debere iuramento partis: tamen probari poterit contrarium. Sed certe ibi videtur loqui quando lex in subsidium dicit stari debere iuramēto quod indicat ibi dictio saltim secundum eum. ⁊ sic videretur: secus quando lex simpliciter dicit stari debere sacramento alicuius. ¶ Ultimo pro ipso etiam facit quod not. Joan. an. in. c. ij. super glos. equipollet extra de tempo.
2 ordi. libro. vj. vbi dicit ꝙ licet quis probauerit ignorantiam per iuramentum: tamen poterit probari contrarium. Sed posses dicere qd ibi loquitur quando lex expresse non disponit in casu de quo queritur stari sacramento sed per quandam similitudinem fit extensio ad casum de quo queritur: ⁊ sic aliud fit in expressa prouisione legis. Pro veritate tamen questionis posses sic concludere: qz aut lex vel statutum dicit stari debere super aliquo dicto alicuius. Aut dicit stari debere sacramento alicuius. Primo casu videtur qd intelligatur qd stari debeat in dubio nisi aliud probetur: nisi etiam forte sit talis qui sit officialis ⁊ iurauerit fideliter exercere suum officiū per no. per but. in. d. l. j. ⁊ in Spe. in. d. ver. sed nunquid credetur. ⁊ in alijs iuribus allegatis circa hoc. Secūdo casu aut lex vult stare sacramento alicuius precedente eius cōtumacia vel delicto de quibus constat: ⁊ tunc videtur quod non possit probari contrarium post iuramētum per not. in dicta auc. sed nouo iure. ⁊ hoc operetur odium contumacis vel delinquentis: de cuius contumacia vel delicto constat: licet Innocen. aliter senserit in dicto. c. finali. Aut non interuenit contumacia vel delictum: et tunc aut lex dicit in subsidium debere stari sacramento ⁊ tunc possit probari contrarium per nota. in dicto capitulo statutum. §. j. ⁊ in dicto titulo de officio iudi. in fine per Joannem an. Ratio quia iuramentum succedit tunc in locum alterius probationis ⁊ non est dubium tunc quod si alia probatio fieret posset pars aduersa probare contrarium ante publicatas attestationes vt in capi. fraternitatis. ⁊ capitu. ex tenore. ⁊ capitulo in nostra. extra de testibus. ⁊ in. l. ob carmen. s. de testi. Aut lex simpliciter dicit stari sacramento: ⁊ tunc si sumus in spiritualibus poterit iudex ex officio non obstante sacramento inquirere de veritate per rationem quam supra dixi. Sentit tamen Innocen. in. c. qz propter. §. illud. qd ad instantiam partis iudex se non intromittet. ⁊ hoc patebit ex infra dicendis. Aut in alijs non spiritualibus: ⁊ tunc si lex expresse non disponit in casu de quo querit. sed fit extensio per quandam similitudinem: ⁊ tunc videtur posse probari cōtrarium per not. per Joan. an. in. d. c. ij. Aut expresse disponit super eo de quo queritur. ⁊ hic est casus dubius. Nam videretur qd non deberet amplius posse inquiri ne detegatur periurium per dictam. l. nam ⁊ postea. §. j. do. Ange. post Jac. de are. post predi-

eta videtur distinguere an dicat stari debere sacramento partis
an sacramento tertij. non declarat tamen an ad instantiã aduer-
se partis debeat se iudex intromittere in primo casu nec etiam in
secundo declarat si pars velit probare cõtrarium an sit audiẽda
sed solum dicit qd iudex non habeat se intromittere in secũdo ca
su sed in primo sic. Forte pôt dici qd ad instantiam partis si vult
probare contrariũ debeat se intromittere: ꝛ sic quando lex vel sta
tutum dicit stari debere sacramento partis vel tertij debeat itelli
gi: scz in dubio nisi aliud aperte ꝓbetur in contrarium. arg. eius
quod no. But. in. d. l. j. Et quia ista probatio per iuramẽtum nõ
plus debet operari ex quo fit parte inuita quã alia probatio vel
quã iuramentũ prestitum in defectũ semiplene probationis. cum
igitur possit probari cõtrarium quando cum iuramento concur
rit semiplena probatio. ergo multo fortius debet posse ꝓbari cõ
trarium quando est iuramentum ꝛ semiplena probatio. l. admo
nendi. ff. de iureiurã. ergo multo fortius quando est solũ iuramẽ
tum. arg. aut. multo magis. C. de sacrosan. eccle. Nec ob. d. l. nam
ꝛ postea. §. j. quia loquuntur quando iuramẽtum voluntarie de-
fertur a parte parti. ꝛ sic secus videtur quando per legem deferꝛ
inuita parte aduersa. Nam tũc satis videtur esse qd lex operetur
qd in dubio stetur. non autem qd non possit probari contrarium
arg. dicte. l. admonendi. ꝛ hec responsio videtur de mente Joan.
an. in. d. c. ij. ꝛ per hoc potest inferri ad questionem predictam si
statutum vult stare sacramento damnum passi vsqꝫ ad certã quã
titatem qd si vult stari etiam si aliter non constet de maleficio cõ-
misso; tunc videtur qd stari debeat in dubio donec probetur con-
trarium. Sed si velit stare super quantitate damni dummodo
prius constet de maleficio; tunc forte esset secus per nota. in dicta
aut. sed nouo iure. ꝛ dicta. l. si quando. licet vt dixi Innocẽ. aliter
senserit in dicto. c. si. Facit etiam iste tex. quod iuranti aliquẽ esse
suspectum ꝛ fugitiuum vt concedatur familia pro capiendo illũ
non debeat indistincte credere. imo iudex habeat inuestigare cõ-
3 iecturas ꝛ verisimilia. facit quod no. in. l. fi. C. de ferijs. ¶ † Item
nota precipue illud quod vbi timetur damnum de re ad perso-
nam non debet prestari cautio. secus quando de re ad rẽ vel quã-
do de persona ad personam. vel quando de persona ad rem. de
quo hic per Barto. Et de hac materia vide quod no. in. l. denũ-
ciamus. C. de his qui ad eccle. cõfu. ꝛ Juli. in. l. illicitas. §. nec po-
tentiores. ff. de offi. presi. Sed aduerte quia est dubium quando
timetur damnum de persona ad personam an indifferenter pos-
sit peti cautio. nam clarum est qd si timeatur offensa ex inimici-
tia in quam incidit sine culpa sua quod debet cauere. Sed dubiũ
est quid si incidat in culpam suã. puta quia titius percussit seiũ
per quam percussionem facti sunt inimici ꝛ timet titius econtra
offendi an poterit petere cautionem videtur qd non per. §. si quis
iusta. infra hac eadem. l. ꝛ ibi per Bartolum. Sed contrariũ no-
tabiliter ibi tenet quia maius est periculum persone quã rerum.
facit. l. ꝛ in seruorum. ff. de penis. et. C. de sacrosan. eccles. l. sanci-
mus. Et ideo non obstat dictus. §. si quis iusta. quia loquiꝛ quan
do timetur damnum de re ad rem. ꝛ pro hac parte allegat. l. ꝓsen-
ti. §. penultimo. C. de his qui ad eccle. confu. ꝛ. §. nec. in auten. de
manda. principum. colla. tertia. Sed Ange. hoc non tenet indi-
stincte: sed dicit dictum Bartolum posse procedere quando ille
a quo cautio desideratur petit sibi restitui personam desiderantẽ
cautionem: puta si dominus petit sibi restitui seruum qui fugit.
vel si vir petit sibi restitui vxorem similiter fugientem ꝛ forte de
adulterio diffamatam. ꝛ ita intelligit dictam. l. presenti. ꝛ. c. ad
literas. de restitu. spolia. alias non credit cautionem debere pre-
stari per dictum. §. si quis iusta. ꝛ argumen. l. auxilium. ff. de mi-
no. ꝛ eodem modo videretur posse responderi ad dictuz. §. neqꝫ.
Tamen et dictum Bartoli videtur equius cum et ad officium
pretoris spectet prouidere ne fiant rixe. argumen. l. equissimum. ꝛ
qd ibi no. ff. de vsufructu. Et quia revera dictus. §. si quis iusta. lo
quitur quando timetur inferri damnum de re ad rem nõ de per-
sona ad personam. An autem si peto titio mihi caueri de nõ offen
dendo ꝛ ipse econtra possit petere a me. Et an non teneatur mihi
prestare donec sibi prestem. tetigit Bartolus infra ea. l. §. si quis.
ꝛ ibi cõcludit qd teneor sibi prius prestare. argu. l. iul. §. j. ff. de act.
emp. ꝛ arg. l. postqꝫ. §. imperator. ff. vt lega. no. ca. ꝛ aduerte quia
vbi prestatur cautio de non offendendo potest peti vt limitetur
tempus. argu. j. ea. l. §. fi.

a ¶ De illo. ad de gloss. no. pro elucidatione istius §. in. l. j. ff. de reiven. ꝛ ibi Angelus.

a **De illo queritur.** [a] Ubi habet locum remedium ordinarium cessat extraordina-
4 rium. hoc dicit. ¶ † Nota ꝙ licet inquilinus sibi caueri possit de
damno infecto a vicino. vt. ff. §. proximo. non tamen potest petere
sibi caueri a domino a quo conduxit. ¶ Et not. qd licet deambu
lans non petat cautionem sed debeat implorare officium iudicis
vt domus reapteꝛ. l. ad curatoris. j. eo. tamen inquilinus pôt pe-
tere cautionem quod videtur mirum cum nõ videatur interesse
respectu domus quam inhabitat: quia illa non est sua. et si velit
petere respectu persone non possit. Sed dic qd hoc contingit for-
te propter damnum rerum quas habet in domo conducta in qꝫ
posset incidere ex ruina domus vicine.

5 **Si quis vi.** ¶ † Si cui imputari potest culpa edificij iã constructi non prestatur cautio damni in-
fecti. hoc dicit. ¶ No. quod dixi in summario. Et facit ad questio
nem de illo qui habet inimicitiam culpa sui ꝛ petit sibi caueri. de
qua hic per Bartolum. ꝛ dictum fuit. ff. eadẽ. l. qui. §. dãna. ¶ In
glossa super verbo admisit. ibi non audietur. Barto. hic ꝛ succes-
siue Ange. videtur velle qd in casu isto possit peti destructio pro-
pter interesse publicum etiam per eundem. argumen. l. iuris gen
tium. §. si paciscar. ff. de pactis. alias autem quando non pretẽdat
interesse publicum procedat distinctio. l. sabinus. supra commu-
ni diui. Et subdit etiam quod si hic tractaretur solum de inter-
esse priuato licet fuisset in culpa patiendo edificari. ꝛ per hoc per
didisset ius nunciandi nouum opus. non tamen debuisset perde
re ius petendi cautionem de damno infecto. argu. l. domus. ff. de
serui. vrba. predi. Sed forte potest dici cõtrarium: quia ex quo po
tuit prohibere opus edificare ꝛ consequenter potuit euitare peri
culum ruine. videꝛ qd imputetur sibi si ipse nõ prouidit per hunc
tex. qui simpliciter loquitur. nec ob. §. si quis opus. j. e. l. quia vbi
non patiebatur edificari sed nunciauerat nouũ opus ꝛ vltra hoc
etiam petebat cautionem de dãno infecto. hic autem iussus erat
edificare illicite ꝛ forte tendebat solum contra vtilitatem priuatã
licet Bar. videatur intelligere qd versabatur etiam vtilitas pu
blica sed diuinare videtur.

Et superficiarium. Superficiarius petit sibi de damno infecto caueri sꝫ
non emptor bone fidei si eam desideret a domino. h. d.

Si quis. Hoc auxiliuz licet extraordinarium per aliud extraordinarium non tollitur nec per ordina-
rium aliud competens ad diuersa. hoc dicit. ¶ Nota quod dixi
in summario. ꝛ de materia dic vt dixi in. l. in prouinciali. ff. titu.
primo de quo etiam hic aliquid per Jac. de are. ¶ In glos. super
verbo cauere. ibi ordinarium vel ciuile. hec prima solu. est vera et
notanda. sequens vero solu. violat tex. qui videtur loqui de cau-
tione damni infecti. etiam solu. tangitur in glo. seq. quia per con
fessoriam vel interdictum qd vi aut clam. vel nunciationem noui
operis nõ est succursum respectu dãni qd posset contingere ex rui
na. ꝛ sic cautio damni infecti ad illud postulatur quam competãt
dicta remedia. Item non excluditur per illam: quia remedium
extraordinariuz non excluditur per ordinarium quando pleni⁹
subuenitur ordinario iuxta nota. in. l. ij. C. si aduer. rem iudica.
ꝛ qd no. per Bar. in. d. l. in prouinciali. Nec obstat qd confessoria
detur ad interesse qꝛ datur ad interesse intrinsecum contingens
propter nõ vsum seruitutis nõ ad extrinsecum. Do. Jo. de Imo.

Si quis. Ille contra quem facta est immissio ex hoc edi cto non potest sibi caueri ab imissõ. h. d. ¶ No.
ar. qd si peto vt caueas mihi de non offendendo qd si tibi petenti
prius per me caueri non caueam non debeam audiri. Nec obstat
huic tex. l. postquam. §. imperator. in fi. vt le. no. ca. quia ibi loqui
tur in remedio rescripti imperatoris qd est ordinarium vel saltẽ
succedit in locum ordinarie actionis ex testamento. hic autem in
cautione damni infecti que est subsidiaria nec cõpetit ei qui fuit
in culpa. vt. ff. eodem. l. si quis. vel illud remedium non competit
vt fiat immissio nisi prius caueat aduersario. que ratio hic cessat.
6 ¶ † Item nota de dictione preter. que ponitur inclusiue. Et sic fa-
cit qd si testator legat titio domum preter domum qd videatur le
gare domum qd etiam hic tetigit Jaco. de are. de quo per glo. et
Bar. in. l. j. in fi. ff. de pigno. actione.

7 **Si quis stipula.** ¶ † Juramentum de calumnia prestitum in vna instantia non
prodest in alia. hoc dicit. ¶ In tex. ibi posse fieri subaudi ꝛ instan
tia super qua fuerit iuratum est finita vel non videatur bona ra-
tio: nec sufficiens cum ea attenta omni die ꝛ hora possit hoc iura
mentum exigi sm Ang. Sed forte posset dici qd si petitur ex iter-
uallo licet in eadem instantia: quia ex cursu temporis perpendi-
tur qualitas edificij qd debet iterato cauere per tex. istum qui sim
pliciter loquitur. Et ratio Ange. procedat quando non petere-
tur ex interuallo. arg. l. nam ad ea. j. de condi. ꝛ demon. ¶ Nota
ex tex. argumentum qd si testis interrogatus de tempore vel loco
dixerit se nõ recordari ꝛ iterum alio tempore interrogatus dixit
fuisse certo loco et tempore non ex isto incurrat falsum: quia po-
test esse qd tempore secundi edicti habuit memoriam ꝛ non tem-
pore primi. Nec obstat quod testis ex interuallo non potest corri-
gere dictum suum: vt in. c. preterea. extra de testi. co. quia illud ve
rum cum tractatur de correctione. ꝛ secundum dictum se nõ com
patitur cum primo. secus quando secundum dictum se compati-
tur cum primo quia possibile est qd non recordabatur tempore
primi dicti postea sic. et sic non corrigit nec immutat primum di-
ctum sed bene adijcit aliud. quod bene no. propter limitationem
dicti. c. preterea. loquitur quando diceret
forte in primo dicto se errasse. ¶ In glo. super verbo iurandũ ibi
secus. ergo in iuramento lꝫ Dy. vt robiqꝫ dicat idez. Bar. tamen
dicit quod

dicit quod in hoc remanet differentia quod si instantia hic muta
tur videtur mutari respectu huius iuramenti. ideo debet iterato
prestari: sed secus in iuramento veritatis: q2 non videtur mutari
causa licet mutetur instantia. z sic videtur innuere quod in eadē
instantia non sit sepius iurandum in casu huius. §. Sed forte ta-
men hoc non est verum: vt tetigi super ter. quia instantia incipit
demum a tempore contestate litis. l. properandum. §. j. C. de iudi.
Et sic possibile est quod primo petiit cautionem z fecit citari ad-
uersarium z iurauit: nō tamen contestatus fuit litem. demū post
annum iterato instet z petat: z licet habeat instantiam super pri
ma petitione. arg. aut. qui semel. C. quomodo z quādo iud. tamē
videtur quod propter longū interuallum. quia pōt esse q ex cur-
su temporis edificij qualitas aliter est alterata: z forte verisimili-
ter hodie non timetur amplius. Ideo videtur quod iterato sit
iurandū propter qualitatem rei que ex cursu temporis potest va-
riari propter quam prestatur hoc iuramentum. Et propter hoc
non obstat aut. in isto. ff. alleg. quia loquitur in iuramento calum
nie quod prestatur ratione rei variabilis ex cursu temporis. Io-
an. de Imola.

Si alieno. Etiam petēs cautionem nomine alieno de
bet iurare z si dominus ad iurandum po-
8 tuisset compelli. h. d. ¶ Nota quod beneficium personale com-
petens principali competit etiam eius procuratori vel defensori
z facit quod habetur. ff. de re iudi. l. si cum procuratore. An autē
transeat ad singularem successorem vel particularem. dic vt per
Bar. in. l. qui personale. ff. solu. matri. z per Dy. in. c. quia priuile-
gium. de reg. iur. lib. vj. An autem ius agendi vel excipiendi trās
eat ad singularem successorem. tangit hic Iac. de are. de quo per
Bar. in. l. si tertius. §. si prius. ff. tit. j. ¶ In glo. super verbo debet
iurare. ibi non fit in forma iudicij. potest intelligi id est extra iu-
dicium prestatur: z sic intelligit gl. in. l. ij. §. finautem. Sed hec ex-
positio non videtur bona tenendo quod in hac causa debeat peti
tio offerri z lis contestari. vt tenuit Bar. in. l. iiij. §. hoc autem. ff.
eo. vnde secundo potest exponi id est prestatur: non tamen vt fit
de forma substantiali iudicij: sed probatur potius ad quandā pro
bationem: vt. ff. ea. l. §. qui damni. licet cōtrarium loquatur in sa-
cramēto calumnie vniuersali: quod est de forma z solēnitate sub-
stantiali iudicij. Et hanc secundam expositionem tenet Bartol.
Sed aduerte quia non videtur hec bona sol. ad contrarium. Nā
licet sacramentum de quo hic loquitur habeat vim probationis:
tamen etiam videtur habere vim sacramēti de calumnia vniuer
salis prout est de solennitate iudicij. nam si procedatur in hac cau
sa petitionis cautionis damni infecti z dicatur deberi iurari de
calumnia vt sic etiam adsit sacramentū calumnie quod est de so-
lennitate iudicij. non video qō possit iurari: quia illud quod iu-
retur sit comprehensum sub ista forma. nam quādo prestatur sa-
cramentum calumnie vniuersale iurat quis quod credit se iustā
litem mouisse z sic nō calūnie causa mouisse litem. z in effectu iaz
hoc est iuratum. Et ideo videtur quod istud iuramētum habeat
vim probationis z etiam vim sacramenti calumnie vniuersalis.
z ex hoc sequitur quod si procurator potest hoc sacramētum pre-
stare quod habet duplicem vim: multo fortius deberet posse pre-
stari sacramentum calumnie quod habet solum vim sacramenti
vniuersalis. Et ideo forte potest dici quod hoc est speciale in cau
sa ista que celeritatem desiderat z in qua consequenter non ex to
to in figura ordinarij iudicij proceditur propter periculuz quod
est in mora. facit. l. j. in principio. ff. eodem. quod possit hoc sacra-
mentum prestari per procuratorem. facit qō dixi in. l. iiij. in prin-
cipio. ff. eodem. Vel forte potest dici quod hic dicatur procurato-
rem debere iurare: tamē non negatur quin etiam dominus. Et
ita intelligatur. d. §. finautem. C. de iuramen. calum. Nam vide-
tur quod vterq debeat iurare scilicet procurator z dominus per
ea que habentur in. d. §. finautem. iuncta aut. principalis. secun-
dum vnum intellectum cum ibi no. per Barto. z hodie est expres
sum in. c. ij. de iuramen. calum. lib. vj. plus tamē placet quod hoc
casu sit speciale quod non requiratur iuramentum domini pro-
pter periculum quod est in mora. quod procedit tenendo quod
procurator postea iuramentum prestitit sine speciali mandato.
An autem sit verum quod sine speciali mandato in casu isto pos
sit hoc iuramentum per procuratorem prestari. sunt opi. nā glo.
prima huius. §. z glo. ista dum dixit vt simpler procurator. sensit
quod sic. contrarium tamen tenuit Ioan. and. quod requiratur
speciale mandatum in. c. fi. de iura. calumnie. lib. vj. Bart. tenet
hic gloss. istam. Tu potes concordare opiū. quia aut procurator
vult iurare prout sonant verba pretoris: videlicet eum cuius no-
mine postulat non calumnie causa fuisse postulatum. z tunc vide
tur quod debeat habere speciale mandatum. nam alias non vi-
detur quod possit hoc bene iurare. Aut vult iurare quod credit
eum cuius nomine postulat non fuisse postulatum calumnie cau
sa. z hoc casu procedat glo. z opi. Barto. Et quod hec secūda for-
ma admittatur videtur fuisse de mente glo. in. l. pretor. §. j. in ver
bo fuisse. ibi de credulitate. ff. eodem. Et sic attēdenda erit forma
iurandi vt sic videatur an requiratur speciale mandatū vel non.
Item aduerte circa istud iuramentuz quia dixit hic Bar. quod
si procurator iurat se calumnie causa nō petere quod licet ista for-
ma iurandi contineat: quia ipse non calumnie causa petit nec do
minus tamen non sufficiet in casu isto quia est data certa forma
iurandi a lege de qua hic: z dicta. l. iiij. in princip. a qua non est li
citum recedere. argumen. l. cum hi. §. si pretor. ff. de transa. z. l. na
turaliter. ff. de legatis tertio. z de elec. c. procurator. z. c. is qui. lib.
vj. Sed certe si vera est opi. quod dicta forma contineat id quod
est dictum. videtur quod deberet sufficere: quia nil debet referre
quid ex equipollentibus fiat. argumen. l. j. ff. manda. z argu. eius
quod consueuit dici de sententia quod licet de solennitate forma
li sententie sit quod contineat condemnationem vel absolutio-
nem. tamen sufficit quod contineat equipollens. C. de sentē. l. pre-
ses. z. ff. de re iudi. l. in summa. z. l. quid tamē. §. si arbiter. ff. de ar-
bi. z. l. si pretor. in prin. ff. de iudi. An autem dicta forma cōtineat
9 id quod est dictum infra patebit. ¶ Extra glo. tangit hic Bar
to. de quadruplici specie iuramenti. scilicet de iuramento calum
nie vniuersali. Item de iuramento calumnie quod habet vim p
bationis: de quo hic loquitur secundum eum. Item de sacramen
to veritatis. Item de sacramento in litem. z prosequitur in qua-
libet specie. An z quando possit prestari per procuratorem et an
requiratur speciale mandatum. Et adde dictis suis primo circa
primam speciem quod iuramentū calumnie vniuersale est de sub
stantia iudicij si petatur. vnde potest tacite omitti: vt est hodie ex
pressum de iuramento calumnie. lib. vj. in. c. j. z ideo videtur cum
sit petitum z postea non prestatur iudicium sit nullum. Et hoc
fuit de mente Barto. in. l. de pupillo. §. qui opus. ff. titu. j. z Iac.
but. in. l. j. §. sed quia. C. de iura. calumnie. z ibi dicit quod mali-
ciosi procuratores dum respondent ad libellum negant narrata
prout narrantur vera esse z fieri debere. z in fin. subiungant. z pe
tit iurari de calumnia. z postea vlterius non curāt insistere vt sic
non prestetur iuramentum ex hoc reddatur iudicium nullum. et
ita limitetur. d. c. j. Pro hoc bene facit quod alibi dicunt canoni
ste in simili quod libelli oblatio est de substantia si petatur. alias
sufficit qualisqualis petitio per modum poste in actis: vt nota.
per Ioan. and. in. c. j. de libel. obla. z in clemen. sepe. in versi. neces
sario. de verborum significatione. Et similiter quod inducie deli
beratorie ad respondendum libello sunt de substantia si petant:
adeo quod si petite non dentur redditur iudicium nulluz: vt est
glo. ordi. valde not. in. c. vxor felicis. xvij. q. iiij. z in dicta clemen.
sepe. z facit quod not. Ioan. and. in. c. primo. de libel. obla. z in. c.
j. de lit. contest. z quod no. per glo. z Ioan. and. in. c. de causis. ex
tra de officio delega. Item adde secundo quod licet Cyn. dixerit
de iure non posse prestari iuramentum calumnie per procurato-
rem etiam habentem speciale mandatum sed etiam per nunciuz
sic in. l. ij. §. finautem. z. §. hoc etiam. C. de iura. calūnie. ex eo quia
actus qui geritur per procuratorem vt procurator cuz concipiat
verba sua in personam suam nomine domini. vt not. gloss. in. l.
multum. C. si quis alteri vel sibi. tamen contrarium est decisum
in. c. fin. de iura. calumnie. in. vj. z bene. nec obstat ratio sua quia
licet vbi agitur de obligatione querenda sit differentia inter pro
curatorem z nuncium: quia procurator querit sibi z debet cede-
re domino. l. possessio. §. si possessio. ff. de acquiren. possessio. Nun-
cius autem immediate querit domino: z verius loquendo domi
nus ipse sibi acquirit per nuncium tanq per organum seu instru
mentum quoddam: z sic per literas si posset fieri. l. qui aut. z. l. li-
cet. ff. de consti. pecu. tamen secus esset quando agitur de obligan-
do dominum: quia ex facto procuratoris obligatur dominus im
mediate sicut ex facto nuncij. l. j. ij. z. iij. ff. de insti. Preterea in his
que sunt inseparabilia a persona pcurator in effectu censetur ge-
rere personam nuncij: vt patet in matrimonio in. c. fi. de procura.
in. vj. z bene facit ad predicta gloss. in. c. tibi domino. lxiij. dist. vbi
dicit gloss. quod paria sunt dicere iuro in animam talis: vel talis
iurat per me. Item adde inquantum dicit quod licet procurator
debeat iurare de calumnia in animam suam. vel procurator ha
bens speciale mandatum aīam in dñi vt hodie est expressum in. c.
ij. de iur. cal. lib. vj. iuncto. c. fi. eo. titu. tamen sufficit si procurator
simpliciter iuret se calumnie causa non petere: quia intelligitur
iurare tam in animam suam quam domini cuius habet manda-
tam. Nam adde quod si simpliciter petitum sit procuratorem de
calumnia iurare sufficere potest dicta forma. arg. c. j. de iuramen.
calum. lib. vj. Sed si esset petitum specifice quod iuraret in ani-
mam suam z etiam in animam domini: tunc non videretur suffi
cere dicta forma que in dubio videtur se referre ad animam pro-
curatoris. nec persona extrinseca in dubio debet subintelligi. l. si
ita stipulatus. §. grisogonus. ff. de verb. oblig. Et quia responsio
ista simpler videtur satisfacere solum vni membro petitorum.
Ideo adde quod de iure debet esse speciale mandatū ad iuran
dum de calumnia in tali casu. nec sufficit si habet mandatum ge-
neraliter ad causas z ad iurandum de calumnia in illis. Nam
pro hac parte videtur casus in. d. c. fi. a contrario sensu. z ibi etiam

hoc sentit Joã.an.pro practica que seruat bene Zñũ facit clem.nõ
10 potest.de procu.alleg.per Bart.†Et etiam quia cõmuniter procuratores non incohant causam aliquam sine consensu domini. ⁊ sic eoipso quod dominus consentit litem moueri in consequentiam sentit quod iuret de calumnia si petatur cum alias non possit causam agitare.argumẽ.l.ij.ff.de iurisdi.omnium iudi.⁊.l.ad rem mobilem.⁊.l.ad legatum.ff.de procura.Item adde inquantum dicit quod si dominus est absens in remotis partibus quod tunc procurator generalis sine speciali mãdato poterit iurare de calumnia in animam tamen suam ⁊ sufficiet.sicut ⁊ quando legitimus administrator iurat.⁊ hoc in subsidiuz.sicut ⁊ in subsidiũ transit vtilis sine cessione si non potest haberi persona que debet cedere:vt no.in.l.damni.§.fina.ff.eodem.Nam adde quod illud non videtur bonum simile.nam cedere actionem pendet ex facto alieno.Et ideo si non est quid imputet petenti cessionem: qꝛ non potest haberi copia debentis cedere subuenitur sibi. Sed hic videtur imputandum domino qui constituit procuratorẽ ad agendum ⁊ sciebat quod non debebat admitti sine speciali mandato ad iurandum de calumnia si non dedit ab ipso initio sibi speciale mandatum.Et ideo videtur verius quod non debeat admitti nisi in aliquo casu.An autem curator possit dari bonis in hoc casu qui habeat iurare de calumnia tãq̃ legitimus administrator. videtur quod sic per nota.per Cy.in.l.ij.§.sinautem.⁊.§.hoc etiã. C.de iuramen.calum.In contrarium facit:quia videtur quod debeat cessare legitimus administrator ex quo habebamus datiuũ per.l.si tutor reipublice causa.ff.de tute.⁊ ra.distra.⁊ hoc tenuit hic Bar.sequendo tamen quod etiam possit iurare in animam suam ⁊ sufficeret.Sed tenẽdo contrarium videlicet quod nõ sufficeret tale iuramentũ videretur quod possit dari curator ex quo non habemus administratorem datiuum sufficiẽtem:cum paria sint non esse minus vel minus legitimus esse.argu.l.quoties.ff. qui satisda.cog.⁊.l.ij.§.quibus.ff.quod cuiuscq; vniuer.nomi.⁊.c. ij.extra de post.prela.Sed forte potest dici quod isto casu non sit dandus curator si dominus sit absens ex voluntaria causa quia imputet sibi quia non dedit speciale mandatum procuratori ad iurandũ de calumnia.nec videtur iure cautum quod debeat dari curator bonis absentis ex voluntaria causa ad finem vt moueat actiones competentes absenti.secus quãdo esset absens ex probabili ⁊ necessaria causa.⁊ ita loquatur.l.qui ab hostibus.ff.ex qui.cau.ma.⁊ sic videtur intelligenda glo.ibi posita.Ex parte autem rei absentis forte posset dari curator bonis si non defenderetur: licet esset absens ex voluntaria causa.arg.l.si diu.ff.qui.ex cau.in pos.ea.⁊.l.j.⁊.ij.ff.de cu.bo.dan.Et hoc circa primam speciem iuramenti.
11 ¶Circa secundam adde quod dixi super glo.¶†Circa tertiam adde primo inquantum dicit quod procurator habens generale cum libera potest prestare iuramentum ad preiudicium domini.vt tunc preiudicet domino tanq̃ simplex cõfessio licet nõ obliget dominum ad periurium. Nam si debet preiudicare vt simplex confessio videtur quod indistincte debeat nocere etiam si non habeat liberam donec probetur contrarium.per non.in.l. non solum.in prin.ff.de procu.vbi etiam de materia.⁊.l.certum. §.si an ipsos.ff.de confes.Sed potes dicere quod si confessio procuratoris emanat per modum contentiose iurisditionis preiudicat domino etiam si non habeat liberam.⁊ ita loquatur cõtrarium. Sed vbi confitetur per modum voluntarie iurisditionis prout videtur esse in proposito:tunc non videtur quod debeat preiudicare per no.in.d.§.sed an ipsos.tamen in casu nostro preiudicat: quia non est simplex confessio procuratoris sed iurata.et sic cum iuramentum habeat vim transactionis.l.ij.ff.de iurisdi.om.iu. Ideo preiudicat hoc casu cum procurator habens generale cum libera possit transigere.l.procurator totorum.⁊.l.procurator cui libera.ff.de procur.Secũdo adde quod si procurator habeat speciale mandatum ad sic iurandum non debet dominus cogi venire ad iurandum in ciuili causa.secus in criminali secundũ Bar. Nam adde quod Jac.bu.in.l.fi.C.de procu.Idem voluit quod non teneatur venire ad iurandum.⁊ idem sentit Joã.and.in.c. fi.de iur.cal.in nouella.Sed ipse idem Barto.in.l.fi.C.de procu. sensit indistincte quod possit cogi venire ad iurandum:⁊ sic etiã in ciuili.Et hoc puto verũ si iudici videatur quod est sibi permissum quod vbicunq; sibi equum videatur pro veritate eruẽda possit partem interrogare et cogere ad respondendum:vt.l.vbicũq; ff.de interroga.actio.⁊ in.c.cum Joannes.extra de fi.instru.Et quia permissum est sibi etiam in ciuili modis omnibus laborare ad veritatem eruendam.xxx.q.v.c.indicantem.⁊.l.is apud quẽ. C.de edendo.Cum ergo hoc possit spectare ad inuestigationem veritatis.scilicet videre qua fronte qua trepidatione loquatur etiam in ciuili merito si iudici videatur debet posse cogere partem vt veniat coram eo ad respondendum.Et pro hoc etiam facit quia vt docet experientia quis facilius dabit mandatum ad sic iurandum quam ipse personaliter constitutus coram iudice vt sic iuret et magis reuereatur et timeat presentiam iudicis. Et per hoc videtur dicendum quod iudex possit cogere partem vt veniat ad respondendum positionibus non obstante qđ compareat procurator qui dicit plenarie se instructũ ⁊ ostendat mandatum in quo detur speciale mandatum ad sic ⁊ sic respondendum in casu in quo interrogetur:et sic fiat positio.Et ideo statuta cõmuniter prouiderunt quod possit pars cogi ad respondendum personaliter positionibus.⁊ facit ad predicta que not.in dicta.l.finali.C.de procu.⁊.l.si actor malit.ff.de procura.Et quia vt docet experientia procuratoris facilius negant quam principales.¶Circa vltimam speciem dic vt hic per eum.Et adde quod Specula.in titulo de iuramento calumnie.posuit quadruplicem speciem iuramenti aliter quam Barto.s.iuramentum litis deci-
12 sorium:de quo in titulo de iureiurando.per totum.†Item iuramentum de malicia quod prestatur in quacunq; parte litis quãdocunq; iudici videbitur:de quo est expressum in capitu.primo. de iuramento calum.libro sexto.licet olim quidam dicerent qđ ante litem contestatam prestabatur:quia nondum erat iuratum de calumnia. Tertium est iuramentum de calumnia quod prestatur de iure canonico in causis non spiritualibus.Item iuramentum de veritate dicenda quod erat ad solennitatem iudicij sicut ⁊ iuramentum de calumnia sed prestabatur olim secundum canones in spiritualibus:hodie vero etiam in spiritualibus causis prestatur iuramentum de calumnia ⁊ veritate dicenda.Et sic vtrunq; est de substantia si petatur:vt in capitulo secundo.de iuramento calumnie.libro.vj.

Huic stipula. In hac stipulatione debet inseri dies causa cognita:⁊ que versentur in cause cognitionem in litera exprimitur.hoc dicit cum sequen.¶Nota argumen.quod si prestatur cautio ab aliquo de non offendendo secundum.l.denunciamus.C.de his qui ad eccle.confug.⁊ que dicta fuerunt supra eadem.l.§.qui debeat inseri dies intra quam duret obligatio ad instantiam ipsius cauentis secundum Jaco.
13 de are.¶†Item nota infinitatem esse euitandam.de quo hic in glos.⁊ aliquid per Dy.⁊ latius per Bartolũ ⁊ facit etiam quod not.in.l.finali.C.de sacrosanctis ecclesijs.¶Item no.cause cognitionem esse adhibendam in hac causa cautionis damni infecti.⁊ sic facit quod in ea debeat libellus offerri ⁊ lis contestari.de quo in.l.quarta.§.toties.⁊.§.hoc autem iudicium.supra eodẽ.¶In glos.super ver.debet ibi.§.iurare.Solu.quod illa potius concordat:quia ibi iudex habet taxare:⁊ sic infinitas euitatur.¶In eadem glos.in fine solu.quod ibi apparet ex mente contrahentium quod voluerunt infinitatẽ amplecti:ideo toleratur que ratio hic cessat.⁊ an infinitas sit euitanda vel nõ tetigi remissiones in notabi.et dic vt hic per Bartolum ⁊ adde vnum solum scilicet circa intellectum.l.fideicommissa §.si cui decem.scilicet quod illud quod ibi dicitur procedit quãdo apposita fuit dictio rursus prout ibi fuit.et similiter in dictione iterum.et similium:⁊ si dictum fuit quotiescunq; perdiderit relinquo alia decem.videtur quod verba sint clara ⁊ apta ad infinitatem ⁊ sic tunc toleretur etiam in casu illo.argumen.l.si ita stipulatus a seio.infra de fideiusso. ¶In glos.super versicu.ex causa.in fine licet Jacobus de are.et Bartolus non teneant expositionem glos.maxime quia leges alleg.in glos.loquuntur quo ad alimenta de quibus hic non tractatur:tamen satisputo tolerari posse expositionem glosse.argumẽ. l.secunde cum ibi notatis infra de re iudicata.⁊ quia persona minoris in dubio est magis fauorizata a iure:vt patet in toto titulo supra de mino.ideo non est mirum si tolerabile est quod in diem longiorem caueat tam maiori quam minori.Credo expositionez Barto.⁊ Jaco.de aretio in se veram:vt exponatur ex causa id est ex origine.an videlicet sit vitium operis vel soli.nam vitium soli propter pondus edificij verisimiliter citius faceret ruinaz quam vitium edificij:et quod subijcit qualitate ⁊c.debet intelligi respectu edificij in quo timetur damnum:quia si ibi stat inquilinus solum vsq; ad tempus sue cautionis cauebitur et non vltra.⁊ quandoq; etiam in breuius si iudici videatur inspecta qualitate vitij et maxime adhibito iudicio magistrorum peritorum in arte.et vt dicit Bartolus notabiliter moneri debent partes vt sint presentes quando magistri habent inspicere: alias nõ preiudicaret parti absenti.In glossa.l.in cause.in fine.Considerari etiam debet an sit edificium nouum factum in terreno antiquo an super terreno noniter ibi posito.Nam verisimiliter citius faciet ruinam super noniter imposito.Jacobus tamen de aretio exponebat verbum longinquitas id est distantia.vt sic inspiciatur an adeo distet ab edificio petentis cautionem quod verisimiliter non possit dare damnum:et similiter magnitudo operis an sit adeo altum quod verisimiliter possit se extendere ad edificium petentis.Et hec expositio est in se bona sed non respectu textus qui loquitur de cause cognitione respectu diei prolixioris non respectu scilicet an sit interponenda vel non cautio:quo respectu procedit expositio dicti Jacobi.Attendi etiam debet magnitudo operis:quia magnum opus propter grauedinem operis citius ruit quam paruum.Ideo vno casu in tempus prolixius quã in alio caueri debet.

Summarium.

Summarium.

1 Infinitas toleratur vbi obligatio ex voluntate partium inducitur.
2 Consuetudo attendi debet in dubio.
3 Satisdari debet pro opere facto in publico.
4 Dictio de/quid denotet.
5 Sermoni generali debet stari.
6 Priuilegium principis quod castro conceditur ad villã fere semper trabitur.
7 Pares in iure dicuntur qui in possessionẽ ex primo decreto mittuntur.
8 Ordo temporis in pignore pretorio non est attendendus.
9 Decretum primum et secundum in causa damni infecti potest interponi.
10 Dominus nemo efficitur per secundum decretum in causa damni infecti.
11 Legatarius duplici ex causa immitti potest.
12 Ordo temporis an debeat attendi in pignore iudiciali.
13 Nuncio referenti se citasse creditur.
14 Citatus non comparens an debeat denuo citari.
15 Principalis an prius citari debeat q̃ fideiussor.
16 Oblatio libelli an debeat citationem precedere.
17 Solennitas peremptorij an requiratur post litis contestationẽ.
18 Citatus in prima citatione contumax debet in qualibet in expẽsis condemnari.
19 Actor licentiatus recedere contumaciam non comparentis accusare debet.
20 Contestari litem nemo compellitur.
21 Reus non comparens an debeat pronunciari contumax.
22 Nuncius cui referre debeat se citasse.
23 Libellus an debeat dari in implorando primo decreto.
24 Contumax peremptorie an iterato debeat citari.
25 Citatio vna non sufficit vbi lex trinam requirit.
26 Reus expensas contumacie volens refundere infra quantũ tempus admitti debeat.
27 Decretum primum in quibus actionibus babeat locum.
28 Tempus quantum sit quod datur iudicatis.
29 Officiũ iudicis nobile dicitur quod pro executione sentẽtie daᷓ.
30 Decretum secundum in omnibus actionibus habet locum.
31 Decretum secundum non habet locum vbi per primum est plene succursum.
32 Missio in omnia bona an contra latitantem sit fienda.
33 Consuetudo vel statutum vsurariam nutriens prauitatem respui debet.
34 Decretum secundum an in hypothecaria habeat locum.
35 Immissus in hypothecaria immissi in reali naturam dicitur sortiri.
36 Decretum secundum an possit interponi contra contumacem non latitantem.
37 Dictio equaliter/quid importet.
38 Iudex non statim interponet secundum decretum.
39 Latitatio non semper requiritur vt decretum secundum interponatur.
40 Sententia primi vel secundi decreti interlocutoria potest dici.
41 Sententia interlocutoria dicitur que inter principium et finem cause fertur.
42 Sentẽtia interlocutoria dicitur que super exceptione peremptoria fertur.
43 Appellari an possit a sententia primi et secundi decreti.
44 Minor an debeat audiri refectis expensis contra quem decretũ secundum est interpositum.
45 Forma secundi decreti contra debitorem et fructuarium qualis.
46 Immissio fit contra eum qui habet vtile dominium.
47 Dominij appellatione venit tantum directum.
48 Tempus longum in dubio censetur decem annorum.
49 Priuilegium ciuitati concessum in quibus casibus nõ sit ad villam vel castrum trahendum.
50 Feudum quid proprie sit. remissiue.
51 Feudum an veniat in publicatione bonorum.
52 Uasallus feudum perdit qui proditorie dominum offendit.
53 Uassallus seruitium non prestabit domino si ex causa damni infecti contra ipsum fiat immissio.
54 Empbiteosis ecclesie non venit in bonorum publicatione.
55 Periculum aduentitium filij in quo pater habet vsumfructũ nõ venit in publicatione bonorum.
56 Pater de peculio profectitio tenetur tantum ob filij contractum.
57 Stipulatio quibus casibus a iure fingatur.
58 Instrumentum petere sibi fieri quis potest super iure sibi competenti.
59 Agere an possit quis vt declaretur suum ius sibi competere.
60 Missio in possessionem habet locũ contra pupillũ indefensum
61 Pignus pretorium in quo differat a conuentionali.
62 Missio in locum cautionis dicitur succedere.
63 Immissione facta contra contumacem caueri debet de damno infecto et iam facto.
64 Iurisconsulti per distinctionem sunt ad concordiam reducendi.
65 Impeditus possessionem igredi perinde ac si iam intrasset debet haberi.
66 Mora non purgatur vbi executio effectum sortitur.
67 Appellari potest a secundo decreto.
68 Iuri offerendi potest prescribi.
69 Missus in possessionem domum ruinosam reficere non tenetur.
70 Actio in factum competens contra prohibentem in locum succedit cautionis.
71 Extendi verbum multipliciter capi potest.

I finita. Die finita in stipulatione apposita iterum stipulatio interponi debet si dies omittatur ex certa sciẽtia perpetuo cõmittetur si per errorem consuetudo inspicietur. h. d. ¶ †1 No. quod vbi obligatio inducitur ex voluntate partium toleratur infinitas. secus quando ex legis dispositione et non ex spontanea voluntate partium. de quo. s̃. eo. l. qui bona. §. si. per Barto. qui ibi sequitur in exceptionibus et in replicationibus et in obligationib9 an quadruplicem infinitatem temporis quantitatis numeri et personarum. ¶ †2 Item no. recurrendum esse in dubio ad consuetudinem facit. l. quod si nolit. §. qui assidua. s̃. de edili. edi. ¶ In gl. super ver. iterum. in fi. ideo toleratur expositio gloss. scd̃m Ange. quia per multiplicem prestationem in casu isto non renouatur grauamen sed est vnum et idem sed vbi grauamen ex qualibet prestatione renouaretur: tunc bis tantum fienda est prestatio per. l. fidcicõmissa. §. si quis decem. j̃. de lega. iij. Et per hoc ipse infert quod ille qui promisit captiuum renũciare suo magistro toties quoties requisitus fuerit ab eo quod facta renunciatione bis liber erit vt euitetur infinitas per. l. qui bona. in fi. s̃. eo. et quia in omni renũciatione renouatur grauamen ꝓpter sumptus. Sed tu adde qd̃ hoc non videtur verum: quia illa verba toties quoties videntur clare importare infinitatem: vt videtur sensisse hec gloss. et facit. l. si ita. j̃. de fideius. vnde ex quo verba sunt apte data ad infinitatez toleranda est infinitas ex quo secundum voluntatem partium cõtrahitur. arg. d. l. si ita. et not. Bar. in. d. l. qui bona. facit. l. ille aut ille. §. cum in verbis. j̃. de lega. iij. Sed dictum Ang. posset procedere si promisisset semel: et rursus vel iterum representare. ¶ In glo. super ver. liberaretur. §. repromittere. subaudi et sic obstaret sibi exceptio dolo facis. ar. l. dolo. j̃. de doli excep. et etiam exceptio illa tua nõ interest. et hanc formam in simili dicit Ang. se pluries practicasse cum petitur reuocatio tenute quia potest obijci tenutam non esse reuocandam ex eo quia non interest reuocari quod si data non tenet deberet de nouo concedi: et ad cautelam dicit petendam renouationem eius et confirmationẽ prime. Sed tutius puto quod si tenuta sit nulla: forte quia data possessore non citato. iuxta not. per Bar Barto. in. l. fi. C. de edic. diui adri. tol. non litiget pars super nullitate si re vera est nulla. alias posset cõdemnari in expensis tanq̃ temerarie litigasset super dicta nullitate. per. l. eum quem temere. s̃. de iudi. et. l. non ignorat. C. de fruc. et li. expen. et in. c. finez litibus. extra de do. et contu. Sed potius instet petendo de nouo dari. nam tunc si re vera debeat dari de nouo et aduersarius succumbet et condemnabitur in expensis si restiterit l. properandum. §. sin autem alterutra. C. de iudi. vbi autem litigasset vtraq; pars super nullitate et etiam super de nouo dari simul. et cõtingat pronunciari tenutam fuisse nullam diciq; de nouo dandum tuncq; vtraq; pars esset victrix et victa videretur vterq; soluendus ab expensis per no. in. l. generaliter. §. j. C. de re. credi. et per hoc patet quod cautius est non contendere super nullitate si re vera fuit nulla propter factum expensarũ. ¶ In ea. gl. ibi sol. vt ibi dic quod vera solu. est quod hic partes errauerunt in iure. ideo stipulatio est aliqua: quia promissor volebat teneri in perpetuum licet hoc faceret quia errando in iure putabat se teneri ibi autem erratum fuit in facto: quia contrahentes fuerunt a principio propositi facere stipulationem ad diem sed alias per errorem fuit dies omissa. vnde stipulatio fuit nulla quasi in corpore stipulationis fuerit erratum. quia verba precedentia vidẽtur habere vim cuiusdam clausule derogatorie. et facit quod habetur in simili in. l. quoties. §. tantundem. cum ibi no. per Bar. j̃. de here. insti. Nec potest dici quod intelligatur dies repetita in cautione. per. l. item quia. s̃. de pa. cum simi. quia licet tractatum fuerit de die apponenda non fuit certa dies expressa. Et super hoc dic latius vt dictum fuit in contrario. ¶ In ea. glo. in fi. dic melius quod partes nil possunt facere in stipulatione pretoria addendo vel diminuendo contra mentem pretoris vt remaneat stipulatio pretoria licet possit transire in conuentionalem. facit. l. in conuentionalibus. cum ibi no. j̃. de verbo. obliga. Sed si ex mente pretoris aliquid faciat bene remaneat stipulato pretoria. et ita hic. Nã

si dicit adiiciunt hoc faciunt etiam ex mente pretoris qui voluit
posse adiici diem ⁊ etiam in perpetuum obligari si partes volũt.
arg.l.j.§.item queritur.s.tit.j.

Deinde ait. De opere quod fit in flumine publico vel
eius ripa satisdatur in decem annos. sed
si fit ĩ via vel alio loco publico iudicis arbitrio dies in satisdatio
ne statuetur nisi opus fiat ad publicam vtilitatem:quia tunc non
satisdabitur:sed iudex pro indemnitate euitanda adiri poterit.
5 hoc dicit vsq; ad.§.ex hoc edicto.¶†Not.quod pro quolibet ope
re quod fit in publico debet satisdari.Et ratio est quia vbi opus
fit in alieno debet satisdari etiam si sit locus priuatus.l. hoc am-
plius.§.quesitum.⁊.§.seq.s.eo.Constat autem quod edificans in
loco publico edificat in alieno id est non suo. ¶Item not. tem-
pus expressum infra quod debet caueri quando fit in flumine pu
blico vel ripa eius licet in alio opere non sit expressatum. Et hoc
ideo quia frequentius contingebat edificia fieri in flumine publi
co vel ripa eius quam in aliis locis publicis ideo fuit specifice p-
uisum.arg.l.certi condictio.§.si nummos.⁊.l.singularia.s.si cer.
peta.¶Item no.tres differentias inter casum quando fit in flu-
mine publico et quando fit in loco priuato: quia primo casu est
expressatum tempus infra quod debet caueri in secundo non:sed
debet determinari per pretorem.Item in primo casu debet satis-
dari indistincte.in secundo non debet satisdari.sed sufficit quan-
doq; cautio vt quando in suo quis facit opus.Itẽ in primo casu
solum de vitio operis. In secundo solum de vitio loci cauetur.
4 vbi autem opus fit in alio loco publico remanent solum due vlti
a me differentie.¶†Item no.quod dictio de[a].nõ denotat causam
proximam sed immediatam.quod intellige si potest perpendi ex
mente statuentis.alias in dubio denotaret causam proximam si
cut ⁊ dictio ex vt no.Bar.in.l.j.§.ex incẽdio.ff.de incen.rui.nau-
5 fra.⁊ facit quod habetur in.l.non dubium.C.de legibus.¶†Itẽ
not.quod generali sermoni est standum quatenus non reperitur
facta exceptio.facit quod no.glo.in.l. omnis diffinitio.ff.de reg.
iur.⁊ quod habetur in.l.in fraudem.§.fi.ff.de testa.milita.¶In
glo.super ver.cum.vero.in fine.dic quod de mente litere videtur
quod iste ver.cum vero.veniat ad complendam rationem iuris-
consulti precedentem:quia quando fit in publico debet satisdari.
quia ⁊ quando fit in priuato si fiat in aliena re debet satisdari: et
sic cum tunc quando fit in publico fiat in alieno id est non in suo
merito debet satisdari. ¶In glo.super ver. si quid fiat.in fi. Et
sic tenet glo.quod iste tex.habeat locum etiam si illicite fiat opus
in publico.⁊ cum illa transeunt docto. maxime Barto. ⁊ Ange.
Sed hec opi.non videtur bona per.l.qui bona.§. si quis iusta.s.
eo.Nam videt quis esse in culpa eo ipso qd patitur illicite opus
fieri in publico.ideo non debet sibi cauere de damno infecto. Et
sic sufficit tunc quod potuerit habere remedium nũciationis no-
ui operis:⁊ quod possit petere destrui per.d.§.si quis iusta.Ideo
potest dici quod prima opi.hic posita sit melior licet non assigna
uerit bonã rationẽ.p ea que tetigit gl.Sz aliter põt saluari:vt di-
xi per.d.§.si quis iusta.Et ideo debet intelligi qd hic fiebat opus
in publico iure permittente. puta principe vel senatu vel non fie-
bat deterior conditio nauigantium.per.l.j.§.penulti.ff.de flumi.
Nec ob.huic intellectui.§. si publicus.ff. ea.l. vbi videtur probari
quod quando publicus locus reficitur de iure non habeat locum
satisdatio de damno infecto:quia illud procedit quãdo fit ad vti
litatem publicam:vt innuit ibi litera publice reficiatur.secus vbi
fieret opus in publico ad vtilitatem priuatam:quia si timetur de
vitio operis debet satisdari de damno infecto:⁊ hoc vltimum se-
quitur hic Bar.

Ex hoc edicto. Si est ruinosa pars substantialis
edium fit immissio in totas edes.se
cus si pars artificialis est ruinosa:quia tunc in illam solam fit im
missio nisi occasione contiguationis seu connexitatis pars vitio
sa aliam ad se trahat.hoc dicit.¶No.ex litera argu.quod si sunt
duo socii habentes turrim communem ⁊ vnus committat male
ficium propter quod ex forma statuti debeat edificium delinquẽ-
tis destrui quod hoc casu veniat destruenda etiam pars nõ delin
6 quentis ex quo vna pars sine alia destrui non potest.de quo tan-
b getur in.l.vt eius.ff.titu.j.¶†Item no.argu.[b] quod si pinceps cõ
cedit priuilegium castro trahatur etiam ad villam propinquam
quod tenuit hic Jac.de are.per.l.seia tiranne.s.de fun.instru. cũ
si.Sed Barto.aliter hic loquitur ⁊ videtur in effectu idem senti-
re:licet hic loquamur in priuilegio concludens quod si accipia-
tur castrum pro loco tunc in priuilegio non continebit villam li-
cet in beneficio sic per beneficium late interpretatũ si priuilegiũ
non cum sit contra ius commune.per.l.fi.cum ibi not.s. de cõsti.
princi.iuncta.l.si quando.C.de inoffi.test.Sed si sumatur pro ho
minibus loci tunc comprehendit secum etiam villam: et si conce-
ditur ciuitati comprehendit totum comitatum etiam in priuile
giis.per.l.qui ex vico.ff.ad muni.⁊.l.ciuitatibus.ff.de leg.j.⁊ not.
per eum in.l.ij.ff.de verbor significatione. Sed certe leges allega
te per eum non loquuntur in priuilegio in quo videtur stricte sẽ

a ¶Dictio de adde de hac dictione de. Bart.hic et Bal.consil. cxxix.ij.vo.

b ¶Arg. adde qd Bar. tractat hic hãc qõnem.

da interpretatio ex quo est cõtra ius commune per nota.in.c.pri-
uilegia.ij.distinctio.⁊ per Jo.an.in.c. olim tibi. extra de verbor
sig.⁊ contra Bart.videtur etiam sensisse Ja.belui.vt tetigi super
rubrica vel.l.j.s. solu.matri.

7 **Si plures.** ¶†Siue simul siue separatim plures in
possessionem ex primo decreto mittantur
omnes sunt pares in iure:sed si vnus ad secundum decretum per
uenit loco domini habetur ⁊ aliis cauere tenetur.⁊ missus ex pri-
mo decreto non prescribit antequã interponatur secundum.hoc
8 dicit no.vsq; ad.§.si ante hoc.¶†Nota qd in pignore pretorio nõ
aduertitur ordo temporis.de quo hic aliquid in glo.⁊ per Bar.
in.l.cum vnus.ff.de bo.auto.iudi.pos.¶Item not.qd vbi plures
pretendunt officium iudicis si vnus propter contumaciam mit-
tatur in possessionem:non intelligitur immissus licet alius potue
rit petere se immitti:secus quando vnus plurium creditorum
mittetur in possessionem:quia tunc intelliguntur etiam alii im-
9 missi.d.l.cum vnus. ¶†Item not.qd in causa damni infecti in-
terponitur primum decretum ⁊ secundum:⁊ non habemus alibi
in toto corpore iuris ciuilis mentionem de secũdo decreto nisi in
10 hoc.§.iul.¶†Item nota qd per secundũ decretum in causa dãni
infecti non videtur quis effici dominus:sed de hoc dic vt dictum
fuit in.l.pretoris.s.eo. ¶Vlti.not.qd missus ex secundo decreto
debet cauere posteriori. An autem immissus ex primo possit ca-
uere secundo. ⁊ si caueat an debeat conseruari indemnis. vide in
l.is cui.in princip.ff.vt in posses.lega.¶In glo.super ver.ordinẽ.
in fine.de hoc ⁊ quando ⁊ an debeat attendi ordo dic vt per Dy.
in.l. nec enim.ff.de solu.⁊ per Jaco.de bel.in.l. quoties. supra de
vsufruc.⁊ plenius per Bartolũ in.l.ij.§.prius.ff.de vulg.⁊ pupil.
et per cano.in.c.cum dilecto.extra de rescrip.Et aduerte qr Bar.
in.l.cum vnus.ff.de bo.aut.iudi.pos.quẽ hic sequitur Ang.dixit
qd si sunt plures legatarii in diuersis quantitatibus ⁊ vnus pe-
tat sibi satisfieri ⁊ in contumaciam fiat missio contra heredem ex
primo decreto quod alii intelligentur immissi ex quo omnes pre-
43 xerit. ¶ † Extra glo. dubitatur de hypothecaria an in ea habeat locum secundum decretum. An habeat naturam actionis personalis an realis nam glossa fuerunt cōtrarie. nam in. l. si quis emptionis. circa finem dixit quod habet naturam personalis. Sed in. l. iij. §. fina. de acquirenda possessione. dixit quod habeat naturam realis Angel. autem hic non discussit an habeat naturam realis vel personalis. tetigit solum an habeat locum secundum decretum. et dixit quod non: quia per eam non aduocatur nisi nuda possessio. l. si cum venditor. de euic. et sic si est facta immissio ex primo agens consecutus est suum desiderium et sic in hoc sentit quod habeat naturalem realis. de quo remittit ad nota in dicta l. tertia. in fine. et hec dicit vera nisi propter sumptus litis damna et interesse velit sibi adijci proprietatem. Tu adde primo premittendo quod vbi sit immissio in personali ex primo decreto immissus non possidet sed detinet. nec efficitur postea possessor etiā per lapsum anni. sed solū interueniente secundo decreto sed immissus in reali secundum veram opinio. et communem legistarum statim possidet licet reuocabiliter vsqz ad annum. postea vero irreuocabiliter licet de proprietate docetur. licet secundum canonistas solum post annum efficiatur possessor. in cap. quoniam frequenter. §. in alijs. vt lite non contesta. Hoc premisso conclude quod licet opinionē fuerint in ipsa hypothecaria. de quibus per Barto. in. d. l. iij. §. fina. tamen fuit opinio Jac. de are. quam sequitur ibi Barto. et Joan. and. in addi. Specu. in titu. de con-
35 tu. §. sequitur. ver. sed nunquid. † quod immissus in hypothecaria sortiatur naturam immissi in reali et sic infra annum habebit possessionem. sed venit reuocanda si compareat reus infra annū et offerat se liti refectis expensis post annū vero non poterit recuperari possessio nisi doceatur de proprietate. hoc est si sit pcessum contra pretensum debitorem nisi ipse doceat debitum nō subesse vel rem non esse obligatam scilicet cōtra tertium. nisi ipse doceat rem non fuisse in bonis debitoris tēpore obligationis. Sed hec opinio. videtur nimis rigida cum velit ex lapsu anni transferri onus probandi negatiuam meram in contumacem quod nō cōtingit si esset actum ad debitum principale: vt volunt doct. licet Joan. aliter dixerit in. c. quoniam. §. fina. preallega. sed non bene vt ibi nota. per Joan. andreā super glossa. et etiam hic per Bart. ergo multo minus debet hoc contingere in hoc accessorio hypothece quod debet regulari secūdum naturam principalis. l. cum principale. de regulis iuris. Unde videtur melius posse dici qd lapsus anni hoc operabitur in hypothecaria quod poterit res illa teneri in causam pignoris donec pendebit lis an sit debitum vel an sit res obligata. tamen incumbet onus probandi ipsi asserenti se creditorem et rem obligatam. facit quod notat Joan. an. in simili in. d. §. finali et per hoc videtur quod congrue nō possit aliter secundum decretum imponi. De formis etiam primi decreti tetigit Innocen. in capitulo primo ad fi. de eo qui mit. in pos. cau. rei ser. et licet Innocen. videatur reprobare illam formā quādo iudex decernit quem immittendum ex eo quia videtur quodammodo contra sententiare cum illa forma reprobatur hic per Barto. et pro eo videtur casus in capitulo tertio extra de eo qui mittit. in pos. et pro ea bene facit clemen. auditor. de rescriptis. et quod habetur in. l. si pretor. de iudi. et facit etiam quod not. et per glos. et doctor. in. l. j. et secunda. C. si aduer. li. et in. l. penultima de rei vendi. Nec videtur verum quod videatur contra seipsum pronunciare. sed potius in effectu decernere quem immittēdum per
36 nuncium seu executorem. † Quid autem si aliquis sit contumax si non latitat: an possit procedi contra eum ad secundum decretum videtur quod non per. l. fulcin ius. §. primo et. §. quid sit latitare. vbi solum videtur loqui de latitante. Sed contrarium sensit Innocen. in. c. dilecto. ad fi. de verborum significatio. vbi dicit quod oēs possunt dici latitare qui non obediunt vocationi seu missioni iudicis. et alleg. l. si creditores. de priui. credi. et bene facit eo. tit. l. eum qui. Bar. etiam aliquid tetigit in. d. C. quid sit latitare. Conclude quod proprie non dicitur talis latitans per no. in. d. §. quid sit latitare. tamen ex extēsione et mente iurisconsultorum videtur posse procedi ad venditionē sicut contra latitātem si constet de vera contumacia. per no. in. d. l. si creditores. et. l. eum qui. et per hoc patet qd si est presens in iudicio. sed non vult se defendere ad mandatū iudicis. vel etiam si sit citatus personaliter et cum solēnitate peremptorij et non cōpareat poterit procedi ad venditionem vel secundū decretum. nam presens qui nō vult respondere habetur in effectu pro contumace: vt voluit Bar. in. d. §. quid sit latitare. et in causa noxali primū decretum haberet vim secundi: vt superius fuit tactum.

Si ante hoc. Si pluribus eodem tempore secūdum decretū interponitur quilibet pro rata damni admittitur. sed si pro vno primo interponitur ille loco domini habetur ex primo vero decreto omnes immittūtur in totum. sed faciūt sibi partes per concursum. hoc dicit. Et tres sunt partes principales que patent ex summario. secunda ibi: si vero. tertia ibi: si autem. ¶ Not. formā secundi decreti in causa damni infecti. quia iubetur quis possidere. quomodo autē iuxta diuersitatem casuum diuersimode interponitur tetigit Barto. in. l. pre-
37 cedenti. ¶ † No. ex tex. et glo. et dictis doc. de hac dictione equaliter. vno modo. s. de rata. alio modo eodem tempore. i. sui natura videatur importare omnimodam equalitatē. Et sic facit pro testibus reducendis ad concordiam: vt si dicatur filium et filiam equaliter institutos. alij dicunt filium institutum in maiori portione intelligatur dictum primorum equaliter. i. eodem tempore vt hic per Bar.

Si quis. Post immissionē ex primo et ante scdm decretum dns non debet de possessione discedere. h. d. ¶ No. qd dixi in summario. qd tn̄ limita p. l. iiij. §. si forte. s. eo. qr hoc verū nisi iudex pter aggrauādam cōtumaciā iubeat dn̄m de possessiōe discedere qd maxime facere debet si videt partes paratas ad rixas et arma. ar. l. equissimum. s. de vsufru.

Non autem. Ex causa dāni infecti etiā ꝯ nō latitātē pcedit ad scdm decretū tn̄ iure resti-
38 in inte. h. d. ¶ † No. qr non dz iudex festinare ad iterponendū secundū decretū. s; dz intercedere tpis interualium inter primū et scdm maxime si iterponi debeat cōtra minorē aut absentē ex cau-
39 sa necessaria et pbabili. ¶ † Item no. casum in quo nō requiritur latitatio vt possit deueniri ad scdm decretū. Et hoc verū in causa dāni infecti et noxali in quibus obligatio trahit originē a iudicio rei. et idem in causa liberali. l. neqz infantis. ff. de fideicō. li. alias nō debet deueniri ad scdm decretū nisi cōtra latitatē. l. ful-
40 cinius. §. j. et. ij. ff. ex q. ca. in pos. ea. ¶ † Extra glo. tāgit hic Bar. an sn̄ia primi vel secundi decreti sit interlocutoria et cōcludit qd sic. pro quo est etiā glo. not. in. pn̄ti. §. de his qui ad eccle. confu. alleg. tn̄ vnam rationē que nō videt generalis: vt qr fertur li. non cōte. ideo dz dici interlocutoria. Nam ex illa ratione sequeret qr semp vbi pcederet li. nō cōtest. nunqz esset dare diffinitiuā qd est falsum. vt patet in auf. qui semel. C. qn̄o et qn̄ in. Et que dicat sententia interlocutoria et q̄ diffinitiua. tetigit glo. no. in cle. vnica. de

41 seque. pos. ꝛ fru. †Et concludit qꝺ illa dicitur interlocutoria que fertur inter principium ꝛ finem cause. ꝛ appellat vt puto principium non contestationem litis sed citationem a qua lis sumit exordium: vt insti. de pe. te. li. ad fi. Diffinitiua vero dicitur que diffinit principale negotiũ de quo vertitur lis inter partes. Sed si bene ponderetur dictum illius glo. posset cauillari. vnde intellige sane quod diffinitiua proprie dicitur quando directo ꝛ principaliter venit ad diffiniendum negotium de quo principaliter vertitur lis inter partes. alias autem potest dici interlocutoria. Ex hoc patet quod sententia que fertur super possessorio diffiniendo ipsum: quia diffinit illud super quo principaliter vertitur lis dicitur diffinitiua: licet aliqui aliter dicãt. de quo in. l. j. C. si de mo. pos. Et ex hoc etiam patet quod sententia que fertur ab obseruatione iudicij non debet dici diffinitiua: quia nõ diffinit negotium de quo principaliter vertitur ius. sed solum absoluit ab instantiam. licet Jaco. bu. tenuerit contrarium in. l. properandum. in prin. C. de iudi. ꝛ non bene: vt patet ex predictis. ꝛ etiam
42 voluit Bar. in. l. titia. ꝭ. de accu. †Et ex hoc patet quod sententia super exceptione peremptoria debet dici interlocutoria: quia nõ directo venit ad decidẽdum id in quo principaliter vertitur lis sed per quandam consequẽtiam licet quo ad quid possit dici habere vim diffinitiue cum ex ea in consequẽtiam sequatur decisio principalis negotij. facit quod no. in cle. si. extra de appella. Et ex hoc apparet quod sententia que fertur super peremptione instãtie in causa appellationis debet dici interlocutoria: qꝛ nõ venit principaliter ꝛ directe ad decidendum negotium principale sed per quandam consequẽtiam quando est desertio cause appellationis. ꝛ hoc respectu debet dici habere vim diffinitiue. facit qꝺ habetur in dicta cle. si. Et ex hoc patet quod sententia primi ꝛ secundi decreti debet esse interlocutoria: quia non venit principaliter ꝛ directe ad decidendum negotium principale: sed vt non obstante contumacia satisfiat agenti. vnde per secundum decretum non agit iudex principaliter diffinire negotium principale nec decidere principaliter: an habeat ius agens vel nõ si agit satisfacere agenti. vnde per secundum decretum principaliter adiudicat rem vel iubet vendi licet re vera hoc facere non debeat nisi facta fuerit sibi fides de debito: vt voluit glo. in. l. hereditarium. ꝭ. de bo. auto. iudi. pos. ꝛ ex his patere potest quid sit interlocutoria quando ante negotium decisum fertur: sed quãdo post negotiũ iam decisum ferretur aliqua sententia ad effectum vel executionem iam decisi. clarum est quod illa necessario debet dici interlocutoria cum due diffinitiue super eadem referri non debeant iu
43 xta no. in. l. j. C. quando prouo. non est necesse. ¶ †Item secundo tetigit hic Barto. an possit appellari a sententia primi ꝛ secundi decreti. ꝛ licet hoc sequatur Dy. tamen aliter dixit in. l. ij. ꝭ. de appel. re. Aliter autem dixit Jo. an. in tit. de primo decreto. ꝭ. sequitur. iuxta prin. Potes iungere opi. sic: qꝛ si fertur sententia primi vel secundi decreti contra non cauentem vel non soluentẽ de iure ciuili a primo decreto non appellabitur per rationem Bart. sed de iure canonico poterit appellare cum eo iure ab omni grauamine appelletur a secundo decreto poterit tunc omni iure appellari a primo vl' secũdo decreto per. l. ex consensu. ꝭ. fi. de appel. ꝛ cle. si ante. de do. ꝛ contu. Si autem fuisset factus contumax: tũc a primo decreto de iure canonico posset appellari: sed non de iure ciuili in casu a quo non posset secundum decretum interponi non subsistente vera contumacia quod est regulariter: tunc decretum esset necessaria appellatio. Sed in casibus in quibus sufficeret ficta contumacia vt in causa noxali ꝛ damni infecti tũc posset
44 appellari vtroqꝫ iure vt hic patet. ¶ †Ultimo tangit an minor contra quem est interpositum secundum decretum debeat audiri refectis expensis. ꝛ concludit quod non nisi per restitutionem. Nam adde quod quatuor fuerunt opi. quas recitauit Jo. an. in titu. de primo decre. ꝭ. restat. ver. sed pone quod pupilli. ꝛ ver. qꝺ si maior. Potes concludere quod aut minor non fuit legitime citatus: ꝛ tunc auditur etiam non refectis expensis. Aut fuit legitime citatus: ꝛ tunc si non habebat administratorẽ sentit Jo. an. in dicta addi. quod non audiatur nisi refectis expẽsis per iura indistincte loquẽtia: ꝛ ne quis decipiatur legis autoritate. sed Bar. vult quod non audiatur hic de mero rigore. sed de concessa restitutione. ꝛ de hoc videtur casus secundum vnam lec. in. l. minor etiam si quasi contumax. ꝭ. de mino. ꝛ quia non est absonum qꝺ hoc casu possit restitui ex quo reperitur lesus. per no. per glo. in. l. j. C. si de momen. pos. ꝛ per doct. ex quo ad vtilitatẽ suam vel ad preiudiciũ suum iudicium principaliter agitabatur: licet sit secus quando minor pro alio legis autoritate posset interuenire iuxta no. in. l. exigendi. C. de pcur. Si aũt habebat administratorem tunc si erat soluendo. sentit Jo. an. qꝛ non audiatur nisi refectis expensis quas recuperabit ab administratore. Si autẽ non esset soluendo sentit quod non teneatur refundere ne negligẽtia administratoris sibi noceat: sed tutius videtur quod hoc vltimo casu noceat sed possit dari restitutio per no. in. l. pperandum. ad fi. C. de iudi. ꝛ dicetur non legitime citatus minor. primo si erat infans: qꝛ talis non potuit citari. ꝛ idem si erat pupillus ꝛ habebat tutorem: nec fuit citatus. Item si pupillus non habebat tutorem: nec fuerunt citati amici secundũ formam. l. hoc autem. ꝭ. ij. ꝭ. qui. ex cau. in pos. ea. ꝛ idem si erat adultus si eius curator non fuit citatus. vel si non habebat curatorẽ nõ fuerunt citati amici. ꝛ plus no. dicit quod non sufficeret tunc citatos amicos nisi etiam fuerit citatus adultus vt veniat ad petendum sibi curatorẽ per l. j. C. qui po. in pig. ha. quod est singulariter notandum.

Si qua sunt. Habentibus iura infra annũ ꝛ absqꝫ causa denegãtibus cauere denegatur persecutio iuris eorum. hoc dicit. ¶ No. qꝛ ille qui non est dominus rei licet habeat aliud ius debet satisdare non repromittere.
45 de quo dic vt in. l. hoc amplius. ꝭ. quesitum. ꝭ. co. ¶ †Item nota formam secundi decreti contra debitorem ꝛ fructuarium: quia eis denegatur persecutio iuris sui. ¶ Adde dictis Bar. in quantum tangit in casu suo quando fit missio contra creditorem ex secundo decreto: an perdat creditor actionem personalem contra debitorem. ꝛ concludit quod non. per. l. j. C. si aduer. vsuca. Nam in contrarium facit: quia creditor videtur quodãmodo constitutus pcurator in rem suam in re pignorata. argu. no. in. l. si pignori. ꝭ. fami. hercis. ꝛ. l. j. in fi. ꝭ. vsufruc. quẽadmo. ca. ꝛ. l. qui de creditore. cum ibi no. ꝭ. eo. Et sic videtur sibi imputandum si nõ cauit de dam. infec. Potes respondere primo quod forte non intererat debitoris caueri de damno infec. sed vtilius erat habere rem pro derelicto. argu. l. si is qui putans. ꝭ. fi. ꝭ. communi diui. vel secundo potest dici quod licet sit sibi imputandũ: satis tamẽ sit quod puniatur in prosecutione pignoris ne pena egrediatur delictum. argumen. l. sancimus. C. de penis. ꝛ. l. rescriptum. ꝭ. de his quibus vt indignis.

Si de vectigalibus. Contumacia fundum vectigalẽ habentis sibi tantum nocet non domino: sed ipsius domini cõtumacia ipsi domino nocebit. hoc dicit. Et diuiditur in duas partes principales qꝛ primo loquitur quando interpellatur pro cautione habens fundum vectigalem. Secundo quando dominus ipsius fundi vectigalis interpellatur. secũda ibi: sed si vectigali. Et habet quatuor lec. in glo. j. Sed prima tenetur communiter alijs reprobatis. de
46 quo hic plene per Barto. ¶ †Nota quod contra habentem vtile dominium fit immissio. ꝛ ex secundo decreto solum fit acquisitio vtilis dominij. sed contra pretendentem directum dominium fit immissio respectu ipsius dominij directi. Et ex hoc sequitur quod ex secundo decreto transfertur dominium si ille contra quem fit missio erat directo dominus: alias paratur vsucapiendi condi
47 tio. ꝛ ita intelligatur iste ter. ¶ †Item nota quod appellatione dominij in dubio non intelligitur de vtili sed de directo. facit. l. j. ꝭ. j. ꝭ. si ager vec. ¶ Item no. formam interponendi secũdum decretum contra habentem vtile dominiũ vel etiam inutile. de quo latius hic per Bar. ¶ In glo. j. in fi. prima tenetur hic per Bar. reprobatis alijs ꝛ etiam secunda reprobata. Sed forte posset defensari secunda vt sit speciale fauore fisci quod non interponatur contra eum secundum decretum ex causa damni infecti licet interponatur contra minorem absentem. Nec mirum: quia etiã multa alia habet priuilegia fiscus de quibus in. l. j. ꝛ per totũ. C. de iure fis. ꝛ ibi per Azo. in summa. ꝛ satis sit hoc casu forte fieri immissionem ex primo. equior tñ videtur esse opi. Barto. ¶ In
48 glo. super verbo longũ. ibi: scilicet decem annis. †Nota quod in dubio longũ tempus dicitur tempus decem annorum. de quo per glo. in rubrica. C. que sit long. cõsue. ꝛ facit etiam quod no. glo. in
49 cle. j. de re. eccle. nõ alie. ¶ In cadẽ glo. ibi: pro castro. †No. bene hanc sol. que forte non est alibi. ꝛ ex illa habes quod priuilegium cõcessum ciuitati circa prescriptionẽ in quatuor casibus positis in. l. fi. C. de sac. san. eccle. nõ habet locũ in castro vel villa. ꝛ sic facit quod regulariter priuilegiũ cõcessum ciuitati non trahat ad castrũ vel villã. qꝺ videtur cõtra no. per Bart. in. l. ij. ꝭ. de verbo. signi. de quo tetigi super rubrica. ꝭ. solu. ma. Nec ob. qꝺ not. in. l. res publica. C. ex qui. cau. ma. quia illud pcedat quo ad beneficia resti. in integ. quod nõ est mere personale. l. nõ solũ. ꝭ. de resti. in integ. ꝛ facit quod no. Dy. in regula priuilegiũ. de reg. iur. in. vj. ꝛ Bar. in. l. quia personale. ꝭ. solu. ma. ¶ In ea. glo. ibi vt etiam sciens rem alienã prescribat. hoc clarũ de iure ciuili: sed an idem de iure cano. Barto. sensit qꝺ sic. ꝛ sic dicit velle glo. in. c. pastoralis. ad fi. de offi. ordi. Sed certe illa glo. si bene ponderetur sentit oppositũ: qꝛ dicit qꝺ scꝺm iura ciuilia prescribit. ꝛ sic innuit a cõtrario qꝺ secus scꝺm cano. forte posset dici qꝛ aut immissus ex secundo decreto ex causa damni infecti vel noxali cõtra bone fidei possessorẽ verisimiliter putari debeat qꝺ etiã verus dñs non defendisset rem nec cauisset forte: qꝛ vtilius erat nõ cauere nec defendere ꝛ habere rem pro derelicto: ꝛ tunc posset prescribere etiam de iure canonico. Ratio qꝛ lꝫ sciat rem esse alienã: tñ potest dici non esse in mala fide ex quo verisimiliter putabat ꝛ putare debebat dominũ velle rem defendere ꝛ solũ male fidei possessor prohiberetur a prescriptione: vt in. c. possessor. de re. iur. in. vj. ꝛ in. c. fi.

extra de prescrip. Interdū vero verisimiliter putare debebat dominum esse defensurū rem. & boc casu non prescribit de iure canonico: q2 tunc videtur esse in mala fide nō interpellando dominū tutius tñ est omni casu interpellare & si dñs tūc non defendat in contumaciā tunc cōtra eum fit missio ex secundo decreto. & tunc
50 etiā erit tutus in foro cōscientie. facit. c. iuuenis. extra de sponsa.
a ¶ In ea. glo. ibi: feudatarius. quid ꝓprie dicat feudū.[a] babet in. c. j. qui feu. da. pos. de cōtractibus autem libellariis: id est precariis que proprie sit differentia inter eos. tetigit glo. in aut. ingressi. C. de sacrosan. eccle. & Cy. in. l. j. C. de iure empbi. dic vt bic
51 per Bar. & per canonistas in. c. j. & .ij. extra de preca. ¶ Et circa feudatarium adde dictis Bar. primo inquātum tangit an in pu
b blicatione bonorum veniat feudum.[b] & concludit si offensa concernit dominum applicatur sibi & non confiscatur. nam adde qd non dicitur offensa respicere dominum licet interficeret fratrem domini sui: vt in. c. j. de eo qui interfe. fra. do. sui. in vsibus feu. qd videtur mirandum. per not. in. l. j. & .ij. ff. de lib. cau. & in. l. lege. ff. de iniur. Sed illa loquuntur quo ad aliam materiam quā feudalem. vnde videtur qd in feudali offensa tunc respiciat dominum quando directo respicit personam domini. saluo tamen eo qd babetur in. c. j. in qui. cau. feu. amit. Posset tamē forte dici illud limitandum nisi vasallus principaliter ad despectum & iniuriam
52 domini interfecerit fratrem ipsius domini. ¶ Item adde secūdo quod vbi iniuria vel offensa respicit alium quā dominum. & ex illa debet sequi publicatio bonorum non per boc indistincte perdet feudum: sed quando proditorie offensa est facta & sic propter ignominiam non posset etiam stare in curia domini: vt in dicto. c. j. de eo qui interfe. fratrem do. sui. & per boc videtur qd si ex forma statuti propter quodlibet bomicidium deberent bona publicari vt olim erat de iure communi. vt. C. de penis. l. damnatorum. licet bodie secus in auten. bona damnatorum. eod. titu. posito quod propter boc non perdat vasallus feudum si interfecit bominem nisi interfecerit fratrem suum vt babeat totam bereditatem vel alias interfecerit proditorie: tunc non transit ad filios sed potius ad agnatos si erat feudum antiquum: vt est tex. valde not. in. c. j. si vasal. feu. pri. in vsibus feudorū. vnde videtur quod si esset nouum feudum rediret tunc ad dominum etiam in casu isto: licet offensa nō respiceret dominū. ¶ Item adde quarto quod istud quod dictum est de filiis videtur limitandum nisi pater vel auus fuisset stipulatus feudum pro se & suis liberis. nā tunc si offensa nō respicit dominum: & sit talis propter quam debeat perdere feudum videtur quod non noceat filiis. per no. per Bart. in. l. iij. ff. de interdi. & releg. Et est singularis limitatio ad ea que dicit bic Barto. & ad ea que babētur in dicto. c. si. si vasa.
53 feu. pri. ¶ Item adde ei quod dicit quod vbi fit immissio contra feudatarium ex causa damni infecti quod ipse non debet prestare seruitium domino. nam boc non videtur verum: quia videtur sibi imputandum cur non reparat rem ipsam. argumen. no. in. l. j. C. de iure empbi. ¶ Item adde ei quod tangit quando propter debitum agitur de capiendo rem feudalem. nam videretur quod demum in subsidium aliis rebus non extantibus debeat fieri ista immissio. argumen. no. in. l. spem. C. de execu. rei iudi. et
54 l. commodis. ff. de re iudi. ¶ Item adde ei quod tangit de contractu empbiteotico: an in publicatione bonorum veniat cōtractus empbiteoticus. & cōcludit quod non si fuit empbiteosis babita ab ecclesia per nota. in aut. de alie. & empbi. §. j. coll. ix. nam adde quod illud verum quando erat empbiteosis ecclesie cōstantinopolitane. nam in illa videtur esse speciale: vt patet ex illo tex. si bene ponderetur. Si autem esset empbiteosis babita ab alia ecclesia videretur idem quod in empbiteosi babita a priuato: in qua etiam adde dictis Barto. inquantum tangit quod si esset talis empbiteosis que transiret etiam ad extraneum beredem qd tunc veniet etiam in publicatione bonorum: & transtulit in fiscū. per no. per glo. in. l. iij. ff. de interdi. & rele. in. l. j. C. de bo. lib. nam contra istud facere videtur quia non videtur quod res empbiteotica possit alienari in potentiorem: presertim si sit empbiteosis ecclesie. per nota. in. c. potuit. coniuncta glo. extra de loca. & in. l. si ita quis. §. ea lege. ff. de verborum obligationi. Sed posses dicere quod boc non reperitur iure cautum quod non possit alienari in potentiorem: licet glo. ille boc sentiant: sed solum reperitur cautum quod non alienentur sine licentia domini: vt in. l. fi. C. de iure empbi. Fateor tamen quod iusta esset causa domino contradicendi si vellet alienare in potentiorem. argumen. l. sed & si quis §. j. ff. de consti. pe. Item fateor quod interdum apponitur pactū expressum ne alienetur in potentiorem. boc tamen casu forte non erit probibita alienatio que fieret immediate ex legis dispositione cum sit probibitio in certum genus personarum. per not. per Barto. in. l. peto. §. fratre. ff. de leg. ij. et eodem titulo. l. cum pater §. cum inter. & in dicto. §. seia. & facit. l. ex boc edicto. §. alienare. ff. de alie. iud. Item adde quod per boc videtur quod si esset feudū quod ex pacto posset etiam transire ad extraneum. iuxta no. in. c.

j. de feu. non ba. propriam. Nam idem esset dicendum quod tunc transiret in fiscum. ¶ Item adde quia sensit Barto. quod vbi ex causa damni infecti proceditur ad secundum decretum contra empbiteotam non teneatur soluere pensionem quod non videtur verum per ea que supra dixi circa feudatarium. nam videtur in culpa non reficiendo. facit quod babetur in. l. j. C. de iure empbi. ¶ Item adde inquātum tangit de contractu libellario. & cōcludit quod si vasallus infeudauit feudum titio: & ipse titius delinquat taliter quod debeat perdere feudum quod tunc debet applicari primo domino. per no. per glo. in. l. ij. C. de iure empbi. nam adde quod boc videtur falsum. per nota. in. l. imperialem. a §. illud. de probibi. aliena. feu. per Fede. vbi videtur quod ad immediatum dominum debeat reuerti. Nec ob. gloss. in dicta. l. ij. quia ibi causa concernebat primum empbiteotam et secundum quia neuter soluerat pensionem primo domino: ideo nimirum si empbiteosis reuertitur ad primum dominum: secus quando primus empbiteota vel vasallus seruat domino id quod ipse seruare tenetur. nam si tunc seruus aliquid faciat propter quod perdere debeat empbiteosim vel feudum reuertatur ad immediatū dominum. Et plus dicitur in dicto. §. illud. quod si seruus vasal- b lus offendit primum dominium non perdet feudum nisi ita demum si requisitus a primo vasallo a quo immediate tenet nolit
55 satisfacere de offensa primo domino. quod est nota. ¶ Ultimate tangit bic Barto. notabiliter questio. an si propter delictum filiifami. bona publicentur an publicetur peculium aduētitium in quo pater babet vsumfructum saltim quo ad proprietatem. Et concludit notabiliter quod non per textus in. l. tertia. §. sed vtrum. supra de mino. qui dicit damnato patre nō publicari peculium aduentitium. quem textum puto singularem & non esse alibi. videtur tamen intelligendus preter quam in causa maiestatis. per nota. in. l. quisquis. C. ad. l. iuliā maie. & allegat etiam l. tertia. C. de bo. dāna. que dicit damnato filio nō publicari peculium castrense. quam. l. etiam reputo singularem & non esse alibi et licet Bartolus ponderet implicatiuam inclusam in dictione nec ibi positam. iuxta. l. quidam. cum ibi nota. de vulgari & pupillari. tamen satis ex mente text. apparet quod non implicat pe
56 culium profectitium. ¶ Item singulariter no. inquantum dicit quod pater propter contractum filii non tenetur de peculio aduentio sed solum de profectitio per text. cum glos. in. l. pater qui castrense. infra de pe. ca. quam glos. non puto alibi saltim ita clare reperiri. quod tamen intellige verum nisi pater cōcessisset administrationem ipsi filio peculii aduentitii. nam tunc etiam in consequentiam cōsentire videtur posse fieri executionē etiam in illo peculio. & ita intelligit gloss. nota. in. l. et si condemnatus. ff. de noxa. que si intelligeretur de expresso consensu partium baberet dubium. ¶ Ultimo etiam singulariter nota inquantum dicit quod. §. idem scribit. in. l. iij. de pecu. babet locum quando in certa quantitate condemnatur filius & non in publicatione bonorum. Item nec quando condemnatur in absentia quod intellige quando semper fuit absens: secus si litem fuit contestatus et postea se absentauit: quia tenetur propter quasi contractum initum in contestatione per nota in. l. secunda. infra de preto. stipulatio. per gloss. & doct. licet in absentia condemnetur pater. Sed boc vltimum non est sine scrupulo: quia primo vbi alias sententia nocet tertio nunquam nocet quando fertur in absentem licet est litē contestatus. iuxta notata in. l. qui repudiandis. supra de inofficio. testamento. & per eundem Barto. in. l. cum filius infra de verborum obligationi. ¶ Item quia. §. idem scribit. loquitur in quasi cōtractu sententie qui immediate ordinatur ad id quod deuenit in sententia. que ratio cessat in quasi cōtractu qui fit per contestationem. ¶ Tetigit etiam bic de formis secundi decreti in incorporalibus. sed dubium est in vno quod tetigit videlicet inquantum dicit quod si ad instātiam domini interponitur primum decretum contra fructuarium quod tunc ipso iure denegabitur vsusfructus. Nam boc non reperio bene cautum: sed videt quod solum ope exceptionis per generalitatem. d. l. si noxale. ff. de noxa. & per no. in. §. si qua sunt iura.

Eleganter. Iste. §. est singula. & legitur in glossa quatuor modis. Et quarta lectu. que ponitur in fine prime glosse videlicet quod ideo bic cesset missio: quia cautio damni infecti fingitur interposita. communiter tenetur quod sicut post cautionem interpositum vere non babet locum missio: ita nec cum fingitur interposita. Sed in boc casu quando fingitur interposita agi potest contra dominum edificii vt vere caueat de damno etiam iam facto. potest etiam agi contra eum vt declaret actionem contra eū ex ficta cautione competere: & secundum bunc intellectum boc intendit. Si dominus edificii minātis ruinam per subterfugia cauere cessat: & damnum interim contingat post cautionē corām iudice petitā fingit cautio damni infecti interposita: ideo cessat missio. agi tñ poterit vt vere interponatur cautio: & etiam agi potest vt declaretur actionē ex illa

a ¶ Feudum. adde qd feudum est sicut vsufructui. Bald. in. l. j. §. exceptio. C. de cadu. tollen.

b ¶ Veniat feudū. Ad. de Spec. in titu. de feu. ver. xl. q̃rit. gl. in. l. si qs in totum. C. vnde vi. vide Barto. & Bald. in. l. j. C. de op. li. & bic Pan. de cast. & alii in c. j. si vas. feudo pri. aler. cōsil. lxx. iiij. parte. & in. l. status. §. cornelio. de iure fisci.

57 ficta cautione competere. hoc dicit. ¶ †Nota primum casum in quo fingitur stipulatio a iure. facit quod habetur in. l. non aliter ⁊. l. his verbis. ff. de adoptio. ¶ Nota secundo singulariter quod vbicunq; obligatio etiam principaliter est quesita: sed ex dispositione ficta reducatur ad veram. Item etiam agi potest vt declaretur actionem competere ex illa ficta dispositione. quod est notandum ſm Ange. cum multi sint casus in iure quibus fingatur dispositio vbi non est. de quibus tetigit glo. hic in verbo actionē. Item nota quod si aliquis petit decem vt sibi debita: ⁊ in fine libelli petit per iudicem declarari sibi actionem competere quod procedat libellus: perinde ac si peteret reum cōdemnari. facit qđ habetur in. l. pretor. in prin. ff. de iudi. ⁊ in. l. quid tamen. §. pe. ff. de arbi. ¶ †Ultimo no. argumen. quod quis possit petere vt sibi fiat instrumentum de eo quod sibi debetur vel super iure quod sibi competit. de quo hic per Barto. plene. ⁊ facit quod habetur per glo. in. l. sicut datam. C. de libe. causa. ⁊ in. c. significauit. extra de testi. ⁊ per Barto. in aut. sed ⁊ si quis. C. de testi. ⁊ in. l. ij. §. j. ff. soluto matrimonio. ¶ In glo. j. ibi: nimium fuerat negligens in veniendo. Sed certe videtur quod tunc nullo modo ei deberet succurri per no. in. l. euenit. ⁊. l. quod forte. ff. eodem. Et propter hoc ista prima lect. communiter reprobatur: sed forte posset saluari quia hic purgauit negligentiam re integra. quod videtur sibi fuisse licitum. argumento. l. illud. ff. de pericu. ⁊ com. rei vendite. secus quando res non esset integra. ⁊ ita loquuntur contraria. ¶ Item aduerte quod. l. hoc ampliuo. ⁊. l. pretor. in fin. cum seq. non videtur meruisse signari pro contrariis: quia in eis non dicitur quod fiat missio post ruinam etiam si iustum fuerit impedimentum. sed solum dicit quod tunc agi potest: vel vt rudera tollantur. ⁊ de damno infecto ⁊ preterito caueatur. vel edes ⁊ rudera pro derelictis habeat. ⁊ sic illa iura non faciunt contra inquātum hic dicit cessare missionem que hoc casu cessare videtur propter duo: tum quia missio ex hoc edicto fuit inuenta propter cautelam damni futuri. que tamen isto casu cessat. facit. l. pe. ff. de suspec. tu. Item quia agi potest ac si cautio esset interposita: vt hic tetigit glo. in fi. due autem seq. lectu. communiter non tenentur: vt hic plenius per Barto. ¶ In glo. super verbo aut. in fin. et sic vult glo. secundum istam primam solu. quod in potestate iudicis sit facere quod in litera positorum velit. ⁊ secundum hoc nō possit pars precise aliquid istorum petere sed debebit implorare officium iudicis alternatiuo modo: vt videlicet vel faciat sibi caueri vel declaret sibi actionem competere. sed Ange. hic sensit glos. voluisse quod sit in electione partis quod istorum eligat. Bart. vero voluit quod si euidens sit quod propter subterfugia ⁊ cauillationes sit facta dilatio tunc habeat locum prima pars scilicet quod petere debet tunc sibi cauere. sed si esset dubiū tunc habeat locum secunda scilicet quod tūc petere debet declarari sibi actionem competere. ⁊ secūdum hoc cum in diuersis casibus habeāt locum ista remedia. non est vis an dictio aut stet alternatiue an copulatiue per no. in. l. j. ff. de his qui no. infa. ⁊ per Barto. in. l. si is qui ducenta. §. vtrum. de re. dubi. Sed certe maior equitas videtur quod vbi euidentia sunt subterfugia possit petere declarari actionem competere: cum tunc magis suadeat equitas fingi stipulationem interpositam ⁊ fictio potissime super equitate fundatur. iuxta no. in. l. qui equitatem. ff. de do. excep. ⁊ plene per Barto. in. l. si is qui pro emptore. ff. de vsucapio. Unde potest dici quod practica glo. sit bona. vel forte potest dici quod practica glo. procedat quando euidentia sunt subterfugia. sed si est dubiū tunc procedat practica Barto. vt petatur declarari actionē competere cum istud remedium propter dubium magis videatur competere. Et per hoc patet quod practica Ange. non videtur bona. ¶ In glo. super verbo actionem. ibi: vel dic. hec vera ⁊ cōmuniter tenetur. ¶ In eadem glo. in fi. hoc verum quando propter subterfugia rei facta est dilatio: alias esset secus per. l. pretor.
59 §. hoc edictum. ff. eodem de quo etiam hic per Barto. ¶ †Extra glo. tangit hic Barto. an possit quis pro iure sibi cōpetente agere vt declaretur sibi illud ius competere vel petere de illo iure sibi fieri instrumentum: siue loquamur ex parte rei siue actoris. Adde ei quod dicit ex parte rei: quia sensit quod in casu. l. j. §. cōtrario. de contra. iudi. tu. non possit reus cui competat exceptio petere actori imponi silentium vel petere sibi fieri instrumētum de iure suo. Nam contrarium sensit in. l. aurelius. §. centum. de libe. leg. ⁊ illud videtur verius. ¶ Item adde his que dicit ex parte actoris circa intellectum. l. in omnibus. de iudi. nam pondera primo quia intelligit illam. l. etiam in cautione nuda: licet ipse aliter sentiat in. d. l. in omnibus. de cuius intellectu etiam tetigi in. l. ij. §. j. ff. soluto matrimonio. ¶ Item secundo pondera quod remanet differentia inter actorem ⁊ reum: quia reus cū nō sit in eius potestate quando excipiat. l. presente. in fin. de do. exceptio. potest petere indistincte instrumentum sibi fieri de iure suo. secus in actore. Quid autem si essemus in casu mixto vt quia esset reus qui per seruum in re corporali agere potest: tūc sensit Bar.

a ¶ Adde pro itellectu huius. §. doct. i. §. iulianus ff. eo. Bart. hic. Adde Pau. de castro hic contra Bart. ⁊ Ja. de are.

in aut. sed ⁊ si quis. C. de testi. iudicandum de eo vt de mero reo. facit. c. significantibus. de testi. ¶ Et adde etiam dictis Barto. inquantum dicit quod vbicunq; aliquid est futurum deberi in casu mortis alterius quod tunc semper videtur subesse iusta causa vt possit peti cautio per. l. ij. §. j. ff. soluto matrimonio. nam nō videtur quod ille tex. hoc probet: quia ibi non erat simpliciter futurum debitum iri in euentum conditionis casualis: cuius euētus de facili non speretur ⁊ casum mortis alterius. facit. l. heres meus. ⁊ quod ibi no. ff. de conditio. ⁊ demonstrationi. ⁊ forte posset dici quod ibi esset speciale fauore dotis que habet multa specialia: vt patet in. l. j. ff. soluto matrimonio. ¶ Et aduerte etiam quia dixit hic Ang. circa intellectum. §. quod si intercessit iudicis negligentia ⁊ nō rei: quia forte dixit sum paratus cauere si iudex declarauerit cauere quod tunc isto casu habetur perinde ac si reus fuisset in mora: tamen tunc poterit haberi recursus contra iudicem per. l. properandum. §. pe. C. de iudi. ⁊ in aut. vt differ. iu. §. j. col. ix. Sed certe imo videtur hoc casu idem dicendum qđ in impedimento probabili ⁊ necessario per no. in. l. sed ⁊ si ꝑ pretorē. in prin. qui. ex cau. ma. ⁊ no. ipse idem. ff. ea. l. §. si quis metu. in. vij. combinatione. ⁊ sic in hoc videtur sibi fuisse contrarius.

Si pupillum. Etiam contra pupillū indefensum ex causa dāni infecti habere pōt locū
60 immissio. h. d. ¶ †No. q contra pupillū indefensum potest deueniri ad missionē in possessionē. qđ est clarum ex primo decreto ⁊ idem ex missione ex secundo ex causa dāni infecti per no. ff. ea. l. §. ⁊ si forte. de quo dicendū vt ibi. ¶ In glo. super verbo pupillus. ibi est eius fauore hoc non clare tollit cōtrarium. vnde potes dicere qđ pupillus etiam hic fuit requisitus vt caueret. facit quod habetur in. l. j. §. sufficit. ⁊ quod ibi no. per Bar. ff. de admi. tuto. Fateor tñ q in casu isto requiri etiā debuerunt amici. iuxta. l. hec aūt. §. j. ff. ex q. cau. in pos. ea. ⁊ no. ff. ea. l. §. si plures. in gl. magna. ¶ In eadem glo. ibi non multū ad rem subaudi. qz ibi loquitur quo ad materiam prescriptionis que nunq currit non negligēti. l. j. ⁊. l. fina. C. de an. excep. ⁊. c. vigilanti. extra de prescript. Et ideo non currit quando non est persona que possit conueniri vt ibi dicitur. Sed hic loquitur quo ad missionē fiendam ad quam proceditur contra indefensum. ⁊ ideo si non est qui defendat pupillum potest procedi ad missiones.

Si quis. Immissus ex causa damni infecti non tenetur reficere nec fulcire edificiū nec quo ad hoc pōt
61 de culpa redargui. h. d. ¶ †Not. vnam differentiā inter pignus conuentionale ⁊ pignus pretoriū: qz habens pignus conuentionale tenetur de culpa in non faciendo: secus in eo qui pretendit pignus pretoriū: quod est verū si pretendit ex causa damni infecti. ⁊ si ex alia teneretur de dolo ⁊ lata: sed non de leui: lz in conuētionali teneatur etiā de leui vt hic in glo. de aliis differentiis dic
62 vt per glo. ⁊ doc. in. l. j. ff. de pig. act. ¶ †Item no. q missio succedit in locum cautionis. facit. l. de bonis. §. si pupillo. ff. ad carbo. ¶ In glo. super verbo si nō refecerit. ibi cum principio huius. §. concordat. ⁊ sic videntur discordare fini. §. cum ergo standum sit fini ⁊ non principio vt hic patet remanent iura contraria. Sed solue quod ibi erat obligatus reficere occasione preambuli contractus que talis hic cessat.

a **Item videamus.** [a] Si dñs vult vt immissus de possessione discedat debet cauere de dāno infecto ⁊ iam facto post immissionē ⁊ etiā de impē
63 sis. h. d. ¶ †No. q vbi facta est immissio cōtra contumacē nō sufficit caueri de stando iuri. sed in casu isto dz caueri de dāno infecto ⁊ iam facto. Et hoc est ideo qz facta est immissio ex eo: qz non cauebatur vt plene dixi. ff. ea. l. §. si plures. in gl. magna. ⁊ ibi etiā per Bar. secus qñ fit immissio solum ex eo: qz se non defendit vt in aut. ei qui iurat. C. de bo. auto. iud. pos. ¶ Item not. q etiā de expensis factis circa rem debet caueri. qđ intellige quādo expēse non erant liquide. vel si erant liquide pars contentabatur de cautione: als non sufficeret cautio sed deberent sibi refici: vt. ff. ead. l. §. si iam. ¶ In glossa super verbo videamus. ibi: nō in alio loco. subaudi licet a principio potuisset velle cauere in alio loco. Et sic ꝑpter cōtumaciam videtur perdere priuilegium fori. Et hic est casus in. §. plane. hic alleg. qui ſm Ange. non est alibi: lz Barto. hāc questionē dimiserit insolutam in. l. pupillus. §. j. ff. de priuil. credi. Et per hoc habes notabilem limitationē ſm Ange. ad. l. si pecunie. vt in pos. le. que dicit qđ vbicunq; quis vult recuperare possessionē datam ob contumaciā debet satisfacere cause propter quam possessio est data: ⁊ tunc illam recuperat: quia illud verum si vult satisfacere prout tenebatur de iure cōmuni. Sed si vult satisfacere prout tenebatur ex priuilegio non potest qđ est notandū secūdum eum. Et per hoc ipse infert quod si ex forma statuti ille qui fuit de numero ancianorū vel priorum habet priuilegium ne ponatur in carceribus vbi pena est arbitraria si satisdet de mille. ⁊ contingat q quis sit positus in carceribus: qz non potuit satisdare. deinde petat se relaxari: qz vult satisdare nō audietur: quia
hec

hec satisdatio non est sibi permissa nisi solum ex priuilegio. Sed aduerte quia male dixit dum dixit quod non potuit satisdare: quia quando non satisdat propter impotentiam & non propter contumaciam non imputatur sibi vt patet in. d. §. plane. versicu. diuersum. ¶ Et adde inquantum dicit quod perdit priuilegiũ fori quando est facta missio propter contumaciam: quia id est verum si est persona que potest renunciare suo priuilegio: alias videtur secus per. c. si diligenti. de foro compe.

Illud queritur. Si damnum contingit post decretum de mittendo ante actualem missionem eius damni ratio est habenda si iussus immitti nullam negligẽtiam adhibuit in intrando: al's secus. hoc dicit.
64 ¶ † Not. quod iurisconsulti reducuntur ad concordiam per distinctionem. Et sic facit quod opi. doc. reduci debeant ad concordiam si fieri potest. facit quod habetur in. c. literas. extra de resti. spo. & in. §. quibus. in prima cõstitutione codicis. Et similiter facit quod dicta testium reducenda sint ad concordiam. de quo in c. cum tu fili. extra de testi. & in. l. inter stipulantem. §. j. ff. de verb. obli. & ibi plene dixi. & etiam aliquid per Barto. in. l. ij. §. fin. s. si
65 cer. peta. & l. insulam. §. j. ff. sol. ma. & C. de vsufru. l. j. ¶ † Item no. quod vbi quis est impeditus iusta causa intrare possessionẽ habetur perinde ac si intrasset. facit quod habetur in. l. cum vnus. §. fi. cum seq. C. de bo. auto. iu. pos. & in. c. contingit. extra de dolo & contu. Et ideo de cautela est quod in actis scribatur qđ nuncius referat se non potuisse immittere propter talem causam.

66 **Postea autem.** Post secundum decretum nõ potest mora purgari. h. d. ¶ † Not. quod vbi facta est executio non habet locum purgatio more. facit quod habetur in. c. licet canon. de elec. in. vj. & plene in. l. si in-
67 sulam. de verbo. obli. ¶ † Item no. arg. quod a secundo decreto
68 possit appellari: quia affert magnũ preiudicium. ¶ † Item not. quod ius offerendi possit prescribi. de quo dicetur per glo. super verbo obligatione. in fi. & sic vult glo. post secundum decretũ interpositum non audiatur debitor si velit soluere vel cauere etiam si veniat infra biennium. Sed contrarium tenuit Bar. s. ea. l. §. iul. ad finem. sed Ang. ibi. & hic tenet cum hac glo. per tex. istum qui simpliciter loquitur. & per not. ff. de re iudi. l. a diuo pio. §. si post aditam. Et quia. l. fi. hic allegata per quam Bar. mouetur loquitur in alio casu: vt hic tetigit glo. secus quãdo quis iure ordinario impetrauit a iudice secundum decretum: quia tũc postea non audietur etiam si veniat infra biennium dummodo lapsum sit tempus datum ad appellandũ. vel simus in casu in quo non possit appellari. de quo dictum fuit in. d. §. si forte. & hoc satis placet. ¶ In glo. super verbo finis. ibi: tollatur tempore. sed in contrarium facit: quia ipsum offerre seu ius offerẽdi videtur etiam quedam facultas potius q̃ ius. & ideo nullo tempore videtur prescribi. l. viam publicam. ff. de via publi. & hoc tenet Guli. in. l. si rem. §. omnis. s. de pig. actio. & Cy. in. §. eodem iure. allegato in glo. et Bar. in. l. si pignori. ff. de vsuca. Sed tu tene cum glo. quam etiam hic sequitur Ang. nec obstat contrarium: quia ibi erat quedam facultas que in actum deducta nullũ pariebat ius deducibile in iudicium: sicut est facultas eundi per viam publicam. et ipsum ire: secus vbi facultas in actum deducta parit ius deducibile in iudiciũ: sicut est in actu obligationis que parit pignoratitiam actionem: vt. d. §. omnis. Et ideo non debet dici tũc mera facultas sed ius. & per cõsequens poterit ei prescribi. sicut etiam dicimus de actu & facultate aditionis hereditatis. Nam quia illa deducta ad actum parit actionem non appellatur mera facultas sed ius adeundi. & potest sibi prescribi. l. licet. C. de iure delibe. facit quod not. ipse idem Barto. in. l. j. s. de condi. ex le. vbi predicta possunt colligi esse de mente eius: licet quo ad aliam materiã. Ad alias autem ratiões quas tetigit Bart. in. d. l. si pignori. patere poterit faciliter responsio intuenti: quia in eis semper agitur de facultate ex qua deducta in actum immediate non resultat actio.

Si iam. Si ante missionem actualem post decretum de mittẽdo nulla interueniente mora eius qui iussus est immitti contigerit ruina in possessionem ruderum & soli venire potest. de qua non debet discedere nisi omne damnum resartiatur & sumptus etiam refectionis temperãdus arbitrio boni viri. sed si neglexit possessionem intrare perdit beneficium pretoris si damnum euenit anteq̃ intraret. hoc dicit. ¶ In gl. super verbo condemnatus. in fi. Et bene facit. l. si quis mandato. C. de neg. ge. ¶ In glos. super verbo dederit. in fi. Barto. hoc limitat esse verum si solutio sit facta ei cui soluens verisimiliter credere debebat. argumen. l. cum qui. §. fin. & l. argentum. s. commo. sed Ang. indistincte tenet glo. per. l. qui hominem. §. si nullo. ff. de solu. Non obstant cõtraria: quia ibi soluebatur species que erat in obligatione. vnde sine culpa soluentis intelligitur perdita: ideo liberatur. hic autem ad sumptum si esset factus erat obligatio in genere seu in quantitate que perire non potest. l. incendium. C. si certum petatur. Et ideo si soluit qui non debuit imputet sibi: et repetit ab eo cui soluit velut indebite solutum. Et hec opi. placet

Si quis metu. Quando quis discedit de possessione de necessitate vel animo retinendi ipsam non perdit beneficium pretoris. secus si discedit animo deserendi. Item qui negligit possessionem intrare perdit pretoris beneficium: secus si non neglexit. hoc dicit. ¶ Not. secũ opi. Cassij que est vera quod sicut possessio potest retineri animo ita & mera detentatio vt hic est text. singularis: & forte non reperies
69 alibi ita clare. ¶ † Item no. quod missus in possessionem non tenetur reficere domum ruinosam: licet labeo dixerit contrarium & male. facit. s. ea. l. §. si quis dãdi. ¶ Itẽ no. quod iussus immitti ex primo decreto ex causa damni infecti perdit beneficium pretoris si neglexit ire in possessionem pro damno contingente anteq̃ iuerit. & sic a contrario videtur quod pro damno futuro nõ perdiderit. Et sic facit quod effectus primi decreti propter negligentiam in non apprehendendo possessionem non perdatur re integra existente. facit. l. pretor. §. in eum. ff. de bo. auto. iudi. pos. Quod limitat singulariter hic Bal. & Ange. nisi per biennium fuerit negligens: quia tunc secũdum eum ex toto perdidisset effectum primi decreti. & opus esset nouo processu per. l. fin. C. de bo. auto. iudi. pos. que in hoc videtur singularis: licet ibi non dicãt. Sed forte posset dici quod illa. l. loquitur quando ex facto alterius quis vult vti beneficio missionis. & sic non videtur trahẽda ad casum in quo ex facto proprio quis vult vti beneficio missiõis cum fortius censeatur esse ius quod quis ex proprio facto querit q̃ ex alieno: vt not. in. l. filius. §. erit. ff. de fideicom. lib. & l. si quis bello. ff. de capt. Et ideo videtur indistincte in. d. §. in eo. & in hac l. a contrario sensu: vt sic post biennium audiatur. & per ea que dixi. s. de retentione possessionis dicit hic Ang. fuisse iudicatum florentie quod ille qui per quinquẽnium steterat postq̃ fuit missus ex primo decreto quod ad rem illam non accesserat. & deinde petebat se immitti ex secundo deberet audiri: quia sicut possessio non perditur nisi longo tempore ex obliuione presumpta. facit quod no. in. l. furtum. §. j. ff. de vsucap. & l. j. ad si. glo. magne. C. de ser. fugi. & l. licet. C. de acqui. pos. ita nec detentatio secundum eũ. Hoc tamen videtur limitate esse verum nisi missus in possessionem passus esset dominum fructus colligere & custodire & pacifice colere cum ipsorum fructuũ custodia pertineret ad immissum l. pretor. §. his verbis. ff. de bo. auto. iudi. pos. & l. is cui. §. qui lega torum. ff. vt in pos. lega. Non videtur tunc illam tenutam habere pro derelicto. arg. l. clã possidere. §. qui ad nũdinas. ff. de acquir. pos. facit licet non alleget. l. id quod. §. fi. & l. si de e. §. j. eo. ti. dicit tamen quod etiam in casu isto fuit iudicatum contrarium. sed videtur quod non bene. & per ea que habentur in simili in iuribus preallegatis. ¶ In glo. super verbo non hoc animo. solue vt patet ex ibi no. quia ibi ex qualitate seu circunstantijs facti poterat presumi animum fuisse habendi rem pro derelicto. hic autem secus. Extra glo. tangit hic Barto. quid iuris si damnum contingat ante aliquam petitionem factam siue ante eam factam ante aliquod decretum interpositum siue post decretum interpositũ de cauendo. sed nondum erat cautum: siue post decretum de mittendo sed nondum erat facta missio: siue erat facta sed recesserat de possessiõe. quorum omnium defensio colligitur ex his que habentur in. l. euenit. & l. pretor. §. fi. cum sequenti. & princi. seq. & s. eadem. l. §. eleganter. & §. illud queritur. & §. si iam. et in hoc. §. Et hanc materiam prosequitur etiam hic Ang. per nouem combinationes. & in effectu idem dicit quod Barto. addit tamen dictis Barto. in effectu. primo quod vbi cautio est petita extra iudicium: perinde est ac si nunquam fuisset petita. l. cum postulassem. infra eodem quam. l. reputo singularem que videtur velle quod vbi aliquid solo officio iudicis debetur non sufficit interpellatio extraiudicialis. Item addit secundo quod si interpellatio fuit petita in iudicio & reus etiam non fuerit negligens: sed immediate dixit volo cauere si iudex hoc declarauerit & damnũ contigerit solius iudicis negligentia quod eo casu succurritur ei sicut impedito petere cautionem. de quo in. l. pretor. in princi. cum duabus solutio. s. eodem. Tertio addit quod quando nullum est datum damnum & primum decretum interpositũ: et tunc cessat timor dãdi damnum quod a principio nullus erat timor secundum decretum erit nullum ipso iure velut ex falsa causa interpositum. l. cum vero. §. subuentum. de fideicommis. lib. & l. j. §. hec verba. ff. ne vis fiat ei. Sed si timor erat a principio & sic decretum non peccauit in iustitia: tunc subsistit decretum licet nunc cesset timor qui absuit ab initio. l. si quis bona. §. si quis stipula. s. eodem.

Si quis ex. Si dominus edium ruinam minantium iussum immitti venire non patitur tenetur actione in factũ per quam prestabit sicut si de damno infecto cauisset. & ideo actionis exercitiũ in tempus damni dati differtur. hoc dicit cum seq. ¶ In tex. ibi: extẽditur. i. differtur exercitium
70 actionis. ¶ † No. q̃ actio in factum que datur contra phibentẽ in effectu succedit in locum cautionis. ¶ In glos. fi. ibi: condem-

natio. hoc verũ nisi timeatur de morte testium vel absentia diuturna: quia tunc nõ differetur cõdemnatio sed sola executio per l. in. l. aquilia si deletum. §. ad legem aquiliã. & si dicatur imo statim debet fieri executio cum hic interueniat dolus seu delictum per. l. locum. §. condemnatio. erat futurum debitum iri ex dispositione hominis: hic ex dispositiõe legis cum qua mitius agitur l. celsus. de arbi. & ex hoc habes vnam singularem limitationem ad dictum. §. condemnatio. quam forte alibi non inuenies. Posses etiam dicere quod ibi interuenit delictum circa obligationẽ conditionalem. hic circa id solum pro quo officium iudicis competebat. & ex hoc etiam nota aliam limitationem singularem ad
71 dictum. §. ¶ In eadem glo. ibi extenditur infamia. † Aduerte quia aliter videtur ibi accipi verbum extenditur aliter hic. nam accipitur verbum extenditur. i. differtur. ibi vero videtur accipi proprie. nisi dicas quod in seruo: cum de iure ciuili eius status sit nullus: non proprie cadit infamia. ¶ In eadem glo. in fin. Sol. sm Dyn. quod hic fit extensio circa tempus sed non circa res: vt in contrarijs. Adde etiam quia potest dici quod hic verbum extenditur. accipitur pro differtur: vt dixi. s. in contrarijs accipitur proprie. & sic casus sunt diuersi. ¶ In. l. antecę. in glo. fina. ibi hec maxime. hec sol. videretur procedere si ad verbum impunitũ subaudiamus ad tẽpus. sed si subaudiatur scilicet perpetuo: tũc litera stabit plana. facit quod tetigit glo. precedens. Et hec expositio videtur planior.

Summarium.

1 ☞ Actio perpetua ex delicto in heredes datur.
2 Damnum attendi debet ante iudicium contingens predio ruinoso alienato.
3 Res litigiosa efficitur dum questio per actionem in rem mouet.
4 Hypothecaria actio competit pro pignore pretorio.
5 Missionẽ ex p̃io decreto passus alienare põt pretoriũ pignus.

Si quis missum. Contra dominũ serui impedientis missionem agitur noxali & contra administratorem generalem impedientem agetur & non contra dominum. hoc dicit. ¶ Nota secundum vnum intellectum quod in generali mandato non venit quod procurator delinquat. l. si pcurator. de condictione indebi. & l. j. §. si procurator. s. si quis ius dicen. non obtempe.

Actio ista. Actio ista in factum competens cõtra impedientem iussum immitti est transitoria
1 in heredes actiue & passiue & perpetua. hoc dicit. ¶ † Nota quod ista actio licet sit ex delicto tamen est perpetua & datur in heredes licet regulariter sit contrarium. l. j. C. ne ex delic. defunctorũ. & insti. de perpe. & temp. actio. §. j. & que sit ratio specialitatis tangitur in glo. ¶ In glo. super verbo in heredem. ibi vel dic precedens ratio plus placet. nam hec secũda concluderet qđ indistincte in omni casu daretur actio contra heredem impediẽtis quod est contra. l. j. §. fin. ff. ne vis fiat ei. an autem detur actio singulari successori rei vel contra ipsum plene dicetur. ff. eodem. l. fluminũ. §. adijcitur. & l. si tertius. §. si quis prius. ff. titulo. j. licet due glosselle sequentes indistincte dicant quod sic. & etiam tangitur in §. sequenti.

2 **Iudex qui.** † Etiã alienato predio ruinoso ratio dãni quod contingit ante iudicium est habẽda. hoc dicit. ¶ In glo. super verbo iudex. in fin. Ex hac glo. prima collige vnam lectu. ex hoc. §. videlicet quod hic agebatur ex stipulatione. Sed alia & secunda fuit lectura quod hic ageretur in factum que datur contra prohibentem iussum immitti. et hec tangitur in seq. gl. & etiam in gl. penul. Tertia fuit lectura quod ageretur hypothecaria ratione pignoris pretorij iuxta. l. ij. C. de preto. pigno. & hec tangitur in glo. penul. ¶ In glo. super verbo
3 alienatio. in fine. no. ex glo. † quod vbi mouetur questio per actionem in rem: tunc fit res litigiosa: secus si per actionem personalem. primum limita nisi esset actio hypothecaria: quia illa non facit rem litigiosam per no. in aut. litigiosa. C. de litigio. Secundũ videtur verum indistincte quando actio personalis non competit ad rem alienatam sed ad interesse vt hic in actione in factum & in stipulatiõe. facit quod notaĩ infra titulo primo. l. si tertius. §. si quis prius. & l. quanq̃. §. iulia. Si autem competeret personalis ad rem ipsam: tunc licet non efficiatur res litigiosa per solam citationem sicut in reali: tamen videtur effici per cõtestationem litis. de quo dicendum vt in. l. j. C. de liti. & in. l. fin. ff. de liti. ¶ In glo. pe. ibi contra alienantem. hec vera. an autem contra singularem successorem competat pendet ex no. in dicto. §. adijcitur. in. l. fluminum. ff. eodem. & similiter an actio personalis trãseat ad singularem successorem pendet etiam ex ibi no. et communiter tenetur quod non transeat sine cessione. ¶ In glo. penult.
4 ibi aget hypothecaria. no. ex glo. † quod pro pignore pretorio cõpetit hypothecaria. Sed alij dicunt quod competit condictio ex l. ij. C. de preto. pigno. sed Pe. et Cy. in dicta. l. ij. tenent glo. per. l. is cui. §. queri potest. vt in poss. leg. & hec opinio videtur vera vt sicut ibi in dicto. §. queri potest. pro pignore pretorio datur vtilis pignoratitia debitori satisfacto de debito: ita detur vtilis hypothecaria debitori pro re recuperanda. plus dixit Inno. in. c. cõtingit. de dolo & contu. in prima glo. quod immisso ex primo decreto si expellatur dabitur interdictum vnde vi. per dictam. l. ij. C. de preto. pigno. Sed non videtur verum. primo quia dicta. l. ij. hoc non probat: prout patet ex predictis. secundo quia interdictum vnde vi datur solum illi qui possidebat ciuiliter & naturaliter. l. j. §. deijcitur. ff. de vi et vi arma. sed imissus ex primo decreto nõ possidet ciuiliter nec naturaliter sed solum detinet. l. iij. §. si. & l. si quis ante. ff. de acquiren. possessio. ¶ In glo. fi. ibi: validus spectat. & sic vult glos. huius. §. quod iudex se intromittet in damno contingente post litem contestatã. Sed hoc non videtur verum quia damnum emergens in casu isto post litem contesta. posset peti iure actionis: non autem veniebat officio iudicis: ergo videtur quod iudex non habeat se intromittere per. l. j. secundum opinio. Joan. and. que communiter approbatur. C. de iudi. & s. de iudi. l. non potest. Et hoc tenuit Jaco. de are. & Oldra. sed Barto. & Ange. post eum tenent cum glo. per. l. non solum. s. de rei vendi. vbi iure actionis poterat peti damnum contingẽs post litem contesta. & tamen eius habetur ratio in eodem iudicio. non obstat. l. non potest. quia loquitur in omnino separatis secũdum eos. facit. l. atheius. in fi. ff. titulo. j. Item non obstat dicta. l. que loquitur in accessione vsurarum. et tamen non venit qꝛ ibi poterat solum peti ex stipulatione cõuentionali que erat stricti iuris: secus in iudicijs bone fidei. & secus in stricti iuris arbitrarijs vt est rei vendicatio. d. l. non solum. & secus in stipulationibus pretorijs vt hic. Tu adde quod verior videtur prima opi. per istum tex. a sensu contrario. et per dictam. l. atheius. in fi. que loquitur in remedio pretorio. Nec videtur bona responsio quod ibi loquatur in penitus separatis: quia hic etiam damnum contingens post litem contesta. erat separatum: vel esse poterat a dãno dato ante. ¶ Item non obstat. d. l. non solum. quia ibi ideo habetur ratio eius damni contingentis post litem contestatam: quia illud veniebat ex natura actionis principaliter intentate ad rem ipsam cum natura rei vendicationis sit quod in eadem causa debeat res restitui. l. si post acceptum. cum seq. s. de rei vendi. que ratio hic cessat: quia principaliter petebatur dãnum iam datum. ideo videtur quod non possit se intromittere iudex de damno contingente post contestationem: sicut nec se intromittat de vsuris. in dicta. l. j. Et hanc opinionem videtur etiam ipse idem Barto. voluisse in dicta. l. j. videlicet quod in casu dicti. §. iudex non se intromittat de damno contingẽte post contestationem. & sic sibi in hoc videtur sibi fuisse contrarius. An autem si quis petierit sibi resarciri damnũ iam datum ante libellum iudex debeat habere rationem damni contingentis postea: ante tamen contestationem videtur quod sic per istum text. dum dicit omne quod quandoq̃ indistincte. Et hoc tenuit hic Ang. ex eo: quia ista actio est peremptoria: alias esset secus. argumen. l. non potest. de iudi. Sed forte posset dici quod text. iste debeat intelligi quandocũq̃ expresse damnum quod postea contingit fuit petitum. Et per predicta dixit hic Ange. tex. debere intelligi quod non fuerit actum contra emptorem sed contra alienantem: quia contra emptorem ex cautione agi non posset cum ipse non cauerit. Item si esset actum hypothecaria vel condictione ex. l. predicta. ff. de preto. pig. in neutra earũ haberetur consideratio ipsius damni. de quo loquitur tex. iste secundũ eum. Sed certe imo posset haberi dicta consideratio si esset contumax in reddendo. argumen. nota. l. q restituere. s. de rei vẽdicatio. ¶ Et ex predictis etiam no. limitationem ad. l. si cum venditor. s. de euic. que dicit per hypothecariam aduocari possessionem. Nam illa procedit in hypothecaria conuentionali sed in hypothecaria pretoria sola detentatio aduocatur cum illa sola esset penes creditorem.
5 ¶ † Ultimo per istum text. dicit hic Ange. quod passus missionem ex primo decreto alienare potest ipsum pignus pretorium non obstante immissione: quia res est effecta litigiosa. Et hoc dicit se de facto vidisse multoties in dubio reuocatum.

Summarium.

1 ☞ Damnum debet attendi contingens vitio operis vel soli.
2 Damnum iure publico contingens non est attendendum.
3 Usucapionem contra se inceptam non interrumpit qui sibi de damno infecto caueri petit.
4 Proprietarius fructuario de ediũ vitio in quibus habeĩ vsufructus cauere non tenetur.
5 Inquilino quando caueri debeat de damno infecto.
6 Superficiario quare caueatur & quando.
7 Stipulatio edes presentes respicit in dubio.
8 Dispositio futura non concernit in dubio.
9 Procurator ad omnes causas constitutus an censeatur ad futuras constitutus.

Exemptio

10 Exemptio que monasterio et eius capellis conceditur ad capellas postea constructas non trahitur.
11 Executio actus finiti censetur ad principium trahi.
12 Testes infra terminum datum ad probandum iurare an sit sufficiens.
13 Testis qui iurauit die iuridica examinari potest die feriata.
14 Negligentia quando sit in iudice presumenda.
15 Immisso ex primo et secūdo decreto per actionem in factum succurritur.
16 Damnum vitanti magis fauetur quam lucrum querenti.
17 Utilis quando sine cessione transeat.

Damni infecti. Etiam is cuius periculo res est petit sibi de dāno infecto caueri licet non sit dominus: nō tamen habetur consideratio damni iure publico contingentis
1 sed solum vitio soli vel operis. hoc dicit. ¶ † Nota ex text. primo quod habetur cōsideratio damni: demum si contingat vitio soli vel operis: intellige interueniente aliqua culpa promissoris saltim leuissima: vt quia non refecit solum vel edificium ruinosum alias non teneret promissor si in nulla penitus culpa esset. l. flu-
2 minum. §. hec stipulatio. ff. eo. ¶ † Item no. quod nō habetur ratio damni iure publico contingentis. Et sic facit fm Ang. quod si inter fratres diuidentes sit actum quod nullus possit petere aliquid ab altero in portione alterius ratione iuris competētis vel competituri. si tamen vnus cadit a iure suo: quia forte monitus infra annum non implet voluntatem defuncti iuxta auth. hoc amplius. C. de fideicō. poterit alter frater partem illam aduocare non obstante hac conuentione: quia ad hoc non videtur trahi cum iure publico hoc contingat. Et ita dicit Bar. ipso audiente ad hoc allegasse istum tex. demum remittit ad no. in. l. qui rome. §. duo fratres. ff. de verbo. obli. ¶ Item no. quod ille cuius periculo est res potest petere sibi caueri de dam. infec. quod est verū quādo est eius periculo ratione iuris quod habet in re. l. qui de creditore. et. l. hoc amplius. §. penul. s. eo. Sed si ratiōe iuris personalis tantum dic idem si aliter pro illo damno contra neminē sibi esset succursum: vt. ff. ea. l. §. emptor. versi. quid fiat. secundum communem intellectum: al's secus. Et secundum predicta debet
3 intelligi glo. in verbo periculo. ¶ † Ultimo no. quod qui petit sibi de damno infecto caueri non interrūpit vsucapionem seu prescriptionem incohatam contra se.

Et cuius. Ordinarium auxilium cum extraordinario non concurrit nisi per extraordinarium plenius subueniatur. hoc dicit. cum. l. inter fructuarium. ff. e. vel sic. Inter fructuarium et proprietarium non habet locū cautio dāni infecti vbicūque alteri cōtra alterum aduersus damnum quod
4 timetur potest succurri. hoc dicit. ¶ † Nota quod fructuario non debet caueri per proprietarium de vitio edium in quibus habetur vsusfructus: siue timeatur damnum dari de ipsa domo vsufructuaria in ipsam eādem: siue de ipsa domo fructuaria in aliā domum propriam ipsius fructuarij. Et ratio est: quia alio remedio potest sibi esse consultum: videlicet per viam refectionis. et ex hoc sequitur a contrario sensu quod si per viam refectionis non posset sibi esse consultum: vt quia non posset refici nisi domus totaliter deponatur quo casu extingueretur vsusfructus. et sic non posset sibi esse consultum tunc posset petere sibi caueri. et hoc etiā tenet hic Barto. et Ang. ¶ Item no. quod istud remedium cau-
5 tionis est remedium subsidiarium de quo hic in glo. ¶ † Ultimo nota quod inquilino debet caueri de damno infecto si timeatur de domo conducta damnum ad domum propriam ipsius inquilini: secus si timeatur damnum de ipsa domo conducta in ipsam eandem domum: vel si timeatur damnum de alia domo domini in ipsam domum cōductam. l. qui bona. §. de illo. s. eo. et. l. inquilino. cum ibi no. s. eo. et ratio diuersitatis est: quia in primo casu non potest esse cōsultum inquilino per remedium migrandi seu discedendi de domo: sed secus in alijs casibus. ¶ In gloss. super ver. edium. ibi: sed de vitio soli. Sic hec differentia respicit communem differentiam facti: quia quando vitium est in solo nō potest communiter refici nisi totum deponatur: quo casu perderet vsusfructus per. l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verbo. oblig. Sed vbi timetur vitium edificij cōmuniter potest reparari absque eo quod totum deponatur. et ex hoc infertur quod vbicunque non posset vsufructuarius reparare nisi totum deponatur licet esset vitium edificij deberet sibi caueri a proprietario: quia nō pōt tunc fructuarius per refectionem sibi consulere ex quo reficiēdo extingueretur vsusfructus. et similiter videretur quod si posset refici absque eo quod deponatur totum licet esset vitium soli non caueretur sibi a proprietario. de quo plenius hic per Barto. qui prosequitur quid iuris si vsufructuarius petit sibi caueri a domino propter dānum quod timeatur de ipsa ede fructuaria in ipsam edem vel de ipsa ede fructuaria in aliam propriā fructuarij: vel de alia propria domini in ipsam fructuariam. et sic prosequitur similiter econtra si proprietarius petat sibi caueri propter damnum quod timetur de re fructuaria in ipsam edem fructuariam vel aliam propriam domini: vel de alia propria domini fructuarij in ipsam edem fructuariam de quo hic per eum. ¶ In glo. super verbo sed si alias ibi: alij habent. hec vera: quia idem indicatur: siue fructuarius petat sibi caueri de damno quod timet dari ab ede fructuaria in ipsam edem: siue ab ipsa ede fructuaria in aliam propriam fructuarij. ¶ In glo. super verbo quia reficienti. ibi: alij dicunt. hec communiter tenetur vt sic refectio modice expense ex toto spectet ad fructuarium. Sed refectio magne spectat ad ipsum quo ad onus et refectionem quando est magna repetit a domino secundum glo. et vt sequitur in glos. habet locum actio negotiorum gestorum quam reprobat Barto. ex quo ex necessitate habet illam facere. sed salua eam quia non dabitur directa sed vt lis per no. in. l. curatoris. C. de nego. gest.

Et qui con. Inter superficiarium et habentem directum dominium non habet locum cautio damni infecti nisi eo casu quo per eam plenius succurritur quam per remedium ordinarium. hoc dicit. Et tene tertiam lecturā in verbo plus autem. videlicet quod veniat determinatiue ad precedentia et non correctiue: quia in stipulatione damni infecti venit culpa leuissima: sed in actione ex conducto venit solum culpa leuis. et sic si non reficeret cadit in culpam leuissimam: et tunc propter istū casum est necessaria stipulatio damni infecti. ¶ In text. ibi: culpam. scilicet leuem. ¶ In tex. ibi: plus autem. scilicet quia venit culpa leuissima. ¶ In tex. ibi: in tantum. scilicet contingēs culpa leuissima in non prouidendo per no. in. l. fluminum. §. hec
6 stipulatio. ff. eodem. ¶ † Nota quod superficiario cauetur saltem quando timetur damnum propter vitium sibi interueniente culpa leuissima: secus tamen in inquilino cui indistincte non cauetur per. l. qui bona. §. de illo. s. eodem. Ratio quia inquilino potest esse consultum in migrando seu discedendo: sed huic superficiario non esset consultum de superficie discedendo.

Si is qui. Stipulatio damni infecti simpliciter interposita non porrigitur ad alias partes eiusdem rei vel ad alias res que postea obuenerunt: sed bene porrigitur ad res mobiles in eadem domo postea inclusas. hoc dicit.
7 ¶ † Nota quod stipulatio in dubio respicit edes presentes. trahitur tamē ad res mobiles et postea in domum inductas: et que
8 sit ratio tangitur hic in glossa fina. ¶ † Item nota quod in dubio dispositio non concernit futura. et sic facit ad ea que tanguntur hic in glossa. ¶ In glossa super verbo augeri. ibi: et est incisa. de ista questione tetigit etiam glossa sequens: sed latius per glos. in. l. obligationū fere. §. placet. ff. de actionibus et obligationibus vbi glo. posuit duas solutiōes quas poteris per te simul iūgere. ¶ In eadem glossa vbi teneatur ipsum defendere etc. pondera quia forte glossa voluit loqui quando procurator constitutus in vna causa agit pro domino qui teneretur defendere dominum in causa reconuentionis et de hoc cauere. l. seruum quoque. §. fina. supra de procurato. et sic etiam loquitur glossa in. l. omnium. s.
9 de procura. † Si autem aliquis esset constitutus procurator a titio ad omnes causas ipsius titij: an tunc videatur constitutus ad futuras lites. Specu. tenuit quod sic in titulo de procura. §. ratione autem forme. versi. sed quid si procuratorio. sed Barto. tenuit hic contrarium per. l. qui habet. in fine. infra de tute. Et respondet ad iura allegata per Specul. quod limitat esse verum nisi essent cause cōnexe alias dependentes a presentibus per no. in dicta. l. qui habet. Tu adde quod domini de rota in nouis decisionibus conclusione. clxvij. et conclusione. ccccxxvij. tenuerunt opinio: Specu. non facta aliqua mentione de opinio. Barto. sed Joannes andreas in addi. Specul. super dicto versi. sed quid si procuratorio. in effectu tenet opinionē Bart. quam fuit originaliter licet non faciat mentionem de ipso Barto. et forte hec opinio verior de iure per rationes allegatas per Barto. et quia domini de rota non allegant aliud vltra leges Specul. nec viderunt additiones Joan. andree. Si tamen velles tenere opinio. Specu. posses dicere quod hic agitur de modico preiudicio ex eo quia procuratori debetur salarium ratione sui officij. l. salarium. s. mandati. et quia ex quo ad tale officium est deputatus posset interdum ex causa cogi ad illud si forte alias quis commode non reperiret procuratorem. facit quod notat in simili in. l. prouidendum. C. de postulan. et. l. j. §. j. ff. fur. aduersus nau. ¶ In glo. super verbo pmissionis. ibi: transit. tamen subaudi mediante cessione: vt etiam tangit tertia glo. ¶ In eadem glo. ibi: cum pluribus personis. subaudi. et est hic argumen. quod non. et videtur verum: ex quo limitata fuit obligatio et facta sub terminis specificis et certis. Sed si esset facta sub nomine collectiuo puta quod promisisset eum recipere cum familia sua et tempore promissionis habuisset quinque in familia: et postea fuisset aucta: an teneatur oēs recipere. recurre ad ea que habentur in simili in. c. quanto. extra de censi. nam videtur qō sic: dummodo nō sit aucta in nimis magno excessu: vt ibi patet. ¶ In glos. super verbo ex stipulatione.

ibi.§.gaius.Sol.qđ ibi verba testatoris non erant apta importare illud de quo queritur hic secus.¶ In eadem glo.in fin.⁊ sic videtur hec glo.approbare vltimam solutionem precedentis gl. ⁊ illa communiter tenetur quia propter ius personale ad rem re
10 gulariter non prestatur cautio:vt.j.§.proximo.¶†Extra glo.inducitur textus ad questionem de exemptione concessa monasterio ⁊ eius capellis:vt non extendatur ad capellas postea cōstructas ⁊ quesitas.de quo hic per Barto.⁊ adde quod de hoc tetigit glo.in.c.cum capella.extra de priuile.⁊ ibi per Joā.an. super ea.Item inducitur ad questionem de priuilegio exemptionis super decimis vel collectis non soluendis vt nō porrigatur ad predia postea quesita.de quo in.c.quia circa. extra de priuile. Sed aduerte quia ibi loquitur quando agitur de priuilegio concernente preiudicium tantum cōcedentis.quo casu fit lata interpretatio:vt in.c.causam q̄.extra de rescriptis.⁊.c.olim.extra de verbo.signi.⁊.ff̄.de consti.prin.l.beneficia.Sed vbi concederetur beneficium per papam super decimis non soluendis ad preiudiciū parochialis ecclesie non probat illa decretalis quod comprehendantur futura.satis tamen puto idem per.c.ex parte.iūcto.c.penul.extra de decimis.vbi patet quod priuilegium concessum certis religiosis super decimis laborum suorum non soluendis cōprehendat etiam futura nisi fuisset prouisio facta per.d.c. penul. ¶Et predicta etiam faciunt ad priuilegium[a] datum ciuitati bononie ⁊ suo districtui porrigatur ad districtū postea auctum. de quo per Gul.de cu.⁊ Bart.in.l.si conuenerit.la.ij.ff̄. de pignora. actio.Et facit etiam ad predicta quod no.Barto.in.l.inter stipulantem.§.sacram.j.de verbo.obliga.⁊ quod no.Inn.in.c. qui ex iniuncto.de verbo.signi.⁊ quod habetur in regula priuilegia.de regu.iur.lib.vj.⁊.j.de lega.iij.l.pater filium.§.tusculano.

a ¶ Priuilegium. Adde Jo.an.in ti. de cēss.§.nūc dicēdum. in addi.ad specu.⁊ est arg. in.l.q filiab⁹ de testa. tut. late p Bal. cōsil. cxxxvj. lib.v.et per Bar.hic.

Emptor. Stipulatio emptoris porrigitur ad damnū post traditionem contingens:nō ante nisi cōtra venditorem sibi non posset esse consultum stipulatio vero vēditoris porrigitur ad omne tempus.sed si stipuletur vterq̄ stipulatio venditoris tempore traditionis finitur:⁊ stipulatio venditoris tunc sumit effectum.hoc dicit.Et diuiditur in tres partes principales:quia in prima loquitur vbi stipulatus est solus emptor.in secunda quando solus venditor.in tertia quando vterq̄ secunda ibi:venditorem.tertia ibi:quod tunc.Secunda subdiuiditur:quia primo loquitur quando vēditori potest imputari negligentia cur cautionem non exegit.Secundo quando nō potest ei aliquid imputari.Tertio redit ad primum qñ pōt ei aliquid imputari.scđa ibi:sȝ qđ fiet.tertia ibi sȝ nihil. Et sic patet qđ iste ver.sed nihil.dȝ iungi ante versi.sȝ quid. ¶In tex.ibi:reuoluit. id est aget emptor pro vtroq̄ tempore ea ratiōe que sequitur ꝑm Barto.¶Not.quod habens solum actionem personalē ad rem non potest stipulari pro illo tempore pro quo solam habet actionem personalem nisi in subsidium quando aliter sibi non posset esse consultum.¶In glo.super verbo emptor.ibi:promisisti.melius diceret promissum fuit:vt patet ex tenore litere.¶In glo.super verbo sed nihil.ibi secundum Hug.hec communiter tenetur reiecta tertia que potest colligi ex eo quod subdit gl.in ver. quia forte.quia solum attendi debet an possit succurri emptori vel nō per rationem huius litere.¶In eadem glo.ibi:tantum videtur stipulari.hoc verum regulariter.Sed fallit quando emptor stipularetur eo casu quo non posset sibi aliter esse consultum: quia tunc videtur stipulatus pro vtroq̄ tempore.Et ita sentit glo .ff̄. in ver.stipulatus fuerit.⁊ glos.j.eo.l.cum emptor. Et secundum hoc etiam intellige glo.magnam.j.eo.¶In glo.super verbo q̄ scienter.in fine.Sed illud est propter conuentionem partium. et idem etiam esset hic si hoc voluissent partes.l.damni.§. cum parietem.j.eo.

Sabini. Quando finis habet necessariam consequentiam ad principium inspicimus principium ⁊
11 non finem.hoc dicit.¶†Nota quod executio actus iam finiti et consummati adeo trahitur ad principium quod non videt̄ inducere nouum actum.Et propter hoc alibi deciditur quod si minor adiuit hereditatem.⁊ maior factus exegit a debitoribus hereditarijs in omnibus possit petere restitut.in integ.vt est casus singularis in.l.iij.§.seio.ff̄.de minoribus.¶In glo.super verbo accepit.ibi argumentum contra.Solu.quod ibi dies fuit adiecta ad differendam obligationem:hic ad limitandam.¶Extra glo.inducitur text.iste ad multas questiones de quibus hic per Barto.⁊ adde dictis eius primo inquātum tangit an si quis sit vulneratus mortifere extante statuto quod si quis habuerit pacem mitius puniatur pro homicidio.An si facta sit pax sup vulnere ⁊ secuta postea sit mors an illa pax ꝓficiat vt mitius puniatur q̄ꝫ pena decapitationis.nam licet ipse decidat quod sufficiat si pax fuit facta super vulnere ⁊ omni eo quod sequi potest ex vulnere:tamē non decidit clare.Quid si simpliciter facta fuit super vulnere.Potes dicere quod si non constabat vulnus esse mortale non sufficiat talis pax propter ea que ipse tangit de pace super iniuria.Sed si constaret vulnus esse mortale: tunc si essemus in terminis iuris cōmunis in quibus quis venit puniendus tanq̄ꝫ homicida licet adhuc non sit secuta mors stante statuto super pace in forma predicta.forte sufficiet talis pax super dicto vulnere quod cōstabat esse mortale:⁊ sic cū vulnus se habeat vt genus ad duas species:videlicet mortale ⁊ non mortale.videtur quod super qualibet specie tanq̄ꝫ contenta sub genere videatur facta pax. facit quod habetur in.l.si duo.§.idem iulianus.de iureiuran.sed si ex forma statuti quis pro homicidio non debet decapitari nisi actualiter sit secuta mors non sufficeret pax habita super vulnere ab ipso vulnerato.⁊ sic potest intelligi quod no.in Spe.in tit. de accusa.§.j.ver.sed pone.¶Item adde secundo inquātum cōcludit quod si statutum dicat quod si pax habeatur ab herede occisi mitius puniatur occisor quod non sufficiat habere pacem a defuncto mortifere vulnerato.nam Bal.tenuit cōtrarium in.l. ij.C.de libe.⁊ eorum liber.ex eo:quia si sufficit pax habita ab herede representante personam defuncti:multofortius debet sufficere si habetur ab ipsa persona representata.⁊ q̄ heres cogitur habere ratum factum defuncti.facit.l.iij.ff̄. de seruis expor.⁊ respondet ad.l.j.C.de vsufru.cū similibus.quod ibi prestatur cautio heredi non vt persone representanti defunctum sȝ vt cuilibet proprietario.sed plus placet opi.Barto.quia inquantum statutum alterat penam iuris communis propter pacem exorbitat a iure communi:vt patet ex notatis per glo.in.l.diuus.j.ad silleianum.⁊.l.iuris gentium.§.si paciscar.ff̄.de pac. ⁊ ideo etiam stricte intelligendum.facit.l.si vero.§.de viro.ff̄.solu.mat.⁊ pro hoc etiam facit:quia vt tetigit idem Bart.non videtur eadem ratio in pace habenda ab herede que a defuncto prout docet experientia mortifere vulneratus si requiratur de facili facit pacem vt sic altissimus concedat veniam:sed non sic contingat in herede de facili.⁊ per hoc non obstant rationes Bal.quia procedunt in nō
12 exorbitantibus.⁊ vbi nō est eadem ratio. ¶†Vltimo in his adde que tangit circa questionem illam quodidianam:an si datur terminus ad probandum sufficiat iurare testes infra terminum licet postea examinentur.nam adde primo inquantum dicit qđ si est datus terminus ad producendū testes sufficiat ipsos iurasse infra terminum.⁊ hoc voluit Specu.in titu.de testi.§. qualiter. ver.his quoq̄.et idem domini de rota in suis decisionibus nouis conclusione.lxxij.et per hoc etiam dicit Joan.calde. in quodam suo consilio quod si statuto cauetur quod infra certum terminum debeant produci testes:alias non possunt produci quod sufficiet testes iurasse infra terminum:quia statutum debet intelligi quando ex toto noua fieret productio non quando completur iam incohata.¶Item adde secūdo quod si datur terminus ad probandum: an sufficiat tunc iurasse infra terminum. nam Barto.tenuit quod non.⁊ idem Specu.in loco preallega.⁊ videtur esse communis opinio.licet Jaco.butri.contra. et Dy. idem videtur voluisse quod Butri.vt refert Joan.an.super dicto verbis quoq̄.sed Joan.and.finaliter tenet quod non sufficiat iurasse infra terminum:saluo nisi facto iudicis vel partis aduerse nō fuisset impeditus facere examinari.Et sentit etiā ibi quod si datus esset terminus ad probandum ⁊ probatum habēdum quod tunc cessaret questio quasi tunc videatur de mente statuentis terminum:quod etiam examinati debeant esse infra terminum.
13 ¶†An autem si testis iurauit die iuridica possit examinari die feriata:⁊ communiter tenetur quod sic:vt est glo.nota.in clemē. prima de officio delegati.quod intelligo dummodo examinatio fiat infra terminum per predicta. De publicatione autem quia illa detegit solum quod est factum cōiter tenet̄ quod etiam post terminum fieri potest.de quo in Specu.in titu.de dila.§.j. versi. quid si.et de materia etiam per Joan.an.post Archi.in.c.pⁱᵃ.de
14 exceptio.lib.vj.in verbo octo dierum.¶†Vltimo signanter no. quod non presumitur negligētia in iudice nisi appareat partem ipsum requisiuisse ⁊ protestasse:vt hic tetigit Barto.circa finem. allegat.l.j.C.de suscep.⁊ archa.et.l.placuit.de col.fu. pa.lib.x.Et pro hoc etiam facit quia in dubio presumendum est pro iudice.l. j.in princip.C.de offic.iudi.⁊ facit quod habetur in.c. in presentia.extra de renun.Et adde quod not.Bart.in.l.j.⁊.iij.C.de statu.et imagi.

Si vicinas. Habentes edes vicinas ruinosas possunt inuicem petere sibi caueri de damno infecto.hoc dicit.¶Nota quod dixi in summario.Et aduerte quia videtur procedere respectu primi decreti.sed postquam deuentum esset ad secundum decretum per vnum cum esset effectus dominus ambarum videtur extingui effectus primi decreti pro alijs interpositi.Et sic erit opus preoccupationi hoc ca respectu secundi decreti.

Si pupillus. Pupillus doli capax si prohibuit iussum immitti conuenitur actione in factum ex hoc edicto.hoc dicit.

Si mandato. Mandans ꝓhiberi iussum immitti in possessionem tenetur actiōe in factum ex hoc edicto.hoc dicit.

Non solū

a **Non solum.** a Contra prohibentē immitti aut pro-
hibentem possidere competit actio in
factum ex hoc edicto. ⁊ similiter deiecto competit actio in factū
ex hoc edito. ⁊ interdictum vnde vi vel publiciana. si tamen est
15 actum vuo remedio alio agi non potest. h. d. ¶ † No. qđ nō solū
subuenitur ei qui immissus est ex primo decreto sed etiam ei qui
immissus est ex secundo per actionem in factū ex hoc edicto. Et
videtur speciale eo casu quo interpositum est secundum decretū
⁊ facta excutio. nam alias post factam excutionem non consue
nit officium pretoris se interponere. l. a diuo pio. §. si post adi
tam. j. de re iudi. Et ideo si res aliqua sit adiudicata ex secūdo de
creto pro debito personali ⁊ habita possessiōe si postea expellitur
non poterit implorare officium iudicis vt eum tueatur in posses
sione sed agere debebit interdicto. facit quod no. in. c. querenti.
extra de offi. dele. ⁊ quod habetur in. c. commissa. extra de elec. in
vj. Et sic videtur quod delegatus principis postquā fecit execu-
tionem sue sententie non habeat vlterius se intromittere. quod
intellige nisi forte esset adiecta clausula qđ inducat in possessio-
nem ⁊ tueatur inductum. Nam tunc saltem si post executionem
factam incōtinenti fiat molestia poterit se intromittere. de quo
dicendum vt in dictis iuribus. ¶ Item no. qđ actio in factū ex
hoc edicto non concurrit cum alia actione ordinaria: secus in
officio iudicis quo petitur cautio: q2 illud excluditur remedio
ordinario etiam si competat contra diuersam personā si habeat
16 originē ab actu voluntario. s. eo. l. emptor. ¶ † Item no. qđ ma-
gis succurritur tractanti de damno quā tractāti de lucro. facit
l. fi. §. licentia. C. de iure delibe.

b **Si procurator.** b Ex stipulatione pro procurato-
re recepta absq3 cessione causa co-
17 gnita actio domino datur. h. d. ¶ † Not. ẜm vnā lec. qđ vbicūq3
in stipulatione alterius necessaria est cessio transit vtilis sine ces
sione si copia illius haberi nō potest. vt est hic casus not. ⁊ singu
laris. satis tamen facit qđ habetur in. l. j. C. de acti. ⁊ obli. ⁊. l. j. de
instito. ⁊ secundum hoc patet in quo versetur cause cognitio. ver
satur tñ ⁊ in alio ẜm alium intellectū: an ꝓcurator sit stipulatus
dño absenti: q2 stipulatio esset nulla: an vero stipuletur noīe dñi
quo casu quereẜ vtilis sine cessione si dñs fuisset presens: vel si nō
habeatur copia ꝓcuratoris: vt dixi. ¶ In gloss. si. ibi: speciale in
pretorijs. hoc nō est simpliciter verū qđ in oībus p̄torijs indistin
cte q̄ratur actio sine cessione: sed solū in certis casib9 inter quos
est vnus scilicet quando iudicium interponitur vel presente do-
mino vel si non possit haberi copia procuratoris qui cedat. ⁊ de
ista materia dic in. l. stipulatio ista. §. si quis insulam. j. de ver-
borum obliga.

Summarium.

1 ☞ Decretum secundum ex causa damni infecti etiam contra
non latitantem potest interponi.
2 Vasallus feudo iure ipso nō priuatur sed sententia requiritur.
3 Iudex sua sententia non priuat tertium possessione sua.

Eorum. Absentibus ex causa ꝓbabili ⁊ neces-
saria cōtra quos ex causa dāni infecti
secundum decretum est interpositum subuenitur per
restitutionem in integ. vt possit cauendo possessionē
1 recuperare. h. d. ¶ † Not. ad secundum decretū potest deueniri
ex causa dāni infecti etiā cōtra nō latitantē. de quo in. §. iul. ⁊. §.
⁊. si forte. in. l. si finita. s. e. ¶ Extra glo. tetigit hic Ang. qualiter
interponatur primum ⁊ secundum decretum contra vsufructua
rium emphiteotam ⁊ feudatarium. Et quid si tales committāt
delictum propter qđ bona veniant publicanda. de quo per bar.
in. l. si finita. §. si de vectigalibus. cuius dicta in effectu sequiẜ sal
uo eo quod. j. dicā. Nam aduerte primo inquātum dicit qđ vbi
est facta immissio contra vasallum ex secundo decreto quod tūc
q2 commoditas ipsius feudi est penes immissum quod ipse im-
missus prestabit seruitium domino non vt vasallus ex quo ius
feudi non est translatum in eum: nec obligatio personalis vasal
li afficiat eum sed ex naturali equitate vt sic eum sequantur in-
commoda quem sequuntur emolumenta. j. de regu. iur. l. secun-
dum naturam. ⁊. c. qui sentit. de reg. iur. li. vj. Sed forte est veri9
quod dixi in. d. §. si de vectigalib9. qđ vasallus ipse remanet obli
gatus ex quo fuit in culpa nō ꝓuidēdo ne res deueniret ad istū.
Et ex hoc etiam patet quid dicendum de emphiteota. Itē ad-
uerte q2 concludit hic Ange. circa intellectum. l. si quis in tantā
C. vnde vi. quod si vsufructuarius autoritate propria occupet
vsumfructum rei existentis penes tertium applicabitur commo
ditas vsusfructus per sententiam illi violentiam passo duratu-
ram vsq3 ad vitam fructuarij. arg. l. necessario. de peri. ⁊ cōmo.
rei ven. non autem applicabitur domino proprietatis; licet glo.
aliter sentiat in dicta. l. si quis in tantam. ⁊ per hoc videreẜ idez
dicendum in vasallo inuadente rem feudalem vt commoditas
debeat applicari violentiam passo duratura vsq3 ad vitam va
salli: nō autem transeat ad dominū vel agnatos: licet bar. sense-
rit cōtrarium in. d. §. si de vectigalibus. nec ob. iura allegata ibi
per Bar. q2 loquuntur quando propter delictum alias consue-
uerat fieri publicatio bonoruz quo casu in feudo seruatur quod
dicit Bar. in prealleg. §. sed in casu nostro propter delictum nō
veniebant bona publicanda sed applicare debeat ius violenti
2 ipsi passo violentiam. Item aduerte q2 dixit hic Ange. † quod
vbi priuatur vasallus feudo hoc fit per sententiam non ipso iu-
re. Sed forte hoc debet intelligi quando est tale delictum quod
non inducit ipso iure priuationem. alias secus per nota. in auẜ.
de incest. nup. in prin. col. iij. ⁊. j. de iur. fis. l. imperator. dixit etiaz
quod eo casu quo propter delictum transit ad agnatos: nō solū
transibit vsq3 ad quartum gradum sed etiaz in infinitum. alleg.
3 notata in. c. si vasallus culpam. si de feu. fue. contro. ¶ † Ultimo
etiam dicit quod iudex nunq̄ per suam sententiam videtur vel
le priuare tertium possessione sua. alleg. no. per Inno. in. c. quo-
niam frequenter. §. in alijs. vt lite nō contest. ⁊ facit qđ no. Bar.
in. l. j. C. vbi in rem actio.

Siue edi. Cautio damni infecti exigitur cum timetur
damnum ex vitio operis aut soli rusti. vel vr
bani publici vel priuati aliter tamen ⁊ aliter. h. d. cum glo.

Summarium.

1 ☞ Fructuarius cautionem damni infecti petere potest de vi-
tio soli.
2 Proprietarius non cauet fructuario de edificij vitio.
3 Cautio damni infecti subsidiaria est.

Inter fructuarium. Summata fuit cum le-
1 ge damni. §. ei cuius. s. eo. Uel sic. † Fructuarius pōt
petere a proprietario cautionem damni infecti de vi
tio soli ⁊ proprietarius a fructuario de vitio operis a fructua-
rio facti de ruina autem totarum ediuz in quibus consistit vsus-
fructus vnus ab alio nō petit cautionem: quia alia via cuilibet
2 est consultum. hoc dicit. ¶ † Not. quod fructuario non cauetur a
proprietario de vitio edificij nec consequenter totalium edium
sed de vitio soli sic. Et de materia dic vt ibi plene per Barto. in
3 l. damni. §. ei cuius. s. eo. ¶ † Item no. quod cautio damni infe-
cti est subsidiaria.

Summarium.

1 ☞ Filiusfamilias cautionem petere potest ob periculum rerū
peculiarium.
2 Filiusfamilias pro re peculiari in iudicio stare potest.
3 Inquilinus noīe edium conductarum cautionem petere debet.
4 Peculium castrense an debeat publicari ob delictum filij.

Si filiusfami. Si in rebus peculiaribus damnum timetur pater et
filius in possessionem mittuntur: sed si in domib9 cō-
ductis damnum timetur solus filius in possessionem
mittitur si ad eum solum spectat periculum. h. d. scdm Barto. ⁊
Ang. Et sic sunt due partes: q2 primo loquitur quādo timetur
damnum in rebus peculiaribus ꝯde vel in domo vel in rebus
peculiaribus. secundo quando solum in domibus. secunda ibi:
nisi. ⁊ secundum hūc intellectum intellige quod in illo ver. nisi.
fuit appositum pactum quod filius qui domum conduxerat so-
lus subiret periculum: ⁊ contra patrem nullus possit haberi re
cursus ⁊ in illis domibus cōductis tantum timebatur periculū
1 non autem non autē in aliquibus rebus peculiaribus. ¶ † Not.
quod filiusfamilias etiam propter periculum rerum peculia-
rium potest petere cautionem de damno infecto quod est cla-
rum si erat res peculij aduentitij. idem tamen et si profectitij
propter administrationem quam habet. et: quia in eis cen-
setur aliquale ius habere: hinc est quod si publicentur bona
patris non publicabitur peculium etiam profectitium. l. iij. §.
2 sed vtrum. s. de minoribus. ⁊ ibi casus singularis. ¶ † Item no.
qđ filiusfamilias potest esse in iudicio pro re peculiari. qđ vide-
retur verum patre absente per. l. si longius. §. j. s. de iudi. vel pa-
tre consentiēte. l. cum nō solū. §. necessitatē. C. de bo. que lib. ⁊ ibi
plene de materia. forte tamen potest dici qđ tacite intelligaẜ cō-
sentiente eo ipso qđ concedit sibi peculiū. et sic erit hic casus sin-
gularis qđ sine alio expresso consensu patris pro re peculiari po
terit esse in iudicio quando est pro re peculij profectitij. Et idem
videreẜ si esset peculij aduentitij ⁊ pater cōcessisset filio admini-
strationē per ea que tetigi in. l. si finita. §. si de vectigalibus. s. eo.
hoc tamen vltimum non videtur tutum; imo videtur qđ reqraẜ
consensus patris per dictum. §. necessitatem. nisi dicas qđ ibi lo-
quitur quando pater repudiauit vsumfructū: quo casu in signū
repudiationis requiritur vt ibi: hic autem quādo nō repudiat
sed retento iure suo administrationem concedit. Aduerte tamē
q2 tutius esset habere consensum patris ad opi. tollendas.
3 ¶ † Item no. quod ad inquilinum spectat petere cautionem de
dāno infecto nomine edium conductarū: alias esset in culpa. et

a ¶ Nō solū. Adde qđ iste. §. facit a contrario sēsu an missus in possessionez ex p̄io d̄creto habeat iter dictum de vi ⁊ vi ar. gl. ⁊ posteā. Bart. in. l. is cui. §. q̄ri pōt. s. vt in pos. lega.

b ¶ Si ꝓcurator. adde hic casuz singularez ẜm Bar. ꝙ vbi qs stipulaẜ alteri ⁊ ē necessaria cessio si cedēs ē absens trāsit vtilis sine cessiōe ad hoc not. in l. j. C. de ac. ⁊ obli. ⁊ in l. j. de instit. Bald. in rubrica extra de lit. ꝯtest.

teneretur domino rōne culpe.de quo hic tangitur in gl.fi.¶In glo.penul.ibi:nam si ad castrense.quare in castrensi non stipulatur pater cōsiderato qḋ non publicatur castrense publicatis bonis filij sed transit ad patrem.l.iij.C.de bo.dam.Et quare filius ꝑ peculio profectitio potest stipulari.dic quod ipse pater nullā habet administrationem in castrensi sed filius in profectitio sic de quo hic latius per Bar.¶In gl.fi.ibi:alij vt ro.hec cōmuniter non tenetur:quia omnino ratione iuris quod quis habet in re potest petere cautionem damni infecti licet contra tertium habeat recursum vt est videre in domino proprietario qui habet recursum aduersus fructuarium ⁊ tamē petere potest cautionē damni infecti:vt plene no.in.l.hoc amplius.§.si cum.l.seq.ṡ.eo.⁊.l.damni.§.j.ṡ.e.ideo prima lec.communiter tenetur:restringit tamen Bar.⁊ Ange.tex.in ver.nisi.vt tetigi post summariū quādo solū timet̄ de periculo ediū.⁊ hoc quia al's ſm eos pater posset stipulari ꝑpter periculū rerum peculiarium ꝫ filius suscepisset in se periculum domus.Sed certe hec lec.videtur violare literam que non videt̄ velle mutare casum in ver.nisi.sed ponere exceptionem a supradictis:⁊ exceptio debeat esse de contentis sub regula:vt not.in.l.j.ꝟ.de reg.iur.⁊ per Dy.super rub.de reg.iur.in.vj.vnde forte potest dici qḋ iste tex.prosequat̄ eundem casum etiam quādo timetur damnū in rebus peculiarib⁹ existentibus in domo:qꝛ non reperio qḋ principaliter propter res mobiles possit peti cautio damni infecti.facit.l.q bona.§.qui dāni ver.ceterorū.ṡ.eo sed accessorie si sint intra rem immobilē cuius occasione cautio petit̄.facit.l.damni.§.is qui vicinas.ṡ.eo.Et ideo si pater nō potest petere occasione domus in dicto ver.nisi non poterit etiam principaliter petere ꝑpter res peculiares ibi existentes sed solus filius qui tamen in effectu quereret ad vtilitatem patris:qꝛ quicqd querit filius querit patri ſm hec tempora.l.placet.ꝟ.de acqui.here.Et per hoc patet qḋ si interponet̄ scdm decretum ad instātiā filij hoc casu habebit administrationē sicut in re peculiari ex quo occasiōe rei peculiaris sed proprietas erit patris sicut ⁊ peculij ꝓfectitij etiam vsusfructus ꝫ aministratio
4 sit filij.†Extra glo.tetigit hic Ange.an si filiusfami.commiserit delictū ꝑpter qḋ cōsueuerunt bona publicari per hoc veniat publicandū peculiū castrense aduentitiū vel ꝓfectitiū de quo tetigit bart.in.l.si finita.§.si de vectigalibus.et licet Bar.ibi dicat ꝙ non publicabitur castrēse etiam hodie per.l.iij.C.de bo.dam.tū ipse tenet oppositū dicēs qḋ cū hodie filiusfami.habeat heredeꝫ ab intestato seu habere possit:vt in aut.de here.que ab intesta.§.j.collatione.ix.cessat ratio dicte.l.iij.Nam ideo non publicabatur olim quia filiusfamili.olim in castrensi non habebat heredem abintestato sed occupabat pater iure peculij.l.ij.ꝟ.de castren.pecu.Et pro hoc facit secundum eum:quia si non publicaretur castrense quod spectat ad filium quo ad plenam proprietatē ⁊ vsumfructum.ergo filiofami.condemnato poterit nil publicari quod videtur absurdum secundum eum.Nec obstat si dicatur quod filiusfa.olim habebat heredem in dote:vt habetur in.l.auus.ṡ.de iure do.allega.de pac.do.⁊ plene not.in.l.si post dotem.ꝟ.soluto matrimonio.⁊ tamen propter delictuꝫ filie non publicabitur dos ad preiudicium patris:vt nota.in autē.contra si filij.C.de repu.quia respondet quod ibi in omnem casum restituende dotis pater fuerat stipulatus sibi dotem reddi vel saltem de iure communi poterat in eum cōsolidari dos propter ius commune quod habet in actione de dote.l.ij.§.quod si in patris.ṡ.soluto matrimonio.sed in castrensi peculio pater non habebat aliquod ius nec erat peruenturum ad patrem contra voluntatem filij si voluisset de illo testari.facit.l.iij.ṡ.ad macedo.Et ideo concludit quod sicut confiscantur bona patrisfa.propter delictum ita confiscatur peculium castrense patrisfami.Et pro responsione Angeli ad dictam auten.contra si filij.bene facit quod not.gloss.licet non alleget in.l.si dotem.C.de iure do.licet gl.aliqualiter faciat contra in autē.de nup.§.est quoqꝫ colla.iiij.Sed tu tenere potes opi.Barto.primo quia illa.l.iij.non videtur correcta.ergo illi in dubio etiam hodie est standuꝫ l.precipimus.C.de appella.l.sancimus.C.testa.¶Item secundo quia ratio Ange.videtur friuola quia non videtur absonū quod damnato filiofami.nihil publicetur.Nam hoc tolerabatur expresse per dictam.l.iij.¶Item tertio licet filiusfami.possit habere heredem hodie abintestato in castrensi ⁊ in aduenticio peculio:non tamen sequitur per hoc quod debeat publicari peculium castrense:quia vidimus quod nec etiam publicatur peculium aduenticium:vt ipse idem Ange.fatetur ⁊ tenuit barto.in dicto.§.si d vectigalibus.licet in ipso peculio aduentitio habeat heredem.⁊ licet pinguius ius habeat filius in castrensi quam aduenticio:tamen non videtur ratio quare nuda proprietas remanente vsufructu patri non deberet publicari si publicaretur castrense.Preterea forte potest dici quod vbi filiusfamilias non testatur de castrensi tunc censetur vt peculium aduenticium etiam hodie per dictam.l.ij.de castren.pecu.que quantuꝫ ad hoc forte non est correcta veruntamen quia hodie habet heredem abintestato in aduenticio habebit etiā ⁊ in illo.⁊ in hoc bene correcta est illa.l.facit quod not.in simili in.l.neqꝫ enim.§.fina.cum sequen.ꝟ.de testamen.mili.In peculio autem profecticio concludit illud non publicari etiam si filius non habuisset a patre expressam voluntatem donandi ⁊ etiam publicandi.Naꝫ non publicaretur virtute potestatis donandi:quia non est donatio nec ex virtute potestatis dispensandi:qꝛ nō videt̄ cogitatū de delicto ne videatur dari materia delinquendi cōtra.l.conuenire.de pac.dota.⁊.l.iure gen.§.si paciscar.ṡ.de pac.de aduenticio tamen tene idem quod Bart.

Summarium.

1 ¶Proprietarius quando contra fructuarium agere possit.
2 Decretum primum qua forma interponatur.
3 Minima etiam curanda sunt.

Si proprietarius. Proprietario repromittenti de dāno infecto vel aliquid ex ea causa soluenti succurritur cōtra fructuariū vt pro rata vsusfructus contribuat si fructuario demum aliquid prestanti succurritur cōtra proprietarium vt pro rata proprietatis contribuat.hoc dicit.¶Et primo ponit vnum dictum bimembre scilicet qḋ proprietario succurratur contra fructuarium ⁊ econtra.Secundo ponit practicam primi dicti.Tertio practicam secundi dicti.secunda ibi et
1 si obtulerit.tertia ibi:idemqꝫ.¶†Nota qḋ proprietarius agit cōtra fructuarium nedum si aliquid prestiterit ex causa damni infecti sed etiam si solūmodo repromiserit.fructuari⁹ auteꝫ demū agit contra proprietarium si aliquid prestiterit.Et est ratio di-
2 uersitatis:vt dictum fuit in.l.quamuis.ṡ.eo.¶†Item not.formam interponendi primū decretum pro eo qui habet rem penes se:quia potest iudex iubere vt retineat.Et sic hoc casu non erit necessaria aliqua immissio in possessionem.de quo per bar.
3 hic ⁊ in.§.iul.¶†Item not.etiam de minimis curandū:de quo tangetur etiam cum gloss.¶In gloss.super verbo retinebit in fine.Sol.qḋ si socius ab initio non cedebat parti sue:ꝫ post edificium refectum cedere volebat quod nō permittitur ex quo ab initio vtilis fuit refectio quasi eius voluntate intelligatur refectum.hic a principio cedebat proprietarius scdm Ang.Vel dic melius qḋ si expediebat ⁊ vtile erat proprietario potius caueri non liberabitur tunc habendo pro derelicto.arg.l.si quis putās ad si.communi diui.secus si non erat expediens nec vtile domino cauere:quia tunc procedebat hec gloss.Nam videtur domin⁹ mandasse quod faciat ea que vtilia sunt iuxta not.in.l.j.ad fin.ṡ.ti.j.⁊.l.j.in fi.ṡ.vsufru.quemadmo.ca.Et ille text.in.§.idem respondit.inducitur notabiliter ad questionem de qua ibi ꝑ bart.⁊ ipsam tangit hic Ange.¶In glo.super verbo eadem:ibi sed argumentum contra.Solu.quod vbi agitur per remedium de iure speciali habetur ratio etiam modici damni.l.j.§.illud.ꝟ.de coniun.cum eman.li.eius.⁊ facit quod habetur in.§.gallinarū.insti.de re.di.fallit in.l.in rebus.§.possunt.ṡ.commo.⁊.l.omnino.ṡ.de impensis.in re.dota.fa.⁊ in.l.idem si seruo.de edi.edic.Et ratio patet in eis:quia compensari debet modica expensa cum seruitio recepto.Si autem agitur de remedio inducto contra ius cōmune vt est remediū resti.in inte.tunc non curatur de modico:vt in.l.scio.hic alle.Et idem ſm Ang.si agat̄ actiōe de iure cōi pretoria:sed famosa vt est actio de dolo:vt.l.si oleū.hic alle.Sed hoc vltimū non placet:qꝛ actio furti quandoqꝫ est pretoria:vt instit.de perpe.⁊ temp.act.§.j.⁊ famosa.l.nō potest.ꝟ.de fur.⁊ tamen datur etiā pro minimo:qꝛ pro vno ouo vt.d.§.gallinarū.ideo dic ad dictam.l.si oleū.qḋ ibi loquit̄ in actione de dolo que sapit quādam speciem resti.vt patet ex.l.j.ṡ.de dolo.⁊ tetigit hic Dy.⁊ de materia aliquid per gl.⁊ Jo.an.super ea in.c.qꝛ sepe.de elec.lib.vj.do.Jo.de Jmola.

Plautius. Non permittitur agere cōtra plures ⁊ ab vno petere cautionem vt a vero domino ⁊ ab alio satisdationeꝫ sub conditione nisi appareat.hoc dicit.

In stipulatione. In possessione totarū ediū fit missio nisi cautio insolidū prestetur.h.d.¶No.ꝙ insolidū debet caueri nec admittit̄ defensio pro pte ex causa damni infecti.qḋ est verū quando dom⁹ est vni⁹ dn̄i tantū ⁊ non sumus in casu.l.si finita.§.ex hoc edicto.secus qn̄ esset domus plurium dominorū.Et qꝛ secus tunc in seruo plurium dominorum quorū conuenitur ex causa noxali.l.si cum vna.ṡ.si ex noxa.cau.aga.tetigit Bar.in.l.supra iter.§.officiū.ꝟ.ti.j.qꝛ in cā damni infecti nihil est in obligatione ⁊ sic non posset deueniri ad incōueniens.l.in executione.§.pro parte.ꝟ.de verbo.obliga.que ratio cessat in causa noxali cum dānum sit in obligatione cum potestate dandi pro noxa.Contra illam tamen rationem fortiter facit quia illa concluderet qḋ etiam ante litem contesta.nō posset vnus dominorū serui ꝑ parte tm̄ sua cedere cuius tamen cōtrariū ē verū:vt i.l.si seru⁹ cōis.ṡ.de noxa.Potes ꝑ rn̄so cogitare.

Summarium.

sit de iure ciuili aliud de iure canonico quod ius canonicuʒ de-
beret seruari in terris ecclesie iuxta not.per glo.notabilem in.c.
ij.de arbi.lib.vj.⁊ in.c possessor. de reg.iur.eo.lib. Uel potes di-
cere secundo quod illud.c.intelligatur quãdo agitur de prescri-
bendo aliquo iure quod non est modici preiudicij vt est ius de-
cimarum vel simile.secus quãdo esset ius quod esset modici pre-
iudicij huius seruitutis de qua loquitur. d.l. si quis diuturno.
Et forte hec melior vt in dubio non iudicatur discordãtia iuris
canonici a ciuili. ¶ Ultimo scias quod Barto.tetigit hic aliqd
de prescriptione meri imperij. Nam quia in istis incorporalib⁹
non reperitur vera possessio sed quasi.lege seruus.§. incorpora-
les.j.de acqui.rerũ domi. sed quasi possessio dicitur haberi per
vsumfructum sciente ⁊ patiente aduersario. lege secunda.C. de
serui.⁊ per Innocen.in.c.bone.el secundo.extra de postu.⁊ in.c.
cum querente.extra de offi.ordi.⁊ aliquid in.c. querelam. extra
de electio.⁊ extra de restitu.spolia.c.in literis.⁊.c.olim.el tertio
16 ⁊.c.ij.de capel.mona. ¶ †Nunquid ciuitates Italie prescripse-
rint merum imperium. Nam videtur quod non secundũ eum:
quia non potest dari patientia imperatoris cum iam longo tem
pore non fuerit in partibus istis. Et dubitatur etiaʒ an in mar-
chia sufficeret ciuitatem aliquam esse vsam mero ⁊ mixto impe-
rio sciente ⁊ patiente marchione marchie licet aliter non appa-
reat de scientia ⁊ patientia romani pontificis.⁊ dicit cogitandũ
⁊ nil decidit. Tu adde quod gloss.singularis videtur sensisse qd̄
sic in.§.interim.in auť.de defen.ciui.in glo.magna ad fi. ¶ Iteʒ
adde secundo quod quoddam est merum imperium supremuʒ
17 †qd̄ competit soli imperatori puta restituere quem fame: vel le-
gitimare.lege prima.§.de qua.š.de postul.et lege finali. infra de
nata.resti.⁊.§.illud.in auť.quib.mod.nat.effic.sui.col.vij. Et in
isto conclude quod non potest queri longo tempore nec longissi-
mo nisi sit tantuʒ tempus cuius initij memoria non existat quia
vsus tanti temporis tũc habet vim priuilegij.vt in.c.super qui-
busdam.extra de verboꝝ significa.⁊ facit lex hoc iure.§. ductus
aque.infra de aqua quoti.⁊ quod notat Barto.in lege si publi-
canus.§.finali.infra de publi. Quoddam autem est merum im-
perium quod etiam per inferiorem a principe exercetur. puta
exercere gladij potestatem in facinorosos.l. imperium.š. de iu-
risditione omniũ iudicũ.⁊ lege prima.§.eius.š.de offic.eius cui
manda.est iurisdi.⁊ lege illicitas.§.qui vniuersas.š.de offi.pre-
sidio.⁊ facit quod not. Bart.in.d.l.imperium.⁊ lege prima su-
pra de damno infecto.in fi.⁊ tunc videtur quod possit prescribi
ex eo quia nõ principaliter prescribitur cõtra principem:sed po-
tius contra ciuitatem metropolitanam que erat caput prouin-
cie:⁊ penes quam erat ipsum merum imperium.vt patet in di-
ctis legibus.facit quod not. Barto.in dicta lege si publicanus.
§.finali.nam tunc videtur quod sufficiat scientia ⁊ patientia il-
lius ciuitatis vel rectoris illius per not.per Barto.in dicta lege
si publicanus.et per not. per Innocen. in.dicto.c.conquerente.
Et per hoc patet solutam aliam questionem an sufficiat patien-
tia ⁊ scientia marchionis:quia videtur quod sic per predicta.et
pro hoc facit q2 negligentia administratoris nocet etiam ecclesie
in prescribendo.vt not.in.c.delictum.de reg.iur.in.vj.⁊ lege iu-
bemus nullam nauim.C.de sacr.sanc.eccle. An autem supposito
quod requiratur scientia ⁊ patientia imperatoris possit dici cu
currisse prescriptionem. Esset ponderandum primo quod si va
caret imperium:vel esset schisma in imperio non videretur qd̄
dicto tempore vacationis vel schismatis curreret prescriptio.ar
gu.c.j.⁊.c.de quarta.de prescript.iuncto textu in auť.quomodo
oportet episco.in princi.vbi equiparatur imperium ⁊ papatus
⁊ dicuntur fraternizare.⁊ sic sicut non currit prescriptio contra
ecclesiam vacantem vel tempore schismatis. vt dictis.c. ita nec
contra imperium.⁊ hoc videtur de mente Barto.in dicta lege si
publicanus.⁊ per hoc patet solutum aliud dubium an quando
papa vacante imperio administrat iuxta nota.in.c. licet de foro
competen.sufficiat scientia pape quod ipse hic non decisit. Nam
videretur quod non per predicta. Supposito autem quod non
sit schisma nec vacet imperium videretur aduertendum quod li
cet non venerit tamen forte presumeretur scientia propter publi-
cam famam que verisimiliter in partibus vltramontanis esse
debuit.⁊ sic debuit presumi scientia per not.per glo.in.l.si tutor
de peri.tuto.⁊ per not. in.c. quod dicitis.xvj.distinctio.et in.c.j.
extra de postu.prela. Item videretur attendendum an posito qd̄
sciuisset vel presumeretur scire an potuisset verisimiliter prohibe
re.nam alias non potest dari patientia si verisimiliter prohibe-
re non potest.facit quod habetur in lege secunda.š.de noxa.⁊ ex

his patere potest decisio predictorum quesitorum. ¶ In glo.su-
18 per verbo quãuis seruitutem.ibi vtile dominium. †Not. quod
per prescriptionem dicitur queri vtile dominium.sed glos.in.l.
cum postulassem.§.j.dixit queri quasi dominium. Sed hec est ve
rior:quia proprie ante prescriptionem completam dicitur qua-
si dominus ille cui cõpetit publiciana.sed postea dicitur habere
vtile dominium nisi esset res mobilis.quo casu per vsucapioneʒ
queritur directum dominium iuxta no.in auť.nisi.C.de bo.ma.
de quo tangetur in.l.vsucapio.j.de vsucapi. pro quo facit bona
glo.in.§.alia.insti.de vsucap.

Apud labeonem. Qui impedit me vti seruitu-
te debita vel prescripta tene-
tur hac actione.secus si opus fiat publica autoritate vel sit opus
cuius initij memoria non existat.hoc dicit.⁊ primo loquit̃ quã-
do vicinus superior contendit cum inferiori in cuius agro erat
fossa. Secundo loquitur quando agri erant equales in quadaʒ
planitie ⁊ fossa erat in confinio:et vnus agebat contra alium.
Tertio loquitur quando in superiori agro erat fossa que aquã
solebat continere ⁊ paulatim ad inferiorem defluere. sed postea
fuit repleta. ⁊ ideo agebat inferior cum superiore. secunda ibi:
preterea.tertia ibi apud atheium. ¶ In tex.ibi eam partem ma-
xime.nam etiam ad totum agi posset vt pateretur purgari totũ
argu.l.si edes.š.communi diui.⁊.l.cum duobus.§. item mella.
supra pro soc. ¶ In tex.ibi:aqua descendit.sub.paulatim.⁊ mo-
derate secundum Iaco.de are.vel forte ad predium irrigandũ:
⁊ sic erat fossa propter vtilitatem agri inferioris que modo no-
cebat quia erat repleta et nimis vehementer decurrebat aqua.
¶ Nota ex tex.quod interdum agitur alternatiue contra deben
tem seruitutem.vt vel ipse faciat vel patiatur fieri qd̄ est quan-
do ex eo quod fieri habet aliquod commodum posset resultare
ei cui debetur seruitus. vt est quando purgatur fossa. Nam in
purgando eleuatur territoriuʒ pingue ad impinguandũ agrũ:
alias solum agi debet vt patiatur nisi sit seruitus oneris ferendi
vel nisi aliud in constituenda seruitute specialiter sit actum.vt in
§.apud atheium.secundum vnum intellectum.vel nisi ex tempo
re cuius initij memoria non existat consueuerit facere.nam istis
tribus casibus agi poterit precise vt faciat. pro quo facit lex ⁊ si
forte.§.etiam.supra si serui.vendic.alias precise agi debet ad pa-
19 tiendum.vt hic per Barto. ¶ †Item not.quod vbi opus sit pu
blica autoritate non habet locum aque pluuie arcende actio:
sed si noceat debet implorari officium superioris. lege fluminũ.
§.quid ergo.supra titulo primo. ¶ Itẽ not.qd̄ vbi opus est aptũ
ad nocendũ si illius non extat memoria agi non pōt aque plu-
uie arcende.secus si extat memoria.l.j.§.j.š.eo. Item secus quã-
do opus est dispositum ad proficuũ alterius:quia tunc si postea
casualiter noceat tunc attendi debet an extet memoria vel non:
q2 si non extat memoria agi potest. vt in.§.idem varus. Et idẽ
si extet memoria si seruitus sit interposita.vt in.§.apud atheiuʒ.
scdm̃ verũ intellectũ.secus si seruitus nõ est interposita ⁊ operis
memoria extat.vt infra eadẽ.l.§.idem labeo ait si in agro. ¶ In
glo.sup verbo vel te.in fi.neutra solu.bona q2 violat litera: ideo
dic qd̄ dʒ agi alternatiue.vt pʒ in tex.⁊ ratio patet ex his q̃ dicta
sunt in notabilibus. ¶ In gloss.super verbo vicinũ.in fi.prima
solut.cõiter tenet̃. Et adde omnino quod dixi in notabilibus.

a **Item varus.** [a]Qui non patit̃ opus naturale vel
quasi qd̄ proficiebat vicino in pristi
num statum reduci hac actione vtili conuenitur.secus si sit opus
casualiter factum ⁊ ipsius extet memoria.h.d. ¶ In tex.ibi qd̄ si
extet sub memoria ⁊ supple ⁊ seruitus sit interposita. ¶ In text.
ibi reponatur.quasi velit secus in naturali agere.⁊ ad hoc bene
adaptatur ratio sequens.tamẽ iurisconsultus infra in ver.quãq̃
idem dicit in naturali. Et iste videtur esse ver⁹ intellectus litere
licet glo.instet hic in ver.vt reponatur.⁊ in verbo quãq̃. Et per
hoc patet qd̄ labeo sibi non cõtradicit in eo quod dicit in.§.seq.
apud manusam.ver.labeo.quia hic loquitur labeo de opere ma
nafacto in illo.§.de nõ manufacto. ¶ In tex.ibi aut sub.ne.not.
qd̄ quandoq3 opus est naturale:quandoq3 quasi naturale:vt qñ
est manufactũ ⁊ extat memoria. Et istud vltimum quandoq3 fit
iure seruitutis imposite. Et de hoc loquitur text.iste in ver. qd̄ si
extet. Quandoq3 autem non fit iure seruitutis.⁊ loquitur.l.pri-
ma.§.j.š.eo. Quandoq3 autem ⁊ quarto opus non est naturale
nec quasi:nec positiuum:sed casualiter factum: ⁊ de hoc proprie
loquitur.§.idem labeo ait si in agro. ¶ Item nota qd̄ facilius
quis debet pati illud quod alteri prodest ⁊ sibi nõ nocet.de quo
in.l.in creditore.š.de euic.⁊.l.j.§.sunt qui putant.j.ne qd in flu-
20 mi.pu. ¶ †Item not.qd̄ equitas prefertur rigori de quo in.l.j.
C.de legi.⁊ in.c.fi.extra de trans.⁊ in.l.placuit.C.de iudic. Quid
autem si quis passurus esset magnũ damnũ nisi ipse aliquid fa-
ciat:⁊ alter ex opere paruum damnum.dic vt colligitur ex.d.§.
sunt qui putant. ¶ In glo.super verbo vtiliter.ibi hic concedit
vtilem.hec vera quo ad tex.istum:non quo ad contrarium quia
ibi non datur etiam vtilis pro lucro.⁊ pro hoc facit.l.proculus.

a ¶ Itẽ var⁹. Adde bar. pro intelle-
ctu hui⁹. §. in.l.ij.ff.sol. matrimo.

§. tit. primo. que infra allegatur pro contraria. Nec obst. huic. §. d. l. proculus quia hic censetur pati damnum ex quo sibi nocet si non patitur me reponere agentē naturalem vel quasi a quo naturaliter debeo sentire commodum vt dixit gloss. §. in ver. noceat. ¶ In gl. super verbo tecum a vicinis. ibi: sed secus forte de equitate. hoc etiam sequitur hic Bar. post Old. Sed cōtrarium hic tene. Ang. ⁊ videtur verius qꝛ hic loquitur in diuerso casu a precedentibus. Nam hic loquitur quando casualiter opus est factum qđ prodest vicino ⁊ extat memoria. ideo tunc si postea etiā casualiter destruatur nulla competet actio etiam de equitate. sʒ in precedentibus loquitur aliis casibus vt patet ex his que dixi in notabilibus. Et pro hoc facit quia si iurisconsultus voluisset equitatem admitti in hoc casu illud expressisset sicut in casu precedenti. ex quo ergo non expressit videtur aliud voluisse. arg. l. j. §. sin autem ad deficientis. C. de cadu. tollen.

Idem labeo ait. Qui vult probare memoriam extare non habet necesse probare diem et consulem: ⁊ sufficiet etiam testimoniū de auditu. h. d.

21 ¶ † Nota qualiter probetur memoriam extare. de quo etiam in l. si arbiter. §. de proba. ⁊ per glo. in c. j. de prescrip. li. vj. ⁊ p Inno. in c. quid per nouale. ⁊ c. veniens. extra de ver. sig. Et in istis etiam locis tangitur qualiter probetur memoriam non extare.

22 ¶ † Item no. argumentum qđ testis non teneatur deponere de die. de quo aliquid hic in glo. ⁊ in l. testium per glo. ⁊ doct. C. de testi. ⁊ per Inno. in c. qualiter. el. ij. de accusa. ¶ Item no. qđ dicitur memoriam operis extare si extat recordiū initij operis licet punctaliter non sciat diem vel annum. Et sic facit sm Ange. qđ si testis deponit titium non esse etatis. xij. annoꝝ. ⁊ interrogatus de causa scientie dicit qđ interfuit natiuitati ⁊ bene scit qđ a tempore natiuitatis huc usqꝫ non intercesserunt. xij. anni. Et interrogatus de anno natiuitatis dixit se non recordari qđ nihilominus probetur. quod tenuit etiam Bar. in l. de etate. §. de mino. Et quomodo defendatur testis a contrarietate hoc casu dic vt hic per eum. ¶ In glo. super verbo idem labeo. in fi. qualiter debeat concipi articulus super hac materia quando agitur de pbando memoriam extare vel non extare. et consequenter qualiter habeant deponere testes. est bona glos. in c. j. in glos. fi. de prescrip. lib. vj. et per Inno. in c. quid per nouale. ⁊ in c. veniens. de verbo. signi. Aduerte tamen qꝛ Inno. in aliquibus in d. cap. veniens. videtur variare ab his que tetigit in ca. quid per nouale. ⁊ precipue in quantum in c. quid per nouale. dicit qđ si testis dicat se vidisse et audiuisse illos qui audierunt vel audiuerunt factum debet adijcere tempore suo. quod videtur hic sequi Bar. cō trarium tamen sensit in d. c. veniens. quia forte melius: quia illa que reputat ab surda in d. c. quid per nouale non reputat absurda in c. veniens. nec in c. si. de iura. cal. sʒ qđ per talē modū posset probari Constantinum fuisse vel Christum passum. Et in qbus casibus admittatur talis probatio. Et an in factis excedentibus metas centum annorum. vel etiam quadraginta. vel etiaʒ si fuit facta apud saracenos apud nos ignota. tetigit in d. ca. veniens. Et videtur sentire qđ in excedentibus metas centū annorum qđ admittatur. Sed forte illud non est sine dubio per id qđ habetur in c. cum a nobis. ⁊ in c. liceat. de rescrip. Qñ autem dicitur esse factum apud saracenos sed apud nos ignotū inclinat qđ non habeat locum dicta probatio. ⁊ intelligo qñ non excedit metam predictam. nec metam. xl. annorum. Si autem excedat dictam metam an velit admitti talem probationem per cōmunē opinionem vel famam. Alibi allegat qđ sic. Sed istud est dubiū an voluerit: quia subdit postea quod non placet: que verba possent referri ad illum casum. nec etiam videtur eqtas suadere cū possit probari prescriptio. xl. annorum per testes. Quid autem si testes actoris contradicant testibus rei qui preualeant. tetigit glo. in d. c. j. ⁊ Inno. in d. c. quid per nouale. ⁊ sentit qđ preualere debent qui dicunt veri similiora. tamen in dubio dicit qđ preualebunt testes dicentes memoriam non extare asserunt negatiuam in c. cum ecclesia sutrina. de causa posses. De cautela tamen est vt dicit glo. in d. c. j. qđ formetur articulus affirmatiue. videlicet qđ est communis opinio memoriā extare. vel est cōis opinio memoriam non extare. nihilominus procedit quod statim dixi etiam si taliter sit formatus articulus. Quid autem si duo testes dicant se audiuisse a titio quod vidit opus fieri an dicatur probatum memoriam extare. gl. notabiliter dixit qđ sic in l. si arbiter. §. de proba. ⁊ cum illa communiter transeūt legiste. Contrariuʒ tamen tenuit Inno. in d. c. quid per nouale. vbi dicit qđ sicut nō sufficeret testimonium solius titij: ita nec testimonium istorum duorum dicentiuʒ tantum ab illo audiuisse. Et pro hoc videtur tex. in simili in c. licet ex quadam. extra de testi. ⁊ de materia consueuit dicere in d. c. veniens. ¶ In glos. super verbo audierint.

23 ibi paries vel cortina media. † Nota bene glos. singularem et que non est alibi qđ valet testimonium de auditu proprio in re perceptibili per sensum auditus. vt sunt verba licet fuerit paries vel cortina in medio inter testes ⁊ contrahentes vel testatorem. Sʒ quod dicit de testatore communiter reprobatˀ qꝛ testes debent esse in presentia testatoris. l. si non speciali. ⁊ ibi per Cy. C. de testa. ⁊ testatores qui consueuerunt esse infirmi sepe consueuerunt mutare vocem. facit quod habetur in l. iubemus. C. de testa. ⁊ l. hac consultissima. §. at cum humana. C. qui testa. facere possunt. qđ sentit hic Barto. esse verum nisi prius vidissent testatorem ⁊ audiuissent: ⁊ postea post cortinā fuissent. Sed tutius est quod semper debeant esse presentes. In contractibus autē communiter tenetur quod non vitietur testimonium dummodo testes habeant voces notas contrahentium. ⁊ ideo cecus poterit testificari de auditu si habeat voces notas contrahentium. vt not. gloss. iiij. questione nona. in c. testes. ⁊ in §. si vero absunt. in aut. de heredi. ⁊ fal. ⁊ per Cy. ⁊ But. in dicta lege testium. ⁊ in Specul. in titul. de testi. §. primo. ver. item quod de visu. Sed aduerte qꝛ

24 contra istud facit quia videtur † in contractibus testes debeant esse presentes actui qui celebratur. dicta lege testium. ita quia possibile est quod etiam quis in infirmitate contrahat. lege qui testamenta. §. finali. cum ibi nota. infra de testi. ⁊ C. de donat. lege senectus. ⁊ sic posset vox variari vt dixi in simili de testamento. Item etiam testamentum posset fieri ab homine non infirmo. ⁊ tamen indistincte ibi dicitur testes esse presentes. et sic videtur idem dicendum in contractibus nisi diceres quod maior solennitas requiritur in testamento. tamen quantum ad hoc non videtur iure cautum contrarium. vt patet in dicta lege si non speciali. ⁊ in dicta lege testium. Item pro hac parte facit quod tetigit etiam Cy. in dicta l. testiū. ⁊ lege si nō speciali: quia sunt aliqui qui sciunt bene facere voces aliorum. ⁊ sic per hoc posset forte testis decipi. nisi quo ad hoc dicas quod lex inspexit communiter accidentia. argu. l. nam ad ea. supra de legib. ⁊ lege nō epistolis. ⁊ lege neqꝫ natales cum ibi nota. C. de proba. Itē pro hac parte optime facit. c. preter ea. extra de testi. vbi est tex. iuncta gl. ⁊ dicto Inno. quod testimonium de auditu proprio interueniēte pariete medio non probat sine alijs adminiculis etiā ad effectum ciuilem vt ibi patet secundum vnum intellectum. Sed posses dicere quod illud sit quia agatur de materia penali. alias nō video responsum ad illam decretalem ⁊ pro certo forte de rigore ⁊ de mente iuris verius est quod tale testimonium solum nō probet sine alijs adminiculis. tamen in practica propter autoritatē glo. ⁊ docto. forte seruaretur contrarium. Credo tamen quod si probaretur contrahentem fuisse infirmum tempore illo quod forte saltem hoc casu non sufficeret. argu. illius legis iubemus. ¶ In ead. glo. ibi per concilium lateranense vult loqui de ca. licet ex quadam. extra de testi. tamen quia illud fuit Innocentianum appellatur communiter capitulum generale. sed Alexandrinum appellatur lateranense. vt not. glo. in c. pe. de capel. mona. ⁊ per gloss. in clemen. prima ad finem. de consan. ⁊ affinita. ⁊ not. bene quod non simpliciter corrigit sed modificat quod non recipiatur testimonium de auditu auditus nisi certis concurrētibus de quibus ibi. ¶ In glo. super verbo memoria in fi. Sol.

25 † quod equiparantur testes et instrumenta quo ad probationeʒ non quo ad solennitatem. nec mirum quia testes deponunt per sensum corporeū. de quo per Inno. in c. cū causam. extra de testi. Sed instrumentum capit effectum ab autoritate tabellionis et eius scriptura. ideo in ea requiritur solennitas de qua per glo. in l. generali. C. de tabula. lib. x. ⁊ facit quod not. Innoc. in c. cū P. extra de fide instru. vbi dicit quasi commiraculum quod pelli animalis mortui credatur.

a **Idem labeo ait.** [a] Qui diuertit aquam nocituram sibi a flumine etiam per opus manufactum in suo non conuenitur actione aque pluuie

26 arcende si non fecit animo nocendi. hoc dicit. ¶ † Not. quod licitum est alicui facere aliquid quod sibi prodest licet in consequētiam alteri noceat dummodo non fiat principaliter animo alteri nocendi. de quo in lege prima. §. deniqꝫ. §. eodem. ¶ In gloss. super verbo noceat. ibi cum nō sit aqua pluuia. hoc verū si aqua fluminis solum esset que noceret. sed vbi noceret commixta cum pluuia secus esset. lege prima. §. illud. supra eodem. ¶ In eadem glo. in fi. qꝛ intelligunt quidam hunc tex. qñ transiuit tantū tempus cuius initij memoria non extat. Sed tu potes etiam dicere aliter vt colligatur ex glo. in d. §. neratius. in vltima solu. quia hoc debet intelligi quando aqua que nocebat nouiter ceperat nocere. secus si consueuisset nocere per tempus cuius initij memoria non extaret.

a ¶ Idem labeo. Adde Inno. in c. qualiter et qñ. de accusa. et qđ nu. xvj. q. iiij. et in l. presbyteri. C. de epi. ⁊ cle. et p Bar. hic.

Illud verum. Qui constituit seruitutem non potest agere contra vicinum actione aque pluuie arcende nisi noceat vltra modum seruitutis constitute. hoc dicit.

Summarium.

1 ☞ Aquam de vno loco in aliam decurrentem non licet deturpare.

2 Agi potest pro aliquo incidenter quod non principaliter.

Apud

Apud. Istud principium habet duas lecturas principales vna est quod ille qui habebat fundum superiorem habebat in eo fontez cuius aquam faciebat decurrere ad funduz inferioris vicini per riuulos dummodo aquam non deturpet. Item non potest per vnum riuum transmittere si salitus est per plures. et hec prima lectura est plana. Secunda lectu. est quã superior in cuius fundo erat fons faciebat aquam decurrere ad inferiorez: sed inferiorem aquam comprimebat ex qua compressione aqua reflectebatur in superiorem. et dicit quod superior non agit contra inferiorem: quia inferior in comprimendo in suo non agit vt noceat superiori: sed potius ne noceat sibi quod est permissum. lege secũda. §. penultimo. ff. eodem. nec inferior cõtra superiorẽ quia aqua naturaliter currit. et hic est effectus. secunde et hoc sit loco summe vsque ad. §. si vicinus. Et aduerte quia licet docto. communiter transeant cum prima forte ista secunda debet intelligi quãdo nouiter fons apparuit in fundo superiori: alias nõ videtur quod esset licitum reflectere aquam per not. in lege. j. §. neratius
1 iuncta glo. supra eodem. ¶ †Not. quod non est licitũ deturpare aquam que decurrit de vno loco ad alium. qd intellige nisi forte ad talem vsum esset deputata.

Si vicinus. Qui irrigat locum suum sepius solito non tenetur actione aque pluuie arcende nisi locum complanauerit propter quod aqua citius defluat hoc dicit. ¶ In gloss. super verbo aque. ibi vel que ex natura vel forte fuisset seruitus constituta vt possit irrigare locum illum. et quia fuit simpliciter constituta trahitur etiam ad pratũ ex quo fit in eodem territorio. arg. l. si seruitus. ff. de serui. vrba. predio. vel vt sequitur in gloss. satis est quod in quantitate plus nõ mittitur licet sepius.

Aque. Qui non facit opus in publico tenetur directa actione aque pluuie arcende: et fructuarius non potest
2 agere actione aque pluuie directa nec conueniri. h. d. ¶ †Nota quod interdũ agi potest incidẽter pro aliquo pro quo nõ posset principaliter. facit quod not. in. l. quoties. C. de iu. et de remedio quando fit in publico opus recurre ad. l. fluminũ. §. quid ergo. supra titulo primo.

Summarium.

1 Locus religiosus non est in dominio nostro.
2 Initium spectari debet.
3 Iussus iudicis excusat.
4 Factum legitime nullam penam meretur.
5 Res litigiosa per litis contestationez fit vbi questio fit de re per actionem personalem.
6 Condemnatoria an sequi possit ex eadem instantia quãdo mutatur actionis qualitas.

Quanquam. Sufficit ad hanc actionem quem esse dominum loci tẽpore quo edificauit vt contra ipsum detur actio licet
1 postea dominus esse desierit hoc dicit. ¶ †Not. quod eoipso quod locus efficitur religiosus desinit esse in nostro dominio: et fit religiosus secundum leges si ibi sepeliatur corpus mortuum. C. de relig. lege si quis sepulchrũ. sed secundum canones non videtur fieri locus religiosus absque autoritate pontificali per not. vij. q. j. c. pastoralis. facit quod not. in. c. penul. et fi. extra
2 de sepul. ¶ Item not. argumentum quod initium sit spectandũ de quo in lege quid ergo. supra de his qui not. infa. et plene per gloss. et doctores in. c. dudum. el primo. extra de electionibus.
3 ¶ †Item nota quod iussus iudicis excusat de quo per Dyñ. in. c. quod quis mandato. de regu. iuris. in. vj. et per gloss. in lege non videtur. §. qui iussu. infra de regu. iuris. et facit quod not. in lege liber homo. supra ad legem aquiliam. et in lege ad ea. in
6 principio. infra de regul. iuris. ¶ †Ultimo nota illud vulgatum quod factum legitime nullã penam meretur. de quo in lege gracchus. C. ad legem iuliam de adulte. et de reg. iuris. c. factum legitime. libro. vj. ¶ In glo. super verbo fuit. in fine. Solu. qd illud contingit propter generalem obligationem preambulã. et quia agebatur de modico preiudicio. facit. l. finalis. C. que res pigno. obliga. possunt. Et de materia dic in. d. c. dudum. de electionibus. ¶ In glossa super verbo actionem ibi lege quoniam. Sol. vt per Dy. in. d. c. qd quis mandato. et in. d. §. qui iussu. allegatis in notabilibus. vel dic qd ibi iudex censebatur facere vt priuatus cum esset ab eo appellatum. et sic per appellationem subtracta erat causa ab eius iurisditione. ideo licebat ei resistere. facit quod not. in. l. defensionis facultas. C. de iure fis. lib. x. et per Inno. in. c. si qñ. et. c. significasti. extra de offi. delegati.

Iulianus. Licet vendatur res pendente iudicio: iudicium tamẽ aque pluuie arcẽde inchoatum non extinguitur. hoc dicit. ¶ In gloss. super verbo post iudicium. ibi secus si ante. Sed contra hoc facit quia sufficere videtur quod semel fuerit dominus. vt supra proxime. Et sic etiam debet idem esse si ante iudicium sic facta alienatio. Sed potes dicere qd vbi quis desinit esse dominus et dominium in alium non transfertur tunc ne facto rei penitus excludatur habẽs actionem aque pluuie arcende sufficit quem fuisse dominum. Et ita loquitur principium huius legis. Sed vbi ille qui fecit opus desinit esse dominus et transfertur dominiũ in alterũ contra quem potest agi: et tunc procedat gloss. de quo tangetur in dicta lege post venditionem. ¶ In gloss. super verbo iudicium. in fine. Nota ex ista gloss. singulariter duo. primo quod vbi non est questio de re: sed solum de opere facto in re: tunc nullo modo efficitur res litigiosa etiam pro contestatione litis. actio tamen ipsa intenta bene fiet litigiosa per litem contestatam. per not. per regulam
5 legis secũde. C. de litig. ¶ †Secundo nota quod vbi est questio de re per actionem personalem fit res litigiosa per litis contest. et similiter fit ipsa actio per dictã legẽ secundã. Et hoc etiam tenet Barto. in lege prima infra de litigio. licet ipse contrarium teneat in lege prima. C. de litig. vbi tenet quod quando agitur actione personali nunquam res fit litigiosa etiam per litis contestationem sed sola actio. Sed primum videtur verius per. d. legẽ. ij. vel intellige dictum eius in dicta lege prima quando ageretur personali pro opere facto in re. vbi autem agitur rei vendicatione ad rem tunc hodie fit res litigiosa per solam citationem. in aut. litigiosam. C. de litig. Et idem dicit Bartol. de ipsa actione in rem. eadem ratione in locis preallegatis. Sed forte istud non videtur verum quia cum simus in materia correctoria et non reperiatur ipsa secunda lex correcta in actione per dictaz aut. litigiosa. ergo debet remanere. argu. lege precipimus. C. de appellatio. et lege sancimus. C. de testamẽtis. Et ad materiam facit qd not. Ioannes andreas post Compost. in. c. cum. M. ferrariensis. extra de constitutioni. vbi Innocen. in glo. in ver. reuocatis. in penultima colũna. et Ioan. and. in nouella ante gloss. videntur velle quod nunquam efficiatur res litigiosa quando agitur actione personali. Sed verius videtur esse quod supra dixi per. d. l. ij. C. de litig. nisi salues Innocen. et Ioannem andream quado ageretur actione personali non ad rem sed pro opere facto in rem. hec tamen saluatio nimis videtur restringere dictũ eorũ. ¶ Ex
6 tra gloss. tetigit hic Barto. †an quando mutatur qualitas actionis: vel mutatur ipsa actio de directa in vtilem vel econtra sequi possit condemnatoria ex eadem instantia. et in effectu concludit quod sic. Et est communis opinio etiam vltramon. vt not. Cyñ. in lege prima in quarta questione. C. de aliena. indi. Sed incidẽter etiam tangit an contra illum qui dolo desijt possidere competat directa rei vendicatio vtiliter prout dixit glossa super rubrica de rei vendicatione quando agens habet directum dominium. an vero dicatur competere vtilis. Et in effectu hic tenet opinio. vltramonta. ex eo quia rei vendicatio ad sui esse requirere videtur duo principaliter. scilicet dominium ex parte agẽtis et possessionem ex parte conuenti. vt. l. j. C. de aliena. iudic. et sic si alterum desijt non potest competere directa. argu. lege cum hi. §. si pretor. supra de trãsactionibus et legis si heredi plures. infra de conditio. instit. et infra de rebus dubijs. lege si is qui ducenta. §. vtrum. cum similibus. et pro hoc allegat casum in. l. nec vllam. §. sed si quis. et. §. quod si sciens. supra de peti. heredita. et lege electio. §. primo. ff. de noxalibus. sed aduerte quia ipse voluit cõtrarium super rubri. ff. de rei vendicatione. Et pro illa opinione facit quia in istis realibus ius potissime metimur ex persona agẽtis. lege prima. §. primo. supra si pars hereditatis petatur. et sic cum principium ex parte agentis censeatur potentius illud est quod debet attendi. argu. legis quicquid. §. cuz partes. infra de acquirendo rerum dominio. et lege queritur. supra de statu hominum. et lege domum. supra de rei vendicatione. et pro hoc etiã facit quod alibi dicunt doctores in lege non potest supra de iud. videlicet quod ideo potest sequi condemnatio contra reum in reali si non possidebat tempore inchoati iudicij. Sed postea superuenit possessio. quia non videtur verius superuenire actori proprie. sed facultas dirigende actionis. et per hoc non obst. prima ratio quia licet sint duo principalia alterum tamen est potẽtius et preponderans. et sic illud debet attendi per iura predicta. Item non obstat. d. §. si quis. et. §. quod si quis. quia loquuntur in alio casu. videlicet quando agitur contra possidentem. nam si mala fide emit hereditatem tenetur vtili petitio ne hereditatis: vel si modice fuit distracta: non autem directa. et est ratio qr petitio hereditatis sui natura non debet dari contra titulo possidentem nam agens petitione hereditatis non dicit se necessario dominum rerum hereditariarum lege non tantum. supra de petitio. heredi. et ideo ex quo conuentus pretendit titulum succedat regula quod in dubio debet esse potior conditio possidẽtis per. l. siue autem. §. j. ff. de public. tamen ex equitate datur vtilis in dictis casibus facit quod tetigit Cynus in lege cogi in. iiij. op po. ff. de peti. here. non autem loquitur ibi quando conuentus dolo desijt possidere quod tunc detur vtilis petitio hereditatis

imo videtur dari directa. l. item. veniũt. §. j. ver. eos. ß. de petitio
ne heredi. & expresse tenuit Barto. in. l. sinautem. §. sed & is. ß. de
rei vendic. licet videatur dicere quod illud sit propter verba se-
natuscõsulti. sed certe verba possent facere quod de iure directo
attenta opi. glo. Item non obst. d. l. electio. quia primo potest di
ci quod facit potius pro inquantum dicit quod possidens tene-
tur directo: & sic per aduerbium prout dixerunt glo. & inquantũ
postea subdit quod dolo desinens possidere tenetur pretoria. po
test exponi quod debetur ex iurisditione pretoris extẽdentis ius
ciuile. tamen tenebitur tunc vtiliter a contrario illius verbi di-
recto posito in casu precedenti. Preterea ibi loquitur in actione
personali que competit contra dominũ noxaliter in actione rea
li. et sic in diuerso casu loquitur. & per hoc patet defensatam opi
nionem glossarum.

Idem iulianus. Dominus qui nõ fecit opus si
eius voluntate non est factum
tenetur hac actione ad patientiam. & ille qui fecit tenetur inter-
dicto quod vi aut clam ad interesse. h. d. cum. l. sequenti.

Si colonus. Not. quod interdum licitum
est aliquid repetere vt aliqd
addatur. Et per hoc patet quod hec lex non redditur
superflua per precedentez: quia non per omnia dicit
idem quod. §. precedens. sed aliquid addit. facit quod habetur
in. l. si quis prioris. C. de secun. nup. & in lege. ij. §. si quid tñ. C. de
vete. iure enuc. Et per Jo. an. in proemio decretalium.

Summarium.

a ¶ Personalis. adde Bar. hic et An. de bu. in. c. qr. U. de iud. bar. in. l. qq. §. iulianus. ß. eo. in. l. creditor. & euictio. bar. in lege. iij. C. q metus cau.

1 Statutum penale restringi debet.
2 Actio personalis in rem scripta etiã sine cessione potest in sin-
gularem successorem transire.
3 Successoris nomine venit tantum vniuersalis.
4 Jus excipiendi an transeat in singularem successorem.
5 Destructio operis spectat ad officium iudicis.

Si tertius. Si propter opus remotioris vi-
cini aqua decurrens per locum
vicini proximioris nocere mihi possit possum agere
actione aque pluuie arcende contra proximiorem vi-
cinum vel contra remotiorem. hoc dicit. ¶ In gloss. j. in fine. hec
glo. videtur fuisse ceruotina & contra tex. quia infra dicit quod
ego ago cum primo. & sic si ego dicerer prius agerem contra me-
metipsum quod non est dicendum. Similiter sequens gloss. vi-
detur male dixisse: quia infra dicit. cum tertio remisso primo. et
sic tertius vicinus non erat primus. cuius contrariũ sensit gloss.
secunda. vnde verius videtur quod erat tertius respectu primi
superioris & ego eram medius. vt infra sensit glo. super verbo cũ
tertio. Et aduerte quod si iste tertius fecit opus in fundo primi
tunc tenetur ipse interdicto quod vi aut clam ad expensas. sed
ipse primus tenebitur ad patientiam non ad impensas nisi eo
sciente esset factum. Et secundum hoc videtur quod actio aque
pluuie arcende non competat contra vtrunqz. facit. ß. l. proxi. et
lege quãq. §. finali. Et sic summarius quem dedi inquantũ in-
nueret contra facientem in alieno posse aque pluuie arcẽde age-
re non procederet. Et hec procedunt quando sunt tria predia di
uersorum dominorum & ex ordine secundum est inferius primo
et tertium inferius secundo. & opus fit in primo vt dixi. posset
etiam intelligi quod est vnum predium ex parte superiori vnius
domini magne latitupinis & ex parte inferiori intra latitudinẽ
sunt tria predia diuersorum dominorum. & dicitur quod si infe
rior dominus vltimi predij fecit opus in primo hoc est proximõ
ex parte superiori intra cuius latitudinem sunt alia quod tunc
agi potest vel cum isto proximo domino: vel cum isto vltimo. et
intellige per rationes de quibus proxime dixi. & secunduz hunc
intellectum procedit gloss. que dicit primo id est proximo. ¶ In
glossa super verbo cum tertio. ibi de fideiusso. §. primo. Solue
quod ibi vnus tenebatur principaliter alter accessorie. ideo prius
debet excuti principalis quam ipse accessorius. vt in autentica
presente. C. de fideiusso. hic autem vterqz tenebatur principali-
ter. ¶ In eadem gloss. in. §. in duo. Solue quod ibi non erat in
culpa ille vltimus. vt ibi nota: ideo contra eum agi non potest.
hic sic: ideo secus. ¶ Extra gloss. tangit hic Bartol. qui proprie
dicantur vicini vel proximiores vicini: siue agatur de iure rei: si-
ue de iure persone. de quo dic vt hic per eum. cuius verba sunt
notanda propter statuta que sepius faciunt mentionem de vici
nis vel proximioribus vicinis. & adde quid si statutũ dicat quod
duplicetur pena si quis iniuriatus fuerit alteri iuxta domũ per
tot pedes an habebit locuz pena statuti si fuerit facta iniuria ex
parte posteriore domus infra terminum de quo in statuto. nam
videretur qđ sic. argu. c. statutum. §. primo. de rescript. in. vj. vbi
dieta cõputatur vndiqz a fine diocesis. Sed contrariũ hic tenet
1 Bal. †quia statutum est odiosum & penale: & sic dz restringi. ar.
l. si preses. & l. si de interpretatione. ĵ. de penis. & de reg. iuris. ca.
in penis. lib. vj. & ideo debet intelligi quando fieret ex parte an
teriori domus que est pars nobilior. Et sic videtur attendenda
arg. l. cum in diuersis. ß. de religio. Et pro hoc etiam facit quia
in simili Bartolus hic dicit illaz partem debere inspici in discer
nendo in ciuitatem respectu psone: licet secus respectu iuris rea
lis. Et per hoc non obst. d. c. statutum. quia non loquitur in ma-
teria penali

Si ex plurium. Si plures sunt domini fundi cui
opus nocere possit agit quilibet
pro parte. similiter si plures sint domini loci in quo opus factuz
est quilbet pro parte conuenitur. & si propter opus factum in pro
prio fundo nocetur communi vel econtra agi põt actione aque
pluuie arcende. hoc dicit. ¶ In glo. super verbo condemnatio.
ibi vel refert. hec bona iuncta precedenti de quo latius in cõtra
rio. ¶ In eadem glo. ibi. l. in stipulationibus. sed dic qđ illa po-
tius concordat cum eo quod est. ß. dictum quia opera est indiui-
sibilis nisi veniamus ad estimationem. de quo plene in. l. stipu-
lationes non diuiduntur. ĵ. de verbo. oblig. ¶ In glo. super ver-
bo agendi. ibi. l. & si inter. sed certe illa. l. non probat de actione
communi diuidundo: sed de negatoria. vt ibi nota. vnde hec gl.
videtur notabilis qđ quando damnum datur ex re communi in
re propria alterius sociorum ex culpa in faciẽdo commissa qđ te
netur communi diuidundo. facit ad nota. in. l. damni. §. cum pa-
rietem. ß. titu. primo. ¶ In eadem glo. in fine. Sed solue qđ ibi
loquitur quando vnum remedium erat ordinarium & aliud ex-
traordinarium & subsidiarium. ideo per ordinarium excluditur
extraordinarium. sed hic loquitur in actione aque pluuie arcen
de que non est remedium extraordinarium & subsidiarium. imo
est ordinarium & concurrit cum alio. l. j. §. item sciendum. ß. eo.

a **Si quis prius.** Hec actio est personalis[a] in rem
scripta. ideo transit ad singularez
2 successorem. hoc dicit. ¶ †Nota qđ licet actio mere personalis
non transeat ad successorem singularem sine cessione: tamen secus
est quando est personalis in rem scripta. ¶ Extra glo. tetigit hic
Bar. plene an & quando ius agendi transeat ad singularem suc
cessorem & sic actiue vel contra singularem successorem: & sic pas-
siue. de quo etiam tetigit hic glo. in verbo transiuit. et similiter
tetigit de officio iudicis. et similiter de iure excipiendi an transe-
rat ad singularem successorem vel contra singularem successorem
de quibus dic vt hic per eum. et de quo etiam tetigit glo. in lege
etiaz. supra de iureiurando. & in lege secunda. §. illud. infra quo-
rum legatorum. & adde dictis suis primo inquantum vult quod
vbi post contractum et ante traditionem incipit competere ius
quod illud transeat in singularem successorem si non venditur
corpus sed nomen per legem si insolutum. C. de actionibus & ob
ligationibus. Nam hoc non videtur verum quando vendit̃ he
reditas et ex facto heredis queritur hypotheca vel fideiussio. per
legem si heres pecuniam. infra ad trebellianum. et not. gloss. in
lege emptor. C. de hereditate vel actione vendita. nisi forte dicas
illud hodie correctum per legem secundã. C. per quas personas
que vult quod vbicunqz transit personalis sine cessione transeat
accessoria obligatio pignoris vel fideiussoris. ¶ Aduerte tamẽ
quia quod dixi de fideiussore forte non procedit: quia quod dici
tur in dicta lege secunda. C. per quas personas. non intelligitur
de fideiussore. sed solum de hypotheca vel de pignore. & cum agi
tur de correctione non videtur fienda extensio etiam ex identi-
tate ratiõis per notata in aut. quas actiones. C. de sacrosanctis
ecclesijs. ¶ Item si velles tenere quod etiam in pignore non cor
rigatur. quod dicit glo. in dicta lege emptor posses dicere quod
non obst. d. l. secunda. quia loquitur in casu speciali quando mu
tuat quis pecuniam nomine alieno. quo casu sicut queritur actio
principalis sine cessiõe: sic et obligatio accessoria pignorum: ideo
secus in alijs casibus in quibus non reperitur facta correctio: &
presertim quia in mutuo multa sunt specialia de quibus in. l. sin
gularia. ß. si cer. pet. & quia ex identitate rationis in materia cor
3 rectoria non debet fieri exteno. vt supra dixi. ¶ † Item adde qđ
vbicunqz in iure fit mentio simpliciter de successore intelligitur
de successore vniuersali & non de singulari. vt probat̃ in. l. si quis
ex argentarijs. §. primo. iuncta. l. quedam. §. is autem. supra de
4 eden. ¶ †Item adde inquantum tangit an ius excipiendi trãs-
eat contra singularem successorem. et concludit quod si est merũ
ius excipiendi & est psonale quod tunc non transit contra succes-
sorem ex causa onerosa: sed ex causa lucratiua sic. & p hoc vltimũ
videretur quod exceptio excommunicationis vel banni que ob
stat contra cedentem obstaret etiam contra cessionarium ex cã
lucratiua. & hoc idem videtur ipse Bart. velle in. l. apud cellsum
§. de autoris. & §. si cum legitima. ĵ. de doli excep. Sed contrariũ
voluit Jo. an. in nouel. in. c. j. de iure pat. in vj. super glos. et hoc
videtur verius vt plene tetigi in. l. doli exceptio. ĵ. de noua. vbi
circa hanc materiam consideraui aliquos casus ex quibus appa
ret intellectus tex. & glo. in. d. §. de autoris. & §. si cum legitima.
nam interdũ est exceptio que concernit mere personam. vt exce
ptio banni & excommunicationis. & in hac procedit opinio Jo.
andree

andree. interdum est exceptio que cõpetit propter dolũ commissum in preambulo actionis querende: et tunc procedit distinctio inter causam lucratiuam et non lucratiuam vt patet ex gloss. preallega. interdum est exceptio que committetur propter dolũ cõmissum in actione querenda: et hec videtur obstare etiam habenti causam onerosam per not. in dicto. §. de autoris. et §. si cũ legitima.

Officium. Destructio operis pertinet ad iudicis officium et damnum contingens post litem contesta. venit in hoc iudicio: non illud qđ ante contingit. hoc dicit. ¶ No. quod ad officiũ iudicis plus spectat quod contingit post litem contesta. quam ante. de quo in. l. ediles. §. item sciendum. s. de edil. edic.

Celsus scribit. Qui fecit opus in suo ppter quod aqua vicino nocere potest tenet ad destructionem operis sua impẽsa. si vero factum sit inscio domino tenetur dñs ad solam patiẽtiã demolitionis. et si seruus opus fecerit tenetur dominus noxaliter. sinautem ille fecit cui successi perinde est ac si ego fecissem. et in hac actione fit estimatio damni secundũ veritatem et non secundum fictionẽ. h. d. ¶ Extra glos. tangit Bar. hic si agitur contra illũ qui solum tenetur ad patiẽtiam et lite pendente contingat damnum an poterit condẽnari ad dandũ. et in effectu concludit qđ sic qꝛ videtur esse in culpa litigando. argu. l. si finita. §. eleganter. cum ibi not. s. tit. j. qđ verum videtur nisi habuisset iustam causam litigandi. arg. l. illud. s. de peti. here. si tamen non curaret actor illum condemnari ad dandum satis videt qđ remaneat sibi actio per interdictũ qđ vi aut clam contra facientem per no. s. §. proxi. Quid autẽ si fuerit condemnatus in casu predicto instante actore ad dictum damnũ an poterit condẽnatus recuperare ab illo qui fecit opus. videret qđ non ex quo propter culpã suã cõdemnat. in contrariũ facit qꝛ hoc nõ obstante liberat illũ qui fecit qui erat ad hoc principaliter obligatus: et sic vtiliter gessit eius negotiũ. ergo debet posse repetere. argu. l. soluendo. s. de nego. gest. et hec pars videt verior per. l. missi opinatores. C. de exac. tribu. lib. x. vbi in simili videt de hoc casus. Nam ibi in simili dicitur qđ vbi officialis propter culpam suã cõdẽnat ad soluendũ qđ alius debet nihilominus poterit repetere ab eo. Et propter illã. l. dixit spe. valde no. in ti. de expẽsis. §. postremo. qđ si iudex in syndicatu fuit condemnatus ad reficiẽdum parti expẽsas litis qꝛ negligens fuerat in condẽnatione super illis fienda per. l. properandum. §. sinautem alterutra. C. de iudi. qđ tunc poterit petere dictas expensas ab illo qui debuit cõdemnari. Sed forte illud dictum non procedit qꝛ expẽse litis de iure cõmuni veniunt solum officio iudicis qđ expirat lata sentẽtia. l. iiij. C. deposi. et l. terminato. C. de fructi. et lit. expen. Et sic ex quo pars non fuit condẽnata in diffinitiua ad expẽsas nullo modo potest dici obligata ad illas: ergo iudex soluẽs illas nõ potest dici gerere vtiliter negotium illius: imo inutiliter. et sic nõ debet posse repetere. Non obst. d. l. missi opinatores. qꝛ ibi soluebat illud ad quod quis erat obligatus iure actionis. et sic vtiliter ibi gerebat negotiũ alterius. hic secus. posset tamẽ saluari Specu. si forte ex forma statuti possent peti expense litis etiã post sententiã dato qđ de eis nulla esset facta condemnatio. facit qđ no. glos. in l. iij. §. si rem. de lega. iij.

Si cum quo. Qui conuenitur ex suo facto nõ liberat cedendo rei: secꝰ si ex alieno. h. d. ¶ No. arg. ex hac. l. ad questionẽ an vasallus vel emphyteota liberet a pensione vel a fidelitate si velit cedere rei emphyteote vel feudali. nã videret qđ nõ per tex. istũ de quo hic per Dy. et Bar. et de hoc etiam per gl. no. et singularem in vsibus feudo. de capi. qui cur. vendi. et gloss. ibi in vasallo distinguit an feudũ fuerit simpliciter cõcessum: an vero ad certum et determinatũ seruitiũ. vt in primo casu possit renunciare: in secũdo nõ. Et que sit ratio diuersitatis multũ instat ibi gl. et Jac. de bel. et finaliter videntur velle qđ qñ est simpliciter datũ solũ est obligatus ex iuramento vasallus ad fidelitatẽ de qua in c. j. de noua forma fide. et in rubrica de for. fideli. qđ iuramentum de iure ciuili non producit actionem ex quo non est litis decisorium. vt habet in. l. si quis pro eo. et ibi no. j. de fideius. vnde tunc solũ imponit pena vasallo transgredienti iuramentũ perditionis feudi in. c. j. in quibus cau. feu. amit. et in. c. j. que fuit prima cau. benefi. amit. Sed vbi est datum ad certum seruitiũ competit certi condictio ex stipulatione si interuenit: vel saltem verbis ex pacto incontinenti apposito: ideo non licet discedere ab ipsa obligatione per. l. sicut. C. de actio. et obliga. Et hanc opi. sequitur etiam Joã. an. in addi. Specu. in titu. de loca. §. nunc aliqua. ver. xxviij. et Jo. calde. in addi. suis super. c. que in ecclesiarum. extra de consti. vbi aliquid per glo. et Joã. and. super ea. ¶ Et adde dictis Barto. hic inquantum dicit qđ si quis vult renunciare predio ne soluat censum vel tributum quod non potest ex quo onus est certum. secus si incertum vt collectarum. Nam Joã. an. in dicta addi. tenuit contrarium scꝫ qđ propter tributũ et censum possit renũciare qꝛ illud videt onus reale per. l. imperatores. j. de publica. ergo debet sufficere quod quis cedat rei p. l. et si forte. §. etiã. s. si serui. vendi. Et ibi etiam glo. nota. tangit quid iuris quãdo quis tenetur actione personali: sed noxali. de qua non tetigit hic Barto. sed pro Bar. videtur casus in. l. quicunqꝫ. C. de fun. patr. lib. xj. iuncto eo quod not. glo. in. l. j. eodem titu. et lib. Sed potes sic dicere quod quedam est obligatio realis ex eo quia sequitur possessorem: tamen trahit originem ab obligatione personali voluntarie cõtracta. vt est videre in accipiente in emphyteosim tũc fiscalem pro certa mercede. de quo casu loquitur. d. l. quicunqꝫ. et glo. d. l. j. et tunc procedat opiñ. Barto. Interdum est onus reale impositũ a principio per superiorem. vt in censu et tributo. et tunc procedat opi. Jo. and. et ex hoc patet qđ in censu et tributo Bar. non bene dixit. nec etiã dum simpliciter dixit quod vbi onus est certum non licet cedere rei.

Summarium.

1 Consensus in actu requisitus et sequi et precedere potest.
2 Consensus non sufficit maioris partis in iure pluribus cõmuni vt singulis.
3 Nobilis cui ius percipiendi vectigal concedit an possit illud alteri concedere.
4 Judex an possit decretum interponere super liberatione generali minoris.
5 Pretor dictio quid significet.

In concedendo. In cõcedẽdo ius in aliqua reqrit omniũ consensus ad quos pertinet res: vel pertinere speratur ex causa de preterito. hoc dicit cum. ñ. seq. vsqꝫ ad §. si flumen. ¶ †Nota qđ vbi requiritur consensus in aliquo actu
1 potest sequi cõsensus et precedere. Quid autem de autoritate iussu decreto vel licentia tetigit hic Barto. et in. l. si quis mihi bona. §. iussum. j. de acquiren. heredi. et Innocen. in. c. cum consuetudine. extra de consue. et in. c. j. extra de reb. eccle. non alie. in. vj. et ali-
2 quid in. c. prudentia. in princip. de officio delega. ¶ †Item nota quod in iure communi pluribus vt singulis non sufficit consensus maioris partis: secus si sit commune pluribus vt vniuersis. l. quod maior. cum ibi not. j. ad municipa. et per glo. not. in. c. cum omnes. extra de constitu. et ibi etiam per Innocen. et Joan. and. ¶ In gloss. super verbo voluerit. ibi. §. quod ait. Solu. quod ibi voluit eo tempore quo velle non poterat. hic secus. ¶ In eadem glo. ibi. l. fina. §. penul. Sed dic quod ibi loquitur in dispositione post mortẽ. in qua licet penitere. vt. s. de legatis primo. l. si mihi et tibi. §. in legatis. ¶ In eadem gloss. ibi. l. si iudex. Sed ibi erat fauor minoris. ideo potest renunciare. argumen. l. si quis in conscribendo. C. de pac. et de materia in. c. quod semel placuit. de regu. iur. in sexto. ¶ In glo. prima. l. sinautem. Sol. quod in contrarijs erat quid commune pluribus vt vniuersis: hic vt singulis. vt tetigi in notabilibus. ¶ In glo. super verbo nihil interest. ibi. §. tutor. Solu. quod aliud est vbi in actu requiritur iussus vel autoritas quod iussus debet precedere et similiter autoritas. vel saltem autoritas sequi incontinẽti et non ex interuallo. aliud vbi requiritur consensus simpliciter non per moduꝫ autoritatis vel iussus: quia tunc potest sequi etiam ex interuallo. vt tetigi etiam in notabilibus. ¶ In eadem gloss. in fine. Sol. quod illud quod a principio non valet solo tractu temporis non firmatur. sed alio interueniente. puta consensu sic. vt hic. de quo etiam not. in contrario: et in. l. per fundum. s. de serui. rusti. predio. et per Dy. in regula non firma. de regu. iur. in sexto. ¶ Extra gloss. adde dictis Barto. que tangit in. l. in diem. circa contrarium. l. j. §. penulti. j. de ven. inspi. et dicit quod ibi loquitur in actu iudiciali: ideo sufficit requiri proximiorem. nec est necesse requirere vlteriorem ad quem secundo loco aliquo casu potest res reuerti. Sed hic in contractibus in quibus requiritur consensus etiã vlterioris ad quẽ potest res reuerti. Nam hec solu. non videtur bona quia in. d. §. penul. videtur loqui etiam de actu extraiudiciali: quia de denunciatione que etiã extra iudicium potest fieri: etiam sine aliqua autoritate iudicis. facit qđ habetur in. l. denunciasse. infra de adulterijs. et quod no. in lege non solum. §. morte. supra de operis noui nuntiacione. Ideo forte potest aliter dici quod interdum sumus in actu in quo sufficit denunciare vel protestari: et tunc sufficit quod talis denunciatio vel protestatio fieret proximiori. Et ita loquitur ibi. Et per hoc videtur quod similiter in actu iudiciali in quo sufficit requirere partem seu citare proximiorem. Interdum vero sumus in actu in quo requiritur consensus. et tunc ad hoc vt actus habeat perpetuã subsistentiã nedum exigitur cõsensus proximioris: sed etiam vlterioris ad quem res potest reuerti. et ita loquitur hec lex. et sit ratio diuersitatis quia hoc secũdo casu lex in plus astringit ꝙ in primo. ideo cautius agi debet.
3 argu. l. sed et si quis. §. j. supra ad carbonianũ. ¶ †Item adde inquantũ tangit an si nobili concessum fuit ius percipiendi vectigal an poterit alteri concedere sine cõsensu concedentis. Nec de-

ddit nam videtur dicẽdum quod si velit ius transferre in alium non possit per hanc legem. sed si velit commoditatem percipiendi alteri concedere videtur quod possit ad instar fructuarij per nota. insti. de vsufruc. §. j. ⁊ in. l. necessario. §. j. de peric. ⁊ commo. rei vendi. Item his que dicit in. l. sinautem. adde primo quia dixit Inno. in. c. j. de rebus eccle. nõ alie. in. vj. quod decretum semper debet precedere in actu vbi de iure exigitur: vt in alienatione rei minoris. ⁊ dicit etiam quia est sententia necessario debet fieri in scriptis per. l. ij. C. de senten. ex peric. reci. secus dicit in autoritate que potest etiam sequi dummodo incontinenti ⁊ etiam sine scriptis per not. in. l. obligari. §. fina. ff. de auto. tuto. ⁊ facit quod not. glo. in. l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acqui. heredi. Sed forte cum decretum videatur sententia interlocutoria per no. in l. presenti. C. de his qui ad eccle. confu. non est necesse qd feratur in scriptis licet apud acta redigi debet in scripturam per tabel-
4 lionem vt no. per glo. ⁊ docto. in. l. ij. ff. de appel. † An autem possit iudex interponere decretum super liberatione minoris generali ab omni eo quod petere posset ex quacunq; causa videtur qd non cum non debeat interponi super incerto. alias videtur nullum. vt est tex. cum glos. in. l. item eorum. §. si decuriones. ff. quod cuiusq; vniuersi. nomine. Item quia talis liberatio appellatur liberatio captiosa ex qua de facili quis potest decipi. l. aquiliane. ⁊. l. cum aquiliana. ff. de transactio. vnde etiam ibi notabiliter dixit Barto. qd non potest quis cogere alium ad talem liberationem faciendam. Nec etiam arbitrator potest decernere seu precipere illam fieri nisi expresse sit ei data potestas. ⁊ pro hoc facit. l. iij. §. contrarium. ff. de contra. iudi. tute. ⁊ ideo talis liberatio de iure communi non videretur valere etiam si cum autoritate administratoris ⁊ decreto iudicis esset facta. saluo nisi interuenisset iuramentum quia tunc videretur valere. vt est glos. que allegatur pro singulari in dicto. §. contrarium. ¶ Item adde inquantum dicit qd sufficit consensum superuenire. limitat Inno. in. d. c. consuetudinis procedere quando ab initio actus est aliquis: vel si est nullus non ex toto est nullus. exemplum de primo in. c. quod sicut. extra de elec. exemplum de secundo in. l. per fundum. de serui. rusti. predio. secus si actus a principio sit omnino nullus quia tunc non prodest sequens consensus. vt in. c. auditis de elec. Sed hoc vltimum limita verius nisi actus esset omnino nullus ex mero fauore consentientis quia tunc posset saltem de equitate vt ex nunc conualidari. vt in. l. filio preterito. ff. de iniu. testa. ⁊ not. per Bar. in. l. prima. in prin. ff. de leg. iij. ⁊ facit quod not. Innocen. in. c. j. de eo qui duxit in matrimo.

Si flumen. Pretor non potest concedere aquã fluminis nauigabilis. hoc dicit. ¶ Not. ex
5 tex. iuncta gloss. † de hac dictione pretor que potest sumi late pro quolibet qui alijs prefertur. ⁊ stricte pro certo officio. de quo in l. prima per totum. ff. de offi. preto.

a ¶ Cassius. Adde Lu. roma. cõsi. cccxxvij. vbi not. loquitur, et And. barba. hic i ad di. ad bartolum.

Summarium.

1 Pons ligneus venit appellatione arcus.
2 Socius non faciens opus non ad impensam sed ad patientiam potest conueniri.
3 Libello vno agere possunt omnes quibus ex eodem facto competit ius.
4 Dictio vel/multis capitur modis.

Supra iter. Hec lex vsq; ad versi. sed pontẽ habet duas lecturas principales. vna est quod loquatur quãdo supra iter alienum hoc est supra locum itineris deputatum ad seruitutẽ itinerandi fiebat opus. Et hec tangitur in glo. vsq; ad glo. in verbo extruet. in ver. alij. Secunda lectu. principalis est quod hic loquatur quando supra iter alienum hoc est supra locum itineris deputatum ad aquam ducendam fiebat opus ⁊ hec tangitur in d. ver. alij exponunt. Et secundum hanc secundã illa verba aque ducende causa non debent referri ad proximum verbum arcus. sed ad preambulum verbum alienum. sed secundam primã respicit verbum arcus. Item quelibet istarum subdiuiditur in duas. vna est quod in ver. nec iure prosequatur casum in eadem persona ⁊ sit sensus quod non debet facere opus de quo in litera dicit. ⁊ si fecerit non debet ibi remanere. Et istud maxime sensit hic in glo. in verbo nec is. Alia lectu. est qd primo loquatur in vna persona. secundo in alia in ver. nec iure. Et istam sequitur hic Bar. secundum quam ponit triplicem intellectum in lege. de quo hic per eum. Sed precedens lecta. videtur magis de mente litere scilicet quod de eadem persona loquat etiam in ver. nec iure. ¶ Et secundum intellectum litere magis amicabilem hoc intẽdit. Habenti seruitutem itineris in fundo alieno si contingat viam destrui propter aquam non est licitum facere arcum lapidem causa ducende aque extra viam super quo ire possit: sed pontem de ligno facere potest. habenti autem seruitutem aque ducende non est licitum facere fossam in riuo. hoc dicit. ¶ In glos. ij. ibi vel verius Barto. dixit quod melius dixisset nec ab eo cui debetur. Et dum subdit seruitus itineris: melius dixisset seruitus aque ducende. nam secundum eum hic est casus qui ponitur in versi. nec iure. Et sic in effectu vult quod super locum in quo debetur seruitus itineris non est licitum domino proprietatis inuito eo cui debetur dicta seruitus facere arcum lapideum. Et hoc est quod vult principium. Et similiter non licet facere arcum lapideum causa ducende aque super eum. Et similiter non esset licitum alteri cui dominus concessit seruitutem aque ducẽde. vt in ver. nec iure secundum vnum intellectum. ⁊ ratio secũdum eum est quia incommodaretur vsus itineris. Si autem vellet dominus facere pontem de ligno causa ducendi aquam vel ille cui dominus concessisset seruitutem aque ducende: multominus posset quia multo plus posset incommodari iter propter aquam que posset interdum cadere. Si autem alicui debeatur seruitus aque ducẽde supra talem locum non poterit facere dominus arcum lapideum causa ducendi aquam quia incommodaretur vsus aque ⁊ impediretue forte purgatio riuini. Et similiter nõ erit licitum alteri facere arcum lapideum cui dominus concessisset seruitutẽ aque ducende. Et propter predicta etiam non posset facere arcũ lapideum causa eundi sed pontem ligatum poterit dominus facere causa eundi. ⁊ etiam secundum Barto. causa ducendi aquã quia non sic incommodatur purgatio riui ⁊ hec etiam colliguntur ex tex. isto secundum alium intellectum. Sed plus placet intellectus secundum quem summaui de quo infra in gloss. super verbo extruet. ⁊ sit ratio diuersitatis qr ille cui debetur seruitus itineris non potest facere arcum lapideum causa transeundi. sed ligneum sic: quia per lapideum magis incõmodatur causa pro-
1 prietatis. ¶ † Et nota quod in dubio appellatione arcus continetur pons ligneus. quod intellige nisi communis vsus loquendi in loco aliter se haberet. argu. l. librorũ. §. quod tamen cassius. infra de lega. iij. Et per predicta habes effectum lectu. quas Bartolus ponit hic. ¶ In gloss. super verbo nec is. in fin. alias super ver. debetur. intellige glos. quando opus esset factum ignorante eo de cuius preiudicio agitur. sed eo sciente ⁊ aliter non consentiente non posset petere destruere opus. sed forte posset agere ad interesse. l. sabinus. ff. communi diuidundo. ¶ In glo. super verbo specus ibi: tu dic. aduerte quia Barto. transit cum hac glossa sed glo. in. d. l. j. §. fi. cum. l. seq. dat ibi regulam oppositam scilicet quod potest facere de cooperto apertum ⁊ econtra nisi in constituenda seruitute aliud sit actum. vel nisi dominus maius damnum patiatur. et cum illa glossa etiam transit ibi possent forte sic concordari quia si velit facere de aperto riuo coopertum hoc non liceat regulariter per. l. labeo. ff. de riuis. nam eoipso dominus videtur habere incommoditatem qr non potest ibi mittere animalia ad bibendum: vel facere ibi aliquid saluari. sed vbi de cooperto velit facere apertum forte stabit regula affirmatiua.

a **Cassius.** [a] Hac actione potest vnus ex pluribus agere cũ vno ex pluribus: vel cum singulis separatim. vel singuli cum singulis ⁊ vnius solutione aliorum actio perimitur. hoc dicit.

2 **Apud ferocem.** † Ille socius qui non fecit opus conuenitur ad patientiam tantum: non ad impensam. hoc dicit. ¶ Et nota qd in. §. precedenti omnes fecerant opus vel saltem de voluntate omnium erat factum. hic secus. ¶ Nota quod nõ est equum quod quis possit cogi ad solutionem ex eo quia post solutionem possit ab alio repetere. ⁊ est ratio quia possibile esset qd alter non esset soluendo: et quia interest nostra potius non soluere quam solutum repetere. facit. l. iij. ff. de compen. vbi autem quis habet actionem aut aliquam solutionem bene est equũ quod teneatur saltem ex eo quia actionem habet: tamen si solum ex eo tenetur quia actionem habet liberabitur cedẽdo actionem. l. quod debetur. ff. de pecu. ⁊ facit. l. fi. ff. de admi. tuto. ¶ In glos. super verbo quoniam communi. ibi pro iusta estimatione. ⁊ sic solum dicit qd liberatur quis cedendo actionem quando tenetur solum ex eo quia actionem habet ante aliquam solutionem factam. Sed hic dicitur quod vbi solum post solutionem quis est habiturus actionem contra aliũ ex hoc solo non debet teneri. ⁊ sic non obstat. ¶ In eadem gl. ibi. l. ⁊ ancillarum. §. fi. Solu. vt ibi not. quia in effectu non est sufficiens ratio quod quis debeat teneri ex eo quia post solutionem quis possit agere contra alium licet aliquando allegando aliter dicatur. vt hic patet. ⁊ in dicto. §. fi. ¶ In eadem gloss. ibi. l. si seruus. Solu. quod ibi erant plures equaliter obligati ad indiuiduum quo ad solutionem. ⁊ facit quod dicetur. ff. §. proxi. ⁊ ideo ibi agitur insolidum contra alium non ex eo quia vnus post solutionem possit habere regressum contra alium. ⁊ sic non obstat. ¶ In eadem glo. in fi. dic melius quod ibi nõ dicitur quod quis teneatur ex eo quod post solutionem possit contra alium agere: sed dicitur quod cessat extraordinarium remedium cautionis ex eo quia poterat quis sibi succurrere per remedium refectionis ⁊ recuperare sumptus a socio pro parte sua. ⁊ sic non obstat.

Officium.

Officium. Unus ex pluribus dominis siue agat: siue conuenıatur hac actione fit condemnatio tantum pro parte. hoc dicit. Et diuiditur in duas partes princi- pales: quia primo loquitur quando agitur contra vnum ex do- minis in quorum fundo est opus quod alteri noceat. Secundo loquitur quando econtra vnus dominorum predij cõmunis cui nocetur agit. Secunda ibi qđ si is. Prima subdiuiditur in tres. Nam primo allegat pro vna parte. Secũdo pro alia. Tertio sol- uit. Secunda ibi iam vero. Tertia ibi: magis. ¶ No. quod licet quando agitur ad destructionem operis dicatur agi ad indiui- duum. tamẽ si fieri habeat condẽnatio ad interesse propter opus non restitutum respectu ipsius interesse obligatio est diuidua.
3 facit quod no. gl. in. l. si tertius. §. j. ff. eodem. ¶ † Item no. quod vbi pluribus competit ius ex eodem facto possunt omnes vno li bello agere: vt ibi colligitur in ver. quod si is iuncta glo. in versi. vel singulos. facit quod habetur in aut. habita. ꝛ in corpore vn- de sumitur. C. de duo. re. ꝛ quod no. Bar. in. l. ij. ꝛ iij. ff. de duo. re. ꝛ in. l. si quis cum procuratorio. §. vnius. ff. de procura. Similiter ꝛ quando plures sunt obligati ex eodem facto possunt conueni- ri in eodem libello per not. in locis preallega. ꝛ in. l. iij. C. si re. vel ac. mor. fue. ꝛ ibi per Cy. ꝛ aliquid in. l. eo. C. si certum peta. secus si essent obligati ex diuersis factis separatis. per. l. hos accusare §. j. ff. de accu. iuncta. l. omnem. ff. de indi. ꝛ not. per Cy. in. d. l. iij. Et voluit etiam Spec. in tit. de lib. conce. §. si. ver. sed pone. ꝛ ver.
4 seq. ꝛ sequitur etiam hic Bal. in additionibus. ¶ † Ultimo not. qđ dictio vel quandoqꝫ non habet membra inter que alternetur. sed solum habet vnum mẽbrum ꝛ exponetur pro etiam: vt patet hic in glo. Quandoqꝫ exponitur pro saltem vt suadet ratio sub- iecte materie. l. si stipulatio. §. adhiberi. ff. de fideius. vbi autem ha beret membra quelibet nomina essent diuersa cum idem in effe- ctu etiam solueretur in expositiuam. i. per. l. j. cum ibi no. ff. titu. ff. ꝛ. l. iam dudum. C. vbi cau. fis. Tetigit hic Barto. quare aliud in causa noxali ꝛ aliud in aqua plu. arcen. ꝛ in effectu dicit: quia in primo casu posset sequi inconueniens. l. in executione. §. pro par- te. ff. de verbo. obli. secundo non. de quo latius hic per eũ. ¶ Sed adde quid erit in aqua pluuia si actum sit contra vnum ex domi- nis. ꝛ condemnatio facta pro parte ad interesse propter opus nõ restitutum. ꝛ demum agatur contra alium ꝛ ille restituat opus. dic quod redditur prima solutio indebita per not. in simili in. l. si. §. j. ff. de verbo. oblig. vel redit ad non causam vt ibi. ꝛ sic in di- uersis non reperietur facta solutio. ꝛ prima solutio erit etiam in pendenti secundum ibi notata. Item aduerte quia obstat ratio- ni sue in causa noxali: quia si illa attenditur videtur etiam quod ante lit. contest. debuisset idem dici quod post lit. contest. Cuius tamen contrarium est verum per no. in. l. si seruus communis. ff. de noxa. ꝛ in. l. si cum vno. ff. ex noxa. cau. aga. Potes soluere pri- mo quod si ante lit. contesta. vnus dominorum cedat parti sue et sic tũc nullum erit inconueniens vel nisi soluat integram estima- tionem. ꝛ prima solutio reddetur indebita vel non ad causam. ꝛ sic euitabitur etiam tunc dictum inconueniens. Sed hec sol. for- te non est tuta nec de mente dictarum legum. ideo potest dici secũ do quod. §. pro parte. locum habeat quando aliquid est in obli- gatione ex dispositione hominis. quo casu cum de mente partiũ fuerit in vna re fieri solutionem: tunc esset absurdum si fieret in pluribus: vt ibi dicit. Sed hic loquimur quando aliquid est in obligatione ex dispositione legis. quo casu mitius agitur. argu. l. celsus. ff. de arbi. ꝛ ideo si non est quid imputetur parti tolerat dictum inconueniens ne aliud maius sequatur videlicet qđ ser- uus delinquendo obliget dominum ignorantem vltra estima- tionem serui. argu. l. quoties. ad ff. tit. ff. de reg. iur. secus vbi pos- set aliquid parti imputari vt est quando litem contestatur: quia tunc propter eius culpam lex vult euitare dictum inconueniens. ꝛ ita intelligatur. d. l. si seruus.

Si ex priuato. Not. qđ quis potest cogi precise ad destructionem operis. ꝛ hoc indicat dictio omni modo. arg. l. si cum exceptione. §. quatenus. ff. quod metus causa. facit quod no. in. l. vicinus. ff. eo. ꝛ est ratio: qꝛ istud factum est in obligatione ex dispositione legis. secus quando est in obligatione ex dispositione hominis. l. si quis ab alio. §. fin. ff. de re iudic. de quo plene in. l. stipulationes non diuiduntur. ff. de verborum obligationibus.

Summarium.

1 ¶ Successor particularis venit appellatione successoris.
2 Mora est actori nocina.

a **Emptor.** [a] Hec actio est in rem scripta ideo da tur contra singularem successorẽ non simulatum. hoc dicit. ¶ † No. argu. quod appellatio- ne successoris contineatur etiam successor particula-
1 ris. Sed istud est ex eo: quia clausula generalis subijcitur post cer tam speciem singularis successor ideo similia comprehendit: vt in. c. sedes. de rescri. alias in dubio nisi ex circunstãtijs appareat appellatione successoris intelligitur de vniuersali: vt. l. quedam §. is autem. ff. de eden. ꝛ dixi in. l. si tertius. §. si quis prius. ff. eod.
2 ¶ † Item not. quod mora nocet actori. facit. c. mora. de regu. iur. in. vj. tamen quantum ad text. forte subaudiendum est maxime cum preponderare videatur dolus facientis. argu. l. si obstetrix. ff. ad. l. aquil. ¶ In gloss. prima in fine. Aduerte quia vt ibi teti- git gloss. in. l. nuda. simulata venditio potest dupliciter fieri. Et hoc intelligitur quando ex toto est simulata. secus si vere fuisset donatio licet simulate esset facta quod scriberetur venditio. per ea que habentur hic. in fi. Et ex hoc no. quod vbi fit mentio de si- mulata venditiõe in dubio intelligitur de omnino simulata. Et sic facit qđ si statuto cauetur quod de omni contractu debeat sol- ui gabella preterquam de venditione simulata intelligetur de omnino simulata. An autem contra singularem emptorem pos- sit agi hac actione videtur quod non per istum tex. ꝛ sensit Bar. ff. eo. l. si post venditionem. Contrarium hic tenet ex eo quia non poterit allegare turpitudinem suam argu. l. si creditoribus. C. de ser. ma. pig. da. Sed certe hoc videtur hanc literam violare. vnde forte potes dicere quod venditio fuit simulata ex causa hone- sta forte propter credulitatem tyranni ne vsurparet: quia tunc non allegatur turpitudo: vt notat Bart. in simili in. l. post con- tractum. ff. de dona. vel dic quod hic non se fundat principaliter ex turpitudine. sed ex eo quia dicit se non dominum. ꝛ sic contra eum dari non debet. l. apud. §. penul. ff. eodem. et facit quod not. in. l. iusiurandum. §. procurator. ff. de iureiurando. precedens ta- men videtur tutior. Et tene singula menti quod sicut ex simulata venditione non trãsfertur dominium sic nec possessio: vt hic no. Barto. tetigit.

Summarium.

1 ¶ Actio de dolo omnem dolum purgare dicitur.
2 Actio ad damna preterita ꝛ non ad futura datur.
3 Condemnatio ex eadem instantia non fit pro eo quod post litis contestationem contingit.

theius ait. ¶ Pro damno preterito in fra annum potest agi inter- dicto quod vi aut clam: post annum vero actione in factum ex edicto de alienatione iudicij mutãdi causa facta. hoc dicit secundũ tertiam lecturam. ꝛ premitte qđ sunt tres lecture in glossa vna quod loquatur in dolo adhibito in facien- do annum labi. Secunda in dolo adhibito in faciendo opus no citorium construi. Tertio in dolo adhibito in alienando gratia immutandi iudicij. ꝛ hec vltima planior. ¶ In glo. super ver. de dolo. ibi. l. non est Barto. hic sequitur hanc primam lecturam. et declarat ipsam exemplificãdo sed mihi nõ placet: quia si propter dolum cõmissum vt finiatur actio cõpetit restitutio in integrũ: ꝛ per consequens non oritur actio de dolo propter talem dolum tempore doli commissi non videtur quod postea possit oriri si sit negligens in restitutione petẽda. ꝛ quia ex quo competebat sibi restitutio imputet sibi quare est negligens in illa. Non ob. quod no. in. l. pomponius. cum seq. quia debet intelligi: vt ibi not. Jo. Et hoc videtur sequi Bart. ibi licet hic aliter dicat. Nec videtur bona sua responsio quod hic non agatur de dolo commisso tem- pore contractus: quia sicut actio alia que nascitur propter dolũ commissum in contractu excludit actionem de dolo. ꝛ licet illa actio que nascitur sit temporalis imputatur negligẽti. Et ita eo- dem modo si dolus sit commissus in faciendo finiri tẽpus actio- nis: tunc si propter talem dolum competat restitutio nõ videtur quod amplius competat de dolo licet sit negligens in restitutio- ne petenda. Reliqua dic vt hic per Bart. Et adde quia videtur quod alia actio hic competat scilicet vtilis actio aque pluuie ar- cende vel directa vtiliter contra eum qui dolo desijt possidere ad instar eius quod dicitur de rei vendicatione. super rubrica. de rei vendi. vt dictum fuit. ff. eo. l. si tertius. §. si quis prius. Et sic vide- tur quod omnino debeat excludi actio de dolo posses dicere qđ il la non durat post annum. vel secundo ibi loquitur quãdo actio datur contra aliquem solum ex eo quia est possessor. Et ideo pro pter dolum tunc habetur pro possessore. Sed hic datur cõtra ali- quem ex eo quia dominus non simpliciter quia possessor. l. apud §. penul. ff. e. Et ideo licet haberetur pro possessore non posset da- ri. Et licet etiam posset forte dici quod Barto. in. d. §. idem pom ponius. ꝛ seq. propter id quod ibi tangit. in fi. videatur velle idẽ quod hic. tamen nec hic nec ibi videtur bene dicere. Nec etiã glos. quo ad hoc: quia si committitur dolus vt finiatur actio tempore certum est quod tunc tempore doli commissi non oritur actio de dolo sed restitutio in integrum. Item tẽpore quo perditur post- ea restitutio propter negligentiam non committitur dolus. ergo non potest tunc nasci actio de dolo nec etiã dari ex preterito dolo

a ¶ Emptor. adde quod Ange. in. l. si donatiõe C. de rela. ꝛ i. l. j. §. si vir. ꝛ ibi Alex. de acq. her. reputãt istũ text. sing. in sua mate- ria.

ex quo a principio tunc nata non fuit. arg. l. quod initio. ff. de reg. iur. Nec ob. iste text. quia exponi debet dolo. i. restitutiõe in inte. nomine doli: vt hic glo. tetigit in ver. tu vero. vel exponi debet in factum. nomine doli: vt in vlti. sol. Nec ob. §. idem pomponius. quia in hoc non contradicit si bene aduertatur. Et adde etiam quia vult qd remedium quod vi aut clam & actio de dolo est spe-
1 ciale. †Nam potius videtur cõtra: quia actio de dolo purget omnem dolum commissum vi aut clam faciendo opus. facit qd no. glos. in. l. ij. C. de dolo. & in. l. si cum exceptione. §. eum qui. ff. quod metus cau. Nec ob. predictis. l. j. §. j. ff. titu. ij. quia ibi dicitur qd interdictum quod vi aut clam est generale respectu nũciationis noui operis. sed non dicitur quod sit generale respectu actionis de dolo. Contra predicta tamen facit: quia interdictum quod vi aut clam datur etiam interdum contra non dolosum: quia contra illum qui debuit suspicari licet non fuerit suspicatus. l. iij. §. fin. cum. l. seq. ff. quod vi aut clam. & sic videtur quod etiam interdum detur eo casu quo non habet locum actio de dolo. propter hoc dixit Bart. in. d. l. ij. C. de dolo. qd interdictum quod vi aut clam concurrit cum actione de dolo. Et sic contradicit sibi in eo quod hic tenet. & pro illo dicto facit: quia sicut nõ concurrit cum actione ex empto vel restituti. in integ. que competit etiam interdum ratione doli. interdum autem nõ ratione doli sed alterius deceptionis. ita videtur qd non concurrat cum alio interdicto. Sed pro eo qd hic dicit facit quia actio de dolo cõcurrit cũ actione quod metus causa. l. eum qui. §. j. ff. quod me. causa. & actio qd me. cau. concurrit cum interdicto quod vi aut clam. l. metum. la iij. ff. quod metus causa. ergo debet cõcurrere cum interdicto qd vi aut clam. forte potest dici pro concordia quod quando interuenit dolus possit concurrere cum interdicto quod vi aut clam: alias secus. Et si dicas quare non excluditur actio de dolo per ipsum sicut per actionem ex empto etiam quando interuenit dolus. potes dicere quia tunc purgatur dolus per interdictum ex ea parte que sonat prima facie in dolum: quia ex eo quod vi aut clam dolose. Et sic nomen actionis cadit in speciem doli. secus in actione ex empto.

Cum agitur. Actio directa aque pluuie arcẽde nõ competit quando damnum speratur vitio soli. & per hanc actionem prouidetur aduersus damna fu-
2 tura sicut per cautionem damni infecti. hoc dicit. ¶†Not. quod regulariter actio datur ad damna preterita non futura. ¶In glo. super ver. competere ibi secus de equitate. & sic vult glossa quod propter opus casuale indistincte competat vtilis. Et idẽ sensit glo. in. l. ij. §. idem labeo ait si in agro. ff. eo. Sed text. ibi sonat contrarium. potes dicere quod si nocet ei contra quem agitur ad patientiam & prodest alteri agenti competat vtilis alias secus. ar. dicta. l. ij. §. labeo ait. in fi. in ratione ibi posita a contrario sensu.

In hoc iudicium Hec actio nõ competit pro damno preterito ante li. contesta. sed interdictum qd vi aut clam. & si opus sit factum post litem contesta. non venit in hac actione nisi veniret in consequentiam primi operis. hoc dicit. cum seq. ¶No. quod in hac actione solum habetur ratio damni contingentis post litem contesta. et hoc clarum si contingit ante conclusionem in causa. sed si in conclusione ante sententiam est maius dubium. cum Bar. dicit idẽ in. l. si tertius. §. officium. ff. eo. tamen secundũ eum non exprimetur tunc quantitatis seu estimatio damni cum de illo non poterit constare sed postea in executione certificabitur. Sed certe eodem modo videtur quod non possit constare an damnum sit datum cum post conclusionem in causa non debeant admitti probationes vt in. c. cum dilectus. de fide instru. nisi forte per confessionem partis factam ad interrogationem iudicis ex officio interuenientis non ad instantiam partis. in. c. cum Jo. ad fi. de fi. instrumen. nisi forte causa possit tractari sine figura iudicij: qz tunc ad instantiam partis post conclusionem in causa debeat tractari: vt est tex. cum glo. in cle. sepe. de verbo. signi. in ver. interrogabit: vt mihi videtur. Quid autem si interim ante sententiã opus corruat taliter quod aqua amplius non noceat. An poterit fieri condemnatio damni quod contigerat post litem conte. videtur quod non. ex quo principale ad quod datur hec actio deficit scilicet qz non potest amplius destrui opus. & damnum veniat officio mercenario: vt not. in. l. supra iter. §. cassius. ff. eod. facit. l. j. in prin. & §. j. ff. eo. Sed tene contrarium quia satis est quod fundatum est officium iudicis per contestationem vt duret super acces-
3 sorio: vt est tex. singu. cum glo. in. l. vtiqz. ff. de rei vendi. ¶†Item no. quod pro eo quod contigit post lit. contesta. non potest fieri condemnatio ex eadem instantia si ad illud agi potest iure actionis. de quo dic vt dictum fuit in. l. si quis missum. §. fina. ff. titu. j. & de hoc etiam in. l. j. C. de iudi. ¶Item not. quod destruitur interdum per quandam cõsequentiam id quod alias non veniret destruendum. & sic facit ad questionem vulgarem quod si statuto cauetur quod domus homicide debeat destrui. & duo sunt socij habentes domum communem quorum vnus habet partẽ inferiorem aliter superiorem qd si deliquit homo habens partem inferiorem. & per hoc sua pars debeat destrui quod in consequẽtiam destruatur etiam pars alterius superior que sine inferiori stare non potest. Sed hec lex parum facit: quia licet hic non veniret destruendum ex eadem instantia. tamen ex alia veniebat destruendum. Sed in casu nostro pars superior in nulla instantia debeat destrui & de hac questione vide hic per Bar. & per glos. in l. si is cum quo. ff. cõmu. diui. & per Dy. in. l. si finita. §. ex hoc edicto. ff. titu. j. & per glo. de pe. dist. j. c. sed & continuo. & per Joã. an. in. c. super spe. extra de priuileg. & per eundem post Archi. in. c. felicis. in ver. ruinam. de pe. in. vj. & per Jo. an. in addi. Spe. super rubrica de pe. & per Barto. brixie. in sua dominicali. q. xliij. & per Cy. in. l. & si seuerior. ad finẽ. C. de his qui not. infa. & licet fuerint plures opi. de quibus hic per Bar. & per Joã. an. plene in dicta additione. tamen illa videtur melior quod pena debeat alterari in aliam penam cum pena statuti debeat intelligi cum imponi potest sine iniuria alterius: vt etiam hic Barto. tetigit. & si talis pena imponi nõ potest: & tunc iudex potest arbitrari aliam & loco huius imponere. argu. l. hos accusare. §. omnibus. ff. de accu. & per not. in dicta. l. & si seuerior. fateor tamen quod si iudex fecerit destrui totam agere poterit socius non delinquens vel cõtra socium ad interesse: quia propter eius culpam & delictum sustinet istud damnum per. d. l. si is cum quo. vel contra iudicem qui iniuste fecit. cum illud facere non deberet: vt patet ex predictis arg. l. nec magistratibus. ff. de iniu. & l. quemadmodum. §. magistratus. ad. l. aquil. & aduerte quia in. q. quam tetigi vna fuit opi. qd deberet permutari pars inferior cum superiori. & hec non est tuta: quia forte superior est melior. & quia etiam saltem tectũ oportebit destrui. & sic erit cum damno alterius socij. secunda fuit qd fiscus deberet redimere alteram partem. nam cogi poterit socius ad vendendum. argu. l. j. C. de vendi. re. fis. cum pri. lib. x. sed hec etiam nõ est perfecta: quia forte fiscus nolet redimere non vidẽs se sentire cõmodum si totum debebit destrui. Tertia fuit qd socius qui non deliquit redimat partem aliam & precium illud inferatur in fiscũ. Sed hec etiam non est perfecta: quia forte socius non habebit pecuniam ad redimendum. vnde quarta fuit opiñ. quod tota destruatur & habeat regressum contra socium propter cuius culpam patitur damnum propter dictã. l. si is cum quo. Sed etiam ista non est perfecta: quia forte socius non erat soluẽdo. & sic remanebit in damno qui non deliquit. vnde quinta & vltima fuit de qua. ff. tetigi. scilicet quod fieret commutatio in aliã penam. Et hec videtur verior per ea que. ff. dixi. & saltem non erit comminatio quin iudex possit mutare penam destructionis in penam confiscationis partis illius.

Post venditionem. Damnum contingens post lit. contesta. in fundo vendito venit in hoc iudicio. & hoc iudicium datur contra eum qui dominus esse proponitur. hoc dicit. ¶No. quod si damnum contingit post lit. contesta. licet ante sit facta venditio nihilominus dominus insequit iudicium. quod intellige quando licet vendiderit non tradidit. secus si tradidisset & suo facto desijsset esse dominus: quia tũc desisteret actio competere etiam pendente iudicio. l. si seruus. in princi. ff. de condictione furti. Et secundum hoc etiam intellige glo. in. l. si tertius. §. si quis prius. ff. eo. ¶Item no. argu. quod in libello debeat quis dicere damnũ dari rei in hac actione. si tamẽ diceret sibi dari propter rem ipsam toleraretur per. l. j. §. j. cum ibi no. si ser. vendi.

Summarium.

1 Illatio non fit de vno iure ad aliud si plura alicui cõpetant.
2 Contractus dubij sunt secundum consuetudinem intelligendi.

1 **Si prius.** Per vsum vnius seruitutis alia nõ retinetur. hoc dicit. ¶†Nota quod vbi alicui competunt plura iura de vno ad aliud non infertur. facit. l. si seruitus. de ser. vrba. predio. & extra de priuil. c. pastoralis. & facit iste tex. ad. q. de eo qui debebat. xxx. annuatim. & per. xxx. annos solum soluit viginti an in residuo sit prescriptum. de qua hic per Bart. & aliquid per glo. in. l. cum notissimi. §. in his. C. de prescrip. xxx. an. & x. q. j. c. relata. & in Spec. in titu. de prescri. ver. quid si cum deberem. & in tit. de loca. §. nũc aliqua. ver. xlij. ¶Item facit ad. q. de eo qui debebat sex imperiales antiquos et postea per. xxx. annos soluit sex nouos minoris valoris. an sit prescriptum vt in plus nõ teneatur. de qua hic per Bart. post But. & per canonistas in. c. olim. extra de censi. & facit etiam quod no. in. c. auditis. extra de prescrip. in glo. & in Spe. in titu. de solu. §. nunc aliqua. ad fi. Et adde inquantum vult quod attendatur hoc vltimo casu an recipiens sciuerit sibi debitos antiquos. an ignorauerit per. l. qui vsumfructum. ff. qui. mo. vsufr. amit.

amit.quam etiam puto singularem ⁊ non esse alibi.non videtur
bene dicere:quia videtur contra casum dicti.c.olim.de censi.vbi
litera aperte innuit quod si decurrissent.xl.anni prescripsisset ille
qui soluit Lucenses minus valentes pro Papiensibus.⁊ sic etiã
ibi sentit Inno.⁊ idem Hostien.si esset in bona fide.⁊ hec pars
forte verior per dictum.c.auditis.non obst.d.l.si is qui vsumfru-
ctum.quia ibi recipiebatur pars eius quod debebatur.hic aliud
pro alio. Joannes de Imola.

2 **Recte placuit.** †Cõtractus factus in dubio debet
intelligi secundum consuetudinem.
hoc dicit.¶In tex.ibi dandum.scilicet vltra morem consuetum.
facit.l.quod si nolit.§.qui assidua.ff.de edili.edic.¶Nota qd ea
que sunt de consuetudine in dubio videntur venire in contractũ
licet hoc expresse non sit dictum.⁊ sic facit qd in instrumento no-
tarius possit apponere clausulam consuetam.de qua in.l.ex ea
parte.clausula vero consueta ⁊ nimia solennitas excessiua indu-
cit presumptionem fraudis.ar.l.si quis ita institutus.ff.de cõdi.
insti.¶In gloss.super ver.placuit.ibi.§.certum.Solu.quod ibi
est consuetudo reprobata:hic secus.

Uiam. Potest constitui seruitus hauriendi aquam ab
vno fundo alteri licet in medio sit via publica vel
flumen publicum quod vado possit trãsiri.vel predium eius cui
debet seruitus constitui.secus si sit locus priuatus alterius nisi il
le iter suum cesserit.Item impeditur seruitus si in medio est lo-
cus religiosus idem si est locus publicus si sit seruitus aque ducẽ
de.⁊ sic indigens aliqua constitutione seu constructione.hoc di-
cit.vsq; ad.§.labeo ait.¶In glos.super ver.fluminis.in fi.qd tñ
sit differentia satis probatur per hunc tex.

SI in publico. Not.quod pro opere facto
in publico non competit
actio aque pluuie arcẽde.facit quod habetur in.l.flu-
minum.in prin.in ver.quid ergo.ff.tit.j.¶Item no.
quod sufficit opus factum esse in loco priuati ex quo noceatur al-
teri.licet sit in medio via publica ⁊ sic inspicitur principiũ ⁊ ori-
go:facit.l.nam ⁊ origo.ff.quod vi aut clam.¶Ultimo not.quod
licet seruitus haustus non impediatur propter mediam viã pu-
blicam tamen impeditur seruitus aque ducende nisi permissio
principis intercedat.¶In glossa prima in fine.prima videtur
verior.

Summarium.

1 Sciens ⁊ patiens consentire dicitur.
2 Error differt ab imperitia.
3 Errans non consentit.

LAbeo ait. Qui patitur opus fieri cum pro-
hibere potest non põt hanc actio-
nem intentare nisi errando permiserit.h.d.cum seq.
1 ¶No.† argu.qd scientia cum patientia inducit con-
2 sensum.de quo plene in.l.que dotis.solu.matrimo.¶†Item no.
differentiam inter errorem ⁊ imperitiam:quia error proprie re-
spicit errorem facti:imperitia errorem iuris:vt hic probatur iun
cta glo.Que autem sit differentia inter errantem ignorantem ne
scientem ⁊ dubitãtem.tetigit glos.in.l.de statu.ff.de testa.⁊ super
2 rubri.ff.de iuris ⁊ fac.igno.¶†No.quod errans nullo modo cõ
sentit.de quo in.l.si per errorem.ff.de iuris.om.iudi.¶In gloss.
super verbo non teneri.ibi agere potest.subaudi non tamen per
hanc actionem aque pluuie que datur ad destruẽdum opus.qd
hoc casu esse non debet sed agetur actione in factum.argu.l.si fi-
scale.cum ibi not.ff.de ser.rusti.predio.Jaco.de raue.dicit quod
etiam ad damnum hoc casu agi non poterit.Non obstat.l.sabi-
nus.quia ibi patiebatur fieri in communi.sed certe si succurritur
socio cuius non est totum predium:multofortius debet succurri
ei cuius totum est predium.argu.aut.multomagis.C.de sac.san.
ecclesijs.¶In.l.⁊ hoc ita.in glossa finali.ibi.l.iij.§.finali.Solu.
quod ibi loquitur in errore communi seu principis qui facit ius
l.j.cum materia sua.C.de testa.hic in errore priuato.Ad.l.non fa
tetur.dic quod ibi loquitur in errore iudiciali quo casu seruatur
distinctio illius.l.hic in extraiudiciali quo casu non est vis an
sit error facti vel iuris.facit.l.sed ⁊ si me putem.cum ibi nota.ff.
de condictione indebiti.

SI in meo. Qui incidit venas aque in fun-
do suo ad meum fundum perue-
nientes non tenetur hac actione nisi fiat animo nocen
di.hoc dicit.cum gloss.¶Not.quod licitum est facere
in suo quod quis vult etiam si alteri noceat.de quo in.l.j.§.de-
niq;.ff.eodem.¶In gloss.vltima.in fine.Sed quid in dubio an
presumatur fieri animo nocendi.glo.dixit quod non in.l.flumi-
num.§.j.ff.titu.j.Sed forte illud verum nisi ex circunstãtijs aliud
appareat.nam ex coniecturis presumimus dolum.l.dolum.C.de
dolo.vnde forte presumetur dolus si appareat quod alias fuerit
minatus quod hoc faceret.argumẽ.no.in simili in.l.fulcinius.§.
quid sit latitare.ff.ex qui.cau.in pos.ea.vel forte si incidẽs venas
nullam vtilitatem ex hoc consequitur sed solum alteri nocet.nã
hoc non debet fieri.argu.l.ij.§.labeo.ff.eodem.et.l.in creditore
ff.de euictionibus.Et ideo videtur tunc si fiat presumi dolose
fieri.facit in argumen.l.prima.cum ibi nota.C.de sica.⁊.c.j.extra
de presumptionibus.

SI vsusfructus. Hec actio directa non
dat fructuario nec con-
tra fructuarium sed vtilis sic.hoc dicit.¶Not.quod
actio directa aque pluuie arcende non competit nisi
domino ⁊ contra dominum sed vtilis sic.¶In gloss.ij.in fi.pri-
ma vera:quia vsufructuarius non est dominus fundi licet possit
dici dominus vsusfructus:vt est text.valde notabilis in.l.iij.ff.si
vsusfruc.pe.

Summarium.

1 Autoritas senatus est principis autoritati equiparanda.
2 Jussus superioris excusat.
3 Actio aque pluuie arcende competit vtile dominium habenti.
4 Actio aque pluuie arcende vicino predium vltra flumen haben-
ti competit.

QUod principis. Opus factum autori-
tate principis vel sena
tus vel cuius memoria non existit non venit in hac
1 actione.hoc dicit.¶†No.parificare autoritatem sena
tus autoritati principis.quod est verum ad id quod hic dicitur.
Similiter et in.l.condenda.l.non ambigitur.ff.de legi.Simili-
ter in restitutione ad famã.l.j.§.de qua.ff.de postu.⁊ facit quod
not.Innocen.in.c.cum te.extra de re iudica.Similiter etiam vt
non appelletur a sententia senatus sicut nec principis.l.prima
2 §.j.ff.a qui.ap.nõ li.¶†Item no.quod iussus superioris excusat.
3 facit quod dictum fuit in.l.quãq;.in princi.ff.eo.¶†Item nota
quod hec actio competit nedum habenti directum dominium
sed etiam vtile.⁊ facit iste text.iuncta.l.apud.§.penul.⁊.l.quãq;.
in princi.quod appellatione domini intelligatur etiam vtiliter
dominus quod est clarum quando constat de mente legis.alias
in dubio non videtur contineri vtiliter dominus.l.j.§.j.ff.si ager
vecti.In libello autem si fiat mentio de dominio an contineatur
etiam vtile gloss.senserunt quod non in.l.si mater.§.eandem.ff.
de exceptio.rei iudica.Sed certe tex.ibi sonat contrarium dum
dicit qualecunq; ⁊c.⁊ istud sequitur etiam ibi Bar.pro hoc etiã
facit quia in libellis accipimus verba late pro libellante.l.sed ⁊ si
possessori.§.item si iurauero.ff.de iureiurando.⁊.l.si quis inten-
4 tione.ff.de iudi.¶†Ultimo not.quod actio aque pluuie arcẽde
competit etiam vicino habenti predium vltra flumen si ex opere
facto ex alio latere sibi possit aqua pluuia nocere siue aqua flu-
minis mixta cum pluuia.¶In glos.super verbo.constituerunt.
in fi.vel dic quod forte loquitur de his qui diuiserunt agros.hoc
est de diuisione introducta ex iure gentium per quod sunt distin-
cta omnia.lege ex hoc iure.ff.de iustitia ⁊ iure.¶In glossa super
verbo.hec actio.in fine.prima vera.¶In glossa super verbo.in
priuato.ibi iure proprietatis.¶Sed certe saltem est publica quo
ad vsum.⁊ sic videtur quod de illa non loquatur per.l.si finita
§.ait pretor.et.l.fluminum.in principio.ff.titulo primo.Ideo
tutius videtur ponere quod opus fuerit factum in loco priuato
iuxta ripam.

SI titius. Si arando aliquis opus faciat ex
quo opus possit nocere vicino si ali-
ter fundus coli non poterat hac actione non tenetur:
alias secus.hoc dicit.Et primo loquitur quando fe-
cit opus arando sine quo aliter non poterat coli fundus.Secun
do quando sine illo poterat coli fundus.Secunda ibi:sed et si
quos glo.tamen hic sensit etiam alium intellectum scilicet quod
in primo casu fundus erat nociturus superiori.in secundo a late
re ideo hoc dicit:quia inferior sui natura seruit superiori in reci-
piendo aquam.ff.eo.l.j.§.fin.cum seq.primus tamen intellectus
videtur de iure melior.⁊ eum sequitur hic Bartol.nam si non
posset bene arare nec fieri bona agricultura sine sulcis transuer-
sarijs videtur quod esset licitum eos facere per not.in.l.j.§.de eo
opere.ff.eodem.

Lacus enim. Habet duas lecturas in glo.sed secũ-
da communiter tenetur.¶No.secũ-
dum vnum intellectum quod si lacus priuatus crescat ⁊ spãdat
aquam in fundo vicini non per hoc diminuitur de iure vicini
quominus locus ille occupatus propter augmentum aque re-
maneat suus sicut prius.⁊ est nota.secundum Barto.pro fundis
vicinis vallibus qui licet quandoq; decrescant non tamen pro-
pter hoc diminuunt ius predij alterius.secus tamen in lacu pu-
blico.l.lacus.cum ibi nota.ff.de acquiren.rerum domi.⁊.l.littus.

ff.de verbo.signi.¶Et not.hanc glo.que facit differentiam inter lacum stagnum ⁊ foueam.

Si cuius. Si nocet vie per quam itur ad fundum noceri videt fundo.ideo agi potest actione aque pluuie arcende.hoc dicit.¶Not. quod hec actio dicitur intentari proprie ad vtilitatē rei.¶Item no.quod vbi nocetur preambulo censetur etiam noceri ei cuius quid est preambulum.⁊ sic facit quod si ciuitas habet ius prime appellationis ⁊ non secunde quod non possit facere statutum quod non liceat appellari:quia per hoc in consequētiam preiudicaretur iuri superioris ad quem debet deuolui secūda appellatio cuius prima est preambulum.Et ideo tunc nō potest statuere sicut nec posset si nullam appellationem haberet.extra de iureiurando.venientes.secus si haberet primam ⁊ secundam appellationem: vt.l.ij.§.ex actis.ff.de origi.iur.de quo per Bart.in.l.omnes populi.ff.de iustitia ⁊ iure.in.q.illa super quibus possint fieri statuta.¶In glos.ij.in fine.dic secunda videtur melior: quia censetur agi ratione fundi cui debetur via: vt hic textus dicit.

Seuola. No.quod antiquitas ⁊ vetustas attinent vim tituli ⁊ cōcessionis.¶No. argu.qđ consuetudo potest dare iurisditionem cōtentiosam.de quo per Cy.in.l.j.C.de eman.libe.⁊ facit.l. viros.C.de diuer.offi.lib.xij.

¶De publicanis ⁊ vectigalibus. Rubrica.

Summarium.

1 ¶Item dictio precedentem repetit qualitatem.
2 Publicani qui dicantur.
3 Vectigal differt a tributo.
4 Actiones plures si cui competant quam vult eligere potest.
5 Argumentum ab absurdo est validum.
6 Dictio vel/quando in expositiuam resoluatur.
7 Damnum a publicano factum differt ab alio damno.
8 Prouisio specialis legis non tollit prouisionem generalis legis.
9 Dominus quando de delicto famuli teneatur.
10 Dominus non exhibens delinquētem seruum tenetur insolidū
11 Dominus seruum absentem defendere non debet.
12 Dominus qua ratione quis dici possit.
13 Testes rem vel personam super qua testificari debent petere sibi exhiberi possunt.
14 Delinquentes plures quo respectu insolidum teneantur.

Adde barbic ⁊ tex.in c.j.de pecu. And.barba.i addi. ad Barto. hic.

Retor. ¶Pro extorsione facta a publicano vel eius familia datur contra ipsum actio ad duplum infra annum.Post annum in simplum.⁊ si famulus delinquens nō exhibetur publicanus sine noxe deditione tenetur hoc dicit.Et ponit hic verba pretoris ad contextum.¶In tex.ibi eius ne familia.subaudi ipso publicano mandante vel ratum habente.⁊ hoc differt ab eo quod sequitur.in ver.ne familia.vbi non interuenit mandatum nec ratihabitio. ¶In text.ibi iudicium dabo scilicet in duplū.prout.ff.proxime dictum est quando vi est ademptum.nam hoc indicat dictio itē que est repetitiua.¶Not.ad quid detur actio descendens ex hoc edicto quia datur ad duplum infra annum ⁊ post annū in simplum.An autem in duplo insit simplum habetur.ff.eodem.l.hoc
1 edicto.§.querentibus.¶†Item not.quod dictio item est repetitiua qualitatis precedentis saltem quando sequens oratio non est perfecta.sed forte deficit ex parte appositi seu predicati.de quo hic per Barto.⁊ facit iste tex.quod si testator dicat relinquo titie filie mee centum iure institutionis.Item Berte ducenta qđ intelligatur relinquo scilicet iure institutionis.et sic Berta existens filia testatoris non poterit dicere testamētum nullum tanquam preterita.⁊ adde dictis Barto.circa istam distin.item qđ forte iungi debet opiñ.Barto.cum opi.Jaco.de belui.Si queritur an dictio item inducat repetitionem in dispositione legis: quia aut id quod sequitur post dictionem item nō est oratio perfecta ⁊ tunc perfici debet ex precedentibus:vt hic secundum opi. Bart.Aut est oratio perfecta:⁊ tunc aut est eadem ratio eius qđ sequitur post dictionem item quod in precedentibus:et tunc intelligatur repetitio facta:vt dixit Jac.belui.facit.l.illud.ff.ad.l. aquil.Aut non est eadem ratio ⁊ tunc ex quo oratio est perfecta inducit solum quandam cōtinuationem.l.fina.§.idem rescripserunt.ff.ad munici.

Hic titulus. Supra posuit verba edicti.nunc incipit exponere.Et primo exponit quis dicatur publicanus.Secundo format quandam oppositionem quā soluit.Tertio format vnam questionē.Secunda ibi: dixerit aliquis.Tertia ibi: vnde queritur.⁊ hoc fit loco summe vsq; ad.§.familie.¶In text.ibi:in raptis.Sed certe bene preuidit:vt patet in titu.vi bo.rapto.⁊ insti.de perpe.⁊ tempo.actio.§.j.⁊ facit ff.ad.l.aquil.per totum.⁊.ff.si quadrupes pauperiem fecisse dicatur.⁊ sic videtur superfluum hoc edictum.sed certe non est vt se
2 quitur in versi.sed bene.¶†Not.qui dicantur publicani.de quo
3 etiam.ff.eodem.l.sed ⁊ id.§.primo.¶†Item no.argumen.pro ⁊ contra.quod differentia sit inter vectigal ⁊ tributum.de quo hic in glo.⁊ adde etiam quod not.gloss.in rubrica.C.de anno.⁊ tribu.lib.x.¶Item not.differentiam inter actionem descēdentem ex hoc edicto ex vna parte ⁊ actionem vi bonorum raptorū ⁊ furti manifesti ex alia:quia differunt in duobus vt patet ex tex.⁊ facit quod nota.in.l.penulti.ff.vi bonorum raptorum.⁊ facit.l.qui
4 ea mente.ff.de furtis.¶†Item not.quod vbi alicui competunt plures actiones potest eligere eam que sibi placet.de quo in.l. quod in heredem.§.eligere.ff.de tribu.et.l.nemo ex his.§.quoties.ff.de regulis iuris.⁊ in.l.prima.C.de furtis.⁊ in.c.qui duas.
5 de electio.in.vj.⁊ de regu.iuris.c.nullus pluribus.eo.li.¶†Vltimo not.quod argu.per locum ab absurdo est validum in iure. ¶In glossa super ver.pendant.ibi vel etiam dic.precedens melior propter dictionem sine.que non habet quid respiceret.facit
tis:quia si ex toto esset facta executio hinc ⁊ inde non haberet lo
cum penitentia.per notata in dicta.l.si pecuniam.Item non ob
stat quod dicitur de dote:quia datio ob causam dotis non potest
dici magis contractus nominatus quam donatio ob causam
aliam specificam puta gratia scribendi librum.Et hec opinio vi
detur verior de iure.Aduerte tamen quia dixit hic Bartolus ⁊
in dicta lege iuris gentium.quod pactum nudum de donando
hodie pariat actionem sed datur cõdictio ex lege propter ipsum
pactum.nam hoc reprobat idem preceptor:quia nullo iure cau
tum.Nam si ponderetur tota illa.l.si quis argentum.non loqui
tur de pacto de donando:sed quando fit donatio ⁊ res non tra
ditur.ergo non est nostrum in materia correctoria extensionem
facere.l.precipimus.cum similibus.C.de appellationibus.Et
quia aliud est donare ⁊ aliud facere pactum de donando sicut
aliud est vendere:aliud facere pactum de vendendo.iuxta notata
in textu et glossa in.l.in bone fidei.de eo quod certo loco.⁊ in capi
tu.penulti.⁊ ibi bona glossa de elect.in sexto.⁊ licet emptio per
ficiatur consensu:non tamen perficitur pactum de vendendo.
Item aduerte quia Bartolus in dicta lege iuris gentium.§.pri
mo.post Guliel.de cug.limitat dictam legẽ si quis argentum.du
pliciter.primo quod non habet locum quando promittitur fa
ctum ex causa donationis.Et ex hoc nota diligenter quod cum
ratio sit expressa in dicta lege si quis argentum.⁊ habeat locum
etiam in facto quod in materia correctoria non est fienda exten
sio ex identitate rationis etiam si ratio sit expressa in lege.⁊ idem
voluit Bartolus in extrauaganti ad reprimendam.in verbo nec
ex eorum.⁊ dixi in lege secunda.§.finali.supra eodem.Sed aduer
te quia contra istud dictum inquantum vult quod non habeat
locum in facto videtur esse textus cum glossa in lege promisisti.
supra de prescriptis verbis.Et hoc idem videtur velle in lege qui
saxum.supra eodem.Sed potes concordare:quia si interuenit me
rum factum:puta quia promitto ire pro te romam habeat locũ
opin.Bartoli ⁊ Guliel.Sed vbi est factum habens secum anne
xam traditionem:tunc possit habere locum dicta.l.vt est videre
in dicta lege qui saxum.⁊ dicta lege promisisti.nam si permitto
tibi eximere lapidem ex causa donationis videor in effectu do
nare tibi lapidem per te eximendum ⁊ promittere patientiam
exhibendi.ideo videtur habere locum dicta.l.si quis argentum
quo casu tenetur ad tradendum ⁊ patiendum.l.quarta.§.dare.
supra de vsufructu.Secundo limitat dictã legem si qua argentũ
non habere locum quando fit donatio causa remunerationis.vt
si dono decem quia seruiuisti mihi:sed solum in mera ⁊ absolu
ta donatione.facit quod notatur in simili in lege aquilius.infra
eodem.Sed forte hoc non est verum:quia illa lex simpliciter lo
quitur in qualibet donatione quando donatur res vel quanti
tas.Et ratio illius legis est vniformis in casu isto.imo multo for
tius vrget ergo ex quo simpliciter ⁊ indistincte loquitur de do
natione.⁊ eadem vel maior est ratio in casu nostro debet simplici
ter ⁊ indistincte dicta.l.intelligi cum simus in materia correcto
ria.per nota.in simili.in aut.ex testamento.C.de collationibus.
Nec obstat quod habetur in lege aquilius.quia hic est fauorabile
late sumi donationem:sed ibi fauor suadet ipsam stricte debere
intelligi ne vitietur propter omissam insinuationem:ideo ibi se
cus.Et pro ista parte bene facit quod not.glo.singularis in.l.cũ
pater.§.nemo.supra de legatis secundo.cui concordat gloss.in.l.
secunda.C.de iure dotiũ.Nam dicte glo.volunt qd licet dicta lex
si quis argentum.loquatur in simplici donatione non solum ha
beat locum in donatione inter viuos:sed etiam in donatione cã
mortis.tamen donatio causa mortis proprie ⁊ stricto sumpto vo
cabulo non dicitur donatio.l.prima.supra eodem.Et hoc vide
tur procedere quando apparet mentio donationis vt quia dictũ
est dono quia seruiuisti mihi:vel promitto ex causa donationis
quia seruiuisti mihi.Sed si nulla precedente interrogatione sim
pliciter quis diceret promitto tibi decem quia seruiuisti mihi.for
te posset procedere dictum Bartoli ex quo nulla fit mentio de
donatione per ea que infra dicam.Tertio limitat dictam legem
l.si quis argentum.quia dicit quod non procedit quando simpli
citer nulla precedente interrogatione.⁊ sic per pactum nudum
promitto tibi decem nulla causa expressata quia tunc secũdũ eũ in
dicto.§.quinimo.iuxta finem non orietur actio:ne duo specialia
concurrant circa idem contra.l.primã cum ibi notatis.C.de dot.

promissione. essent enim duo specialia in dicto casu si orire actio
primo quia valeret obligatio sine causa: seu nulla causa expressata
contra no. in. l. cum de indebito. §. fina. supra de probatio. et quia
pactum nudum produceret actionem cōtra nota. in dicta. l. iuris
gentium. in principio. ⁊. §. primo. an autem si precedente interro-
gatione: ⁊ sic per stipulationem fiat promissio nulla causa expres-
sa. an autem teneat. tetigit Barto. in. l. secunda. §. circa. infra de
doli exceptione. ⁊ plene dixi in. l. a titio. infra de verborum oblig.
5 †Item ei quod supra dixi qd ex pacto de donando non orit etiaȝ
hodie actio videtur obstare quod no. glo. in. §. perficiuntur. insti
tu. de dona. vbi glo. videtur dicere qd si dicam donabo tibi deceȝ
quod hoc casu oriatur actio. ⁊ tamen in effectu videtur pactū de
donando etiam non attento tenore verborum. Sed potest respō-
deri quod verba illa debent exponi. donabo id est presentis dona
tionis causa dabo. ⁊ sic respondebat dominus Franciscus de rā-
po. Hec tamen expositio non videtur de mente illius gloss. quia
scilicet dixerat dabo ex causa donationis: ⁊ postea subdiderat do
nabo. vnde posset dicere quod illa glo. in illo exemplo non vide-
tur bene dicere: nec videtur iure probari per ea que supra dixi et
per not. in simili in dicta. l. in bone fidei. Item ei quod dixi de do
natione etiam hodie dici contractum innominatum ex eo quia
non habet nomen specificum sicut nec permutatio videretur ob-
stare quod habetur in. l. statu liberi a ceteris. §. quintus. infra de
statu libe. vbi videtur probari qd nomen emptio large sumptum
comprehendat etiam alios contractus. ⁊ tamen emptio dicitur
6 cōtractus nominatus. †Sed potest responderi multipliciter. pri-
mo quia contractus dicitur nominatus: vel ex eo quia habet no-
men specificum: vel quia statim parit actionem ex ipso contractu
et hoc secundum probatur in. l. prima. supra de rerum permuta-
tione. ⁊ ideo cum contractus nominatus statim pariat actionem
ex eo contractus dicitur nominatus. secus in donatione que non
producit immediate actionem: sed ex lege immediate oritur pro-
pter ipsam donationem. Vel secundo potest dici quod ibi non di
cit nomine emptionis alios contractus comprehendi sed omneȝ
alienationem inter que videtur differentia per notata per Bar-
to. in. l. cum lex. infra de fideiussoribus. Hec tamen solutio non vi
detur multum tuta: quia si comprehendit omnem alienationem
in consequentiam comprehendit omnem causam alienationis.
Tertio potest dici quod mens illius. l. nō fuit dicere quod de mē-
te legis duodecim tabularum que voluit statuliberum si vendi-
tus esset posse dare emptori pro libertate consequenda illud qd
dare erat iussus. potest etiam comprehendere omnem contractū
per quem transfertur dominium: quia erat eadem ratio. et sic ex
mente legis fienda erat extensio etiam ad alios casus argumen. l.
non possunt. supra de legi. ⁊ sic dum ibi dicitur cōplectitur intelli
ge ex mente propter identitatem rationis. Nec obstat. l. prima. C.
de rerum permutatione. vbi dicitur similiter probari quod ver-
bum emat conueniat etiam aliis contractibus: quia potes dicere
quod ibi non loquitur de verbo emere: sed de verbo comparara
quod videtur magis latuȝ: vt est tex. cum glo. in. l. prima. §. penul
timo. supra de contrahenda emptione. Nam satis dicitur cōpare
re qui acquirit. ¶ In glo. super verbo perceptionem. in fine. pri-
ma magis notabilis: sed tunc obstat: quia et si perceptio ⁊ sic po-
testas percipiēdi fructus fuit donata videtur quod debeat inspi-
ci tempus donationis. ⁊ sic quantum verisimiliter poterat perci-
pi. argu. nota. in simili in. l. si oleo. ⁊. l. si ea lege. C. de vsuris. ⁊ fa-
cit quod nota. per glo. in. l. lucius. §. finali. ff. ad trebel. ⁊. l. per di-
uersas. C. de man. ⁊ sic non simpliciter debent attēdi fructus per-
cepti: sed responderi potest qd dum litera dicit qd fructus pcepti
veniunt in computationem debet exponi id est qui percipi verisi
militer potuerunt ⁊ sic exponit Bar. in. l. cotem. §. qui maximos.
supra titulo primo.

a ¶ Absenti. adde ad istū text. an insinuatio possit fieri alio absente. bal. in l. j. C. eo. vbi dicit q non tū sibi contradicit in. l. nec ambitio. C. e. Bal. in. d. l. illud. et qd indulgentia acquirat absenti. vide bar. in. l. fi. C. de sent. pas. bal. in rub. de do. promis.

Quod filius. Iste. §. pōt legi dupliciter. vno modo
vt dum litera dicit perinde est exponā-
tur perinde valet: vel perinde est: scilicet quo ad valoreȝ donatio-
nis. ⁊ secundum hoc litera est plana quia in effectu dicitur quod
illud qd donat filiusfa. iussu patris vel eius voluntate valet talis
donatio ac si valeret si pater donasset: vel sicut valeret si rem meā
ex mea voluntate Titio donares tuo nomine. Secundo modo
potest intelligi qd dictio perinde notat omnimodam similitudi-
nem. ⁊ tunc oportet intelligi sensum litere esse talem qd si filiusfa.
donat aliquid patris iussu vel volūtate perinde est ac si pater do-
nasset: scilicet quando donauit volens pro patre donare: non pro
se. vel est perinde ac si mea voluntate rem meam dones titio tuo
nomine: scilicet quādo filius volebat pro se donare ⁊ donauit pa-
tre consentiente. Et secundum istum secundum intellectum vide
tur qd filiusfa. donat rem patris de voluntate patris volēs pro se
donare qd tunc videntur esse due donationes. Nam pater videt
donare filio ⁊ filius extraneo: sicut in simili contingit in versicu.
aut. vt patet ex glo. ibi posita. ⁊ sic facere videtur qd teneat dona-
tio inter patrem ⁊ filiū quādo pater donat filio vt non remaneat
penes eū sed det tertio. Et pro hoc facit quod dixi in simili de do-
natione que fit per virum vxori vt detur extraneo in. l. secunda. in
principio. supra eodem. licet Barto. ibi teneat oppositum in do-
natione facta vxori: sed dato qd illa teneret non tamen sequit qd
ista teneat quia plus capacitatis habebat vxor quā haberet filius-
fa. quia illa poterat sibi ex multis causis acquirere. ⁊ salteȝ ab ex-
traneo: sed secus in filiofa. l. placet. ff. de acquiren. heredita. ⁊ ideo
de iure forte verius est qd ista que fiebat per patreȝ filio etiam vt
daret alteri nō tenebat respectu filii lȝ respectu tertii sic ex quo de
voluntate patris dabatur. Nec obstat iste tex. secundum hunc in-
tellectum: quia licet pater videretur donare filio: non tamē sequi
tur per hoc qd debebat tenere respectu filii. ⁊ sic respectu validita
tis donationis quo ad tertium cui fit donatio erit similitudo: et
etiam respectu donationis ipsarum partium: sed nō respectu va-
liditatis donationis que videatur facta filio: quia hoc necessario
nō sequitur ⁊ videtur contra mentem dicte. l. placet. vt dixi in di-
cta. l. secunda. in principio. vel potes tenere primuȝ intellectum ⁊
litera erit plana ⁊ non faciet ad propositū. ¶ Ultimo adde dictis
Barto. in dicta. l. secunda in quantum vult qd si filius donat rem
peculii aduenticii Titio consentiente patre volēs pro ipso patre
donare quod tunc tenet donatio. nam hoc posset procedere in ad
uentitio cuius pater habet vsumfructum. Si autem pater nō ha-
beret vsumfructum tunc nō potest tenere donatio: quia pater nō
potest consentire filio sibi donari cum consentiat ad sui vtilitatē:
vt est glo. que reputatur singularis in. l. prima. ad finem. supra de
autorita. tuto. ⁊ facit etiam quod ibi not. Bart. Nec videtur etiā
filium posse donare patre consentiente: vel patrem consentiente
filio alteri: quia patri est concessa administratio aduentitiorum
l. prima. C. de bonis maternis. non autem perditio. ⁊ sic nō intelli
gitur permissa donatio. l. filiusfa. supra eodem. ⁊ optime. facit. l.
finalis. supra de cura. furio. ⁊ bene facit quod no. in. l. frater a fra
7 tre. in vltima charta. supra de condictione indebiti. ¶ †Et quod
dixi filiumfa. non posse donare aduentitia patre consentiente: nec
patrem consentiente filio potest procedere si filiusfa. et minor vi-
gintiquinq; annis. per no. in. l. fina. supra de cura. fur. Sed si esset
maior. xxv. annis forte tunc poterit patre consentiente. ⁊ similiter
pater eo volēte per. l. fi. §. filiis autem. C. de bo. que lib. licet vt dixi
non possit donare patri per not. in. d. l. j. de autoritate tutorum.

Donari autem. Non summatur propter breuita-
tem. ⁊ iste text. legitur tripliciter
in glossa.

Summarium.

1 Donatio qualiter absenti possit fieri.
2 Electus ad officium qd assumere necessitatur an penitere possit
ante acceptationem.

a **Absenti.** [a] Res donata non queritur absenti
per seipsum: sed per seruum suum si
1 tradens hoc agat. hoc dicit. ¶ †Nota qualiter posset
fieri donatio absenti quia si res est penes eum cui agi-
tur donari potest fieri donatio mediante nuncio vel epistola. fa-
cit quod habetur in. §. vendite. insti. de rerū diui. ⁊ adde glossam
nota. circa hoc in. l. prima. ad fi. supra de contrahē. emptio. ⁊. l. cō-
sensu. ff. de actio. ⁊ obliga. Si autem non est penes eum cui agitur
donari tunc oportet qd transmittatur vel detur persone que pos-
sit acqrere absenti ea intentione vt statim fiat absentis. Et ex hoc
nota diligenter qd vbi volens donare absenti traditur seruo ab-
sentis ex causa donationis in dubio non videtur velle dominium
transire nisi demum cum portata fuerit absenti. ¶ Ultimo nota
ar. qd si facta sit electio de aliquo ad aliquod officium dicatur res
integra anteq̄ sit presentata quando electio fit. ⁊ sic facit qd eligē-
tes possint ante presentationem ⁊ acceptationem de quo hic per
Bar. ⁊ per Io. an. extra de ele. c. publicato. in. xj. q. ⁊ per Iac. bel.
in aut. de colla. col. ix. ¶ Adde dictis Barto. hic in quantum vlti
2 mo tangit † an eligentes ex voluntate ad officium quod quis nō
necessitatur assumere possit penitere ante acceptationem. ⁊ tenet
qd sic. nam istud videtur esse verum quando habebat eligere ex
suo iure. ⁊ sic quodammodo ex iure ordinario. secus si ex iure alie
no. ⁊ sic vt delegatus. arg. l. iudex. ff. de re iudi. ⁊ de offi. dele. c. in li-
teris. ⁊ de rescrip. c. gratia cum ibi no. lib. vj. ⁊ eorum que not. per
Bar. in. l. ii. ff. de optione leg. ⁊ ibi etiā tangit qualiter poterit per
pendi an eligentes habeant eligere iure suo: an alieno. ⁊ lȝ Bart.
hic videatur velle qd priores vel antiani de necessitate habeāt eli-
gere: tū in hoc viderentur ponderanda verba statuti: quia aliud
est si dicāt teneantur eligere: aliud si dicant habeat facultatem eli
gendi. arg. l. sepe. ff. de offi. presi. An autem per presentationem di
catur res desinere esse integra etiam ante acceptilationem videre
tur qd sic per no. in. c. bone. el. ii. extra de postu. prela. Sed in con-
trarium videtur hic casus ⁊ in. c. j. de concessio. preben. in. vj. et. ff.
de acqui. pos. l. qui absenti. nec obstat. d. c. bone. quia ibi loquitur
quando presentatio facta erat superiori cui nō debebat illudi. vt
ibi dicit. hic autem eligens nō erat superior eligētium tēpore quo
fit electio. ⁊ ad materiam facit qd no. glo. in. l. illud. C. de sac. san.
eccles.

eccle. Quomodo autem necessitetur episcopus ad concedendum vel canonice eligendum. habetur in. c. j. extra ut ecc. benefi. ⁊ in. c. ne pro defectu. de elec.

Cum ex donatione. In estimatione donationis non veniunt fructus. h. d.

Qui ex donatio. Donator cõuenitur inquantum facere potest ere alieno deducto nisi ex causa simili debeatur: quia tunc illud non deducitur. hoc dicit. ¶ Nota quod donator tenetur solum deducto ne egeat. Et ratio quia in subsidium deberet alimentari ab ipso donatore iuxta vires donationis. facit quod habetur in. l. fina. C. de reuo. dona. Et ideo nimirum si datur sibi exceptio ut relinquatur sibi tantum qđ sufficiat ad alimenta.

Summarium.

1 Mens tradentis potius quam recipientis est attendenda.
2 Dominium ⁊ possessio quare per procuratorem queri possit ⁊ nõ obligatio.

Qui mihi. Rei donate nobis dominium queritur: ⁊ per seruum ⁊ procuratorem nostrum si tradens hoc egerit licet recipiens alterius
1 fuerit animi. hoc dicit. ¶ † Nota quod in translatione dominij potius attenditur mens tradentis quam mens recipiẽtis cui pro alio tradebatur. si autem pro ipso recipiente traderetur ⁊ diuersificetur animus dantis a recipiente tunc recurrendũ est ad. l. si ego. ff. si certum petatur. ¶ In glossa finali ibi. l. si duo. hec ratio non est multum equa: quia non semper tantum tũc operatur generale mandatum quantum speciale. ut patet ex. l. pompo. ff. de negotijs gestis. ⁊ in capi. si sacerdos. extra de offic. ordi. Sed pro ista parte quod per procuratorem possit queri dominiũ ⁊ possessio est casus not. ⁊ singula. in. l. si rem. coniuncta glossa. j. de vsucapio. licet Innocen. tenuerit contrarium in. c. accedens. extra de prebendis. ⁊ glossa in. c. si tibi absenti. de prebendis. in. vj. ⁊ per Petrũ etiam ut hic refert Barto. Nec est bona ratio Petri quia si illa simpliciter attenderetur non posset queri etiam per procuratorem specialem possessio: quia aliter concipit verba procurator etiã specialis. ⁊ aliter nuncius iuxta notata per glossam in. l. multum. C. si quis alte. vel sibi. Et quia in his que acquiruntur per liberam personam sine aliqua cessione non videtur esse differentia in modo concipiendi verba. vnde siue cõstitutus procurator dicat recipio nomine domini nostri. siue pro domino meo siue recipit dominus pro me non est vis. ut hic tetigit Barto. ⁊ facit quod habetur in. c. finali. de procurato. in. vj. ¶ In eadem glossa ibi primo ⁊ secundo casu. in primo est clarum. ⁊ idem in secundo quando tradens habuit animum ut quereret domino ⁊ non procuratori. Sed ubi tradens volebat queri procuratori et procurator domino suo: tunc est maius dubium. nam tunc videtur quod non queratur procuratori: quia ipse voluit. nec etiam domino procuratoris: quia hoc voluit tradens. arg. l. id quod nostrum. j. de regulis iuris. Et hoc communiter tenetur. Sed pro gloss. facit quia. l. id quod nostrum. posset habere locum quando tradens aliquo modo nollet a se abdicare dominiũ. sed ubi vult a se abdicare licet velit queri procuratori ex quo procurator vult querere domino videtur quod attendi debeat animus volentis domino queri: ⁊ ex quo potissime ad dominum finaliter debet res redire. communiter tamen ut dixi in hoc non tenetur glossa. Quid autem in dubio si non appareat qua mente fiat traditio. dic ut hic per Barto. cui adde inquantum dicit quod si procurator contraxit procuratorio nomine domini ut ex interuallo fit traditio quod tunc videtur agi ut procuratori queratur per. l. finalẽ in fi. C. si quis alte. vel sibi. nam istud non videtur sine scrupulo ex eo quia traditio est accessoria ad contractum preambulum ergo sequitur quod in dubio debeat regulari secundum naturam illius principalis argu. l. accessorium. j. de regulis iuris. Nec obst. dicta l. multum. quia potius facit contra Bartolum inquantum non videtur distinguere an incontinenti vel ex interuallo fiat traditio. Item quia ibi loquitur quando maritus immediate volebat querere vxori obligationem ex empto quia dixerat vẽdas vxori qđ nõ poterat cũ nõ precessisset mandatũ. vel si precesserat receperat officium procuratoris ⁊ non nuncij. Et sic cum contractus esset nullus non potest traditio dici accessoria eius quod est nullum. que ratio cessat in proposito. Sed huic obstat quia videtur posse dici quod sit accessorium contractus putatiui cum etiam ex causa putatiua possit transferri dominium ut ibi nota. ⁊ in. l. eleganter. supra de dolo. propter hoc potest dici quod ibi tradens voluit dominium transferri in virum ⁊ ita videtur ibi innuere litera ideo tunc acquiritur dominium viro. sed si esset dubium quo animo esset facta traditio forte tunc videretur facta ut quereretur vxori ratione contractus preambuli cuius ipsa traditio erat accessoria
2 in hoc tamen cogitandũ relinquo. ¶ † Extra glossam inquantũ vltimo tangit quare per procuratorem queritur dominium ⁊ possessio: ⁊ non obligatio. ⁊ respondet per. l. ea que ciuiliter. de acqr. rerum domi. quia per actum ciuilem non videtur posse queri per liberam personam sine cessione. Et ideo cum obligationes per actum ciuilem querantur non queruntur nisi per cessionem nisi esset persona nostro iuri subiecta: vel nisi esset possessio que queritur per actum naturalem apprehensionis. Et per hoc infert Barto. quod per pactum legis commissorie vel adiectionis in diem appositum per procuratorem non retransferatur dominium in dominum. ⁊ ita intelligit. l. ij. C. per quas perso. Sed ibi gloss. tenet oppositum: pro qua facit quia ibi resoluitur causa finalis ⁊ titulus contractus. facit. l. j. in glossa magna. ff. eodem. ergo debet retransferri dominium. arg. l. nunquam nuda. j. de acquiren. rerum domi. iuncta. l. vranius. §. sed cum domino. j. de fideiussori. Et sic debet redire ad dominum ex quo penes emptorem non potest remanere propter resolutionem contractus: nec potest ad procuratorem redire cum eius nunquam fuerit. Nec obstat. d. l. prima. quia ibi non dicitur de dominio: sed de obligatione. Item non obstat d. l. ea que ciuiliter. quia dum dicit ea que ciuiliter acquiruntur. exponi debet. id est acquiri consueuerunt. alias sequeretur quod si procurator emit nomine domini ⁊ in instrumento constituit se venditor nomine domini possidere ⁊ nomine ipsius procuratoris procuratorio nomine domini quod per hoc non quereretur dominium: quia hic non interuenit actus naturalis apprehensionis. sed actus ciuilis constituti. facit quod habetur in. l. quedam mulier. ff. de rei vendi. ⁊ l. quod de meo. de acquiren. poss. Cuius contrarium tenuit ipse Barto. in. l. ab emptione. in fi. ff. de pact. licet Guliel. ibi contra. ⁊ in. l. si is qui pro emptore. in vlti. q. j. de vsucap. ¶ Item non obst. l. solutum. §. per liberam. ff. de pig. acti. quia ibi hypothecaria non queritur per procuratorem ex eo quia erat accessoria ad obligationem personalem que per procuratorem non queritur. secus in rei vendicatione que per se subsistit. Et de intellectu. d. l. j. dixi plene in. l. stipulatio ista. §. si stipuler. ⁊ §. si quis insulam. j. de verb. obli. An autem si vendo tibi rem aliquam ⁊ constituo me tuo nomine possidere: ⁊ postea simpliciter conuenimus qđ resoluatur venditio an intelligatur ex toto dissoluta. tetigit glo. subtiliter in. d. l. ab emptione. ⁊ ibi sunt opi. Et si esset actũ vltra conuentionẽ predictã qđ res remaneat penes vendentem: ⁊ tunc esset clarũ qđ resoluta esset emptio. Sed si hoc nõ esset actũ tunc esset maius dubium. ⁊ Bar. vr̃ concludere qđ tunc secus. Sed forte potest dici tunc idem: quia ex quo res est realiter penes vendentem eoipso qđ fit conuentio super resolutione contractus in consequentiam videtur fieri conuentio qđ remaneat penes vendentem ex quo est penes eum: sicut ⁊ quando vendo tibi rem existentem penes te ex causa commodati vel depositi eoipso videor velle quod habeatur pro tradita. ut in. §. vendite. ⁊. §. per traditionem. institutio. de rerum diuisione. ut sic contrariorum eadem sit disciplina. argumentum. l. ⁊ si contra. ff. de vulgari ⁊ pupilla. ⁊ facit quod habetur in. l. illud. ff. de acquirenda heredita. Nec obstat quod non interuenit actus similis priori: quia satis est quod interueniat equipollens. arg. eorum que not. in simili in l. preses. C. de sententijs ⁊ interlo. omni. iudi. per Bart. in dicta. l. ab emptione.

Qui alienum. Expense facte in culturam rei ex causa donationis nõ repetuntur. hoc dicit. ¶ Nota quod ubi impenditur in rem domini ex causa donationis licet dominus sit absens: tamen satis perficitur donatio: quia illud quod impenditur in consequentiam accedit rei in quam fit impẽsa tanquam pars eius. ⁊ ideo nulla potest postea fieri retentio. Et hoc clarum ubi constat de donatione. idem si ex iuris interpretatione presumeretur donatio. ut quia esset male fidei possessor qui excoluit. ut hic tetigit glossa.

Summarium.

1 Reus post crimen commissum donare potest.
2 Delictum non est in dubio presumendum.
3 Alienatio clam facta presumitur fraudulenta.
4 Libertas post commissum crimen est interdicta.

1 **Post contractum.** † Reus potest donare post crimẽ cõmissum ⁊ ante sententiam condemnatoriam. postea non. hoc dicit secundum lecturam glosse. Vel sic. Donatio facta a reo criminis valet nisi sequatur sententia condẽnatoria. hoc dicit secundum alium intellectum. Et differt hec secunda a prima: quia secundum primã valet indistincte donatio facta ante sententiam etiam si sequatur postea condemnatoria. Sed secũdũ secundam stat in suspenso quia si sequatur condemnatoria non valebit. si absolutoria valebit. istas opi. videtur glos. reducere ad concordiam in. l. si quis aliquis. j. titu. j. quia secunda habeat locum quando pene suspicione ⁊ sic in fraudem fit donatio. prima

habeat locũ quando absq; fraude facta fuit donatio. de quo hic per Dy. et Bar. quarta fuit opi. glo. in. l. ex iudiciorum. ff. de accu. qđ si fit ante litem contesta. valeat. sed si facta fuerit post licet ante sententiam non valebit. Sed certe cõtestatio nil debet operari ex quo principaliter non queritur de dominio sed de alio per nota. per glo. in. l. quãq. §. iul. s. ti. ff. Et quatenus dixi supra qđ nõ valeat si fiat ex suspicione pene seu in fraudem intellige quo ad defectum: quia de mero rigore tenet: sed venit reuocãda probata fraude. facit qđ habetur in. §. itẽ si quis in frau. insti. de actio. et de materia per Cy. in. l. si quis pro hac. C. de bo. proscrip. et aliquid per Butri. in. l. res que. C. de do. inter virum et vxo. et in Spec. in titu. de dona. §. j. ver. item pone aliquis. et etiã ibi per Jo. an. in addi. et clare hic per Bar. cuius dictis adde primo inquantũ circa primam presumptionem extendit. l. omnes. §. lucius. ff. de his que in frau. credi. que loquitur in donante etiã ad venditionem. nã hoc etiam aperte voluit glo. no. in. l. qui testium. s. de proba. Jtẽ adde qđ hoc videtur verum quãdo pro valde minori precio facta est vẽditio q valeat res. arg. no. in. l. si debitor. ff. de his que in frau. credi. et. l. j. §. si quis in fraudẽ. s. si qs in frau. pat. et in. c. nostrã. extra de emptio. et vendi. secus forte si pro iusto precio facta esset venditio: vel pro parum minori pecunia omnibus volentibus. sec⁹ forte si pecunia in occulto est tenta et non reperitur: vel nõ potest haberi. Et sic etiam possit procedere dictum Bar. cum tunc videat eadem ratio que in donatione. an autem fiscus teneatur tunc refundere precium emptori. tetigit Cy. in. l. pe. et fi. C. ad. l. iul. maie. et per Bar. in. l. si debitor. ff. de his que in frau. credi. nam videtur Bar. voluisse qđ ex quo facta fuit alienatio ante contractum crimen. et sic anteq perderet administrationem. et idem quãdo post in casibus in quibus non perditur administratio qđ est regulariter vt hic tetigit circa secundum tempus debeat tunc fiscus pecuniam offerre si reperiat eum in bonis delinquẽtis. alias secus cũ oportet emptorem esse participem fraudis vt fiat reuocatio. et sic videtur sibi imputandum. Sed Cy. in. d. l. fi. videtur velle qđ cum fiscus dicatur habere causam lucratiuam. facit qđ no. idẽ Bart. in. l. fi. C. de senten. pas. debeat refundere preciũ indifferenter. ar. l. j. §. si quid in fraudem. cum ibi no. per glo. s. si quid in frau. patro. nec obstat. d. l. si debitor. que loquitur quando creditor reuocat. et sic qui habet causam onerosam. Et hoc videtur verius per no. in. d. §. si quis in fraudem. ¶ Jtem adde secundo inquantum dicit circa secundam presumptionem qđ si donatur aliqua res cõiuncte persone: et ex hoc presumatur fraus licet fiat ante delictum commissum dummodo subesset causa propter quam delictum est postea commissum. nam hoc non videtur verum si aliqua cõiectura non concurrat. nam etiam ratio cõiunctionis sepe inducit ad donandum. facit qđ habetur in. l. si seruus communis. s. de dona.
2 inter vir. et vxo. et que no. in. l. que dotis. s. so. ma. † Et sic cum alia coniectura possit capi que non cadit in delictum nõ debemus in dubio presumere delictum vel fraudem arg. l. merito. s. pro socio. et pro hoc facit. l. data. quam ipse allegat pro se. C. de dona. vbi patet qđ circa insinuationem fiendam nulla sit differentia inter donationem factam coniuncte persone et factam extraneo licet illa fuerit inuenta propter fraudes vitandas et simulationes que in re coniuncto facilius fieri consueuerunt: vt ibi dicitur. Et sic licet sit promptior ratio inualidandi donationem propter nõ factam insinuationem quando facta est coniuncte persone q quando facta est extraneo: tamen non validatur donatio aliquo casu in coniuncta persona q in extraneo. fateor tamen qđ si donasset omnia bona cõiuncte persone qđ facilius et promptius presumeret fraus quã si extraneo licet vtrobiq facta presumat. Et idẽ in similibus casibus in quibus presumitur in extraneo. nec etiam obstat. l. pe. de bo. liber. quia ibi ratio subiecte materie satis innuit fraudem presumi ex eo q2 nõ erat simpliciter cõiuncta persona: sed erat persona subiecta potestati patroni: vt quia erat seruus vel filius in potestate institutus a liberto. Unde si patronus hoc sciens vẽdit seruum vel emãcipat filium cum potuerit prius querere q predictã hereditatem liberti: et nõ fecerit merito presumitur quod in fraudem fecerit vt sic possit habere contratabulas tanq preterit⁹ que ratio cessat in casu nostro. et maxime attẽto quod. s. dixi. et qđ habetur in. d. l. data. l. si seruus cõmunis. Et ideo istud dictũ Bar.
3 non videtur absq scrupulo. † Jtem adde tertio inquantum dicit circa quartam presumptionem quod si clam fuit facta alienatio presumitur facta fuisse in fraudem. Et subdit quod si fuit venditio oportet probari emptorem fraudem participasse. Nam forte potest dici quod hoc casu in dubio presumatur contra emptorem ex quo clandestine emit. l. fi. cum ibi nota. s. de ritu nup. Jtẽ adde inquantum tangit de donatione inter virum et vxorem. Et concludit quod si facta sit ante reatum commissum quod illa nõ reuocat nisi in casibus in qbus donatio inter viuos libera et absoluta alteri facta reuocaretur preterquã in duob⁹ casibus positis in. l. cũ hic status. §. si maritus. el secũdo. s. de donationib⁹ iter virum et vxorem. videlicet quando postea damnaretur memoria. vel quando sibi mortem intulisset conscientia criminis. nam iste casus secundus videtur debere intelligi quando intulit sibi mortem ex conscientia criminis propter quod poterat damnari memoria eius. per not. in. l. secunda. C. qui testamen. facere possunt. Et ex hoc habes vnum intellectum in dicto. §. scilicet quod intelligatur quando donatio fuit facta ante crimen commissum: sed sit speciale in casibus ibi positis. Aliuses t intellectus quod intelligatur quando fuit factum post crimen commissum. et ita intelligit glo. in. l. res que. C. de donationibus inter virum et vxorẽ. Sed precedens intellectus notabilior videtur. Et aduerte quia glossa in dicta. l. cum res. cum qua communiter transeunt doct. videtur velle quod quando donatio fit per virum vxori post contractum crimen tunc indistincte reuocetur si est crimen capitale: pro qua facit illa. l. a contrario sensu. Sed in contrarium videtur esse textum glo. in. d. l. si quis post hanc. in glo. super verbo largitione cũ duobus sequen. et in verbo vendicauerunt. que glosse videntur velle idem in hac donatione inter coniuges quod in alia inter viuos absolute. Et idem in donatione que fit per patrem filio in potestate. Sed si velis tenere glo. l. res que. potes respondere quod glo. in dicta. l. si quis. quatenus loquitur de donatione facta coniugi intelligatur de donatione propter nuptias de qua ibi loquitur ter. Sed glo. in. l. res que. procedat in alia donatione facta propter virum vxori. Jtem quatenus glo. in verbo vendicauerit loquitur de donatione facta filio in potestate intelligatur quando facta esset ante reatum. Sin autem postea idem sit in illa quod in donatione facta vxori nisi forte ex puilegio speciali princeps factã filiis reseruet. vnde de illa debet fieri mentio principi vt ibi litera innuit. ¶ Jtem adde circa secundum tempus inquantum dicit quod in casibus in quibus interdicta est administratio ex tempore commissi criminis. vt in crimine maiestatis non est interdicta alienatio necessaria. et ita intelligit. l. reos. de solutio. Nã ibi glo. tenet oppositum et etiam in. l. ex iudiciorum. infra de accusationibus. et videtur probari in lege finali. C. ad legem iuli. maiestatis. Sed potes dicere quod si fiat alienatio soluẽdo creditoribus procedat dictum Barto. nisi forte pro minori fiat datio in solutum. vt hic tetigit ad finem. Sed sibi non poterit solui ex quo interdicta est administratio. et ita procedat dicta glossa nisi forte quatenus esset expediens pro alimentis que lite pendente debent fieri. arg. l. fina. C. de ordine cogni. et. c. ex parte. extra de accusationibus.
4 ¶ † Jtem adde inquantum dicit de libertate quod speciale est in ea: quod in omni crimine intelligatur interdicta post crimen cõmissum et contractum. Nam pro hoc facit quia ex quo illa esset semel data non posset reuocari. institu. ex quibus cau. ma. non po. §. semel. ideo facilius impeditur. facit quod not. in lege ea lege. C. de condi. ob causam. Aduerte tamen quia hoc non videtur simpliciter verum: sed demum quando ex suspicione pene seu in fraudem fit manumissio per. l. qui pene. infra de manu. ibi vel cum facturum perspiceret etc. ideo videtur quod si delictum erat occultum et verisimiliter nõ debebat suspicari de pena si manumittat in casibus in quibus non est interdicta administratio videtur tenere datio libertatis per dictam. l. qui pene. a contrario sensu. et bene facit quod not. Cyn. in dicta. l. si quis post hanc. ¶ Ultimo adde inquantum dicit quod si post latam sententiam pendente appellatione alienat qđ fit reuocatio per viã attentati per. l. chirographis. §. fina. s. de administratione tutorum. Nam hoc non videtur verum quia pendentia appellationis non impedit fieri illud quod poterat fieri pendente causa principali. nec impedit quem vti possessione sua. facit quod habetur in. l. postq. §. imperator. s. vt lega. nomi. cauea. et in. c. primo et secundo. extra vt litis pendente. et in. c. non solum. de appellationibus in sexto. et in. l. si quis exheredato. §. irritum. et. §. ei qui. supra de iniusto testamento. nec obstat. d. l. chirographis. quia ibi non fuit facta reuocatio incontinenti ex eo quia facta esset post appellationem: sed ex eo quia fuit confirmata prima sententia: et demum post confirmationem dicitur ibi fieri reuocationem. quod non est mirandum: quia sic etiam reuocarentur alienata post accusationem pendente lite principali cum presumatur fieri in fraudem eoipso qđ lite pendente sunt facte. l. si. ff. de bonis eorum. et etiam hic Bar. dixit.

Summarium.

1 ¶ Uerba enunciatiua in voluntatib⁹ vltimis sunt dispositiua.
2 Dominium vtile an trãsferatur ex donatione causa mortis absq traditione.
3 Uerba enunciatiua per modum cause prolata dispositionem inducunt.
4 Uerba enunciatiua nõ disponunt nisi quatenus significatio verum patitur.
5 Uerba enunciatiua quando sint dispositiua.
6 Uerba enunciatiua ad honoratum relata non disponunt.
7 Uerba enunciatiua in rescriptis posita an probent.
8 Uerba enunciatiua an probent in iudiciis.
9 Uerba enunciatiua an disponant vel probent in contractibus posita.

Ex hac

a
1 Ex hac scriptura. † Verba enũciatiua in vltimis voluntati-
bus dispositionẽ inducũt. h.d. ⁋ In glos. scđa: ibi: vel
legatum. hec magis litere cõformatur ꝓpter id qđ di-
cit dominiũ ex scriptura perimere: qꝛ in vltima voluntate ex scri-
ptura transfertur dominium. ꝛ sic debet intelligi qđ huic scriptu
re adminus fuerunt presentes quinqꝫ testes. arg. l. fin. §. fin. C. de
codicil. Prima autem qđ fuerit donatio causa mortis non videt
procedere: qꝛ illa requirit partis presentiam. j. ti. j. l. in mortis. qꝛ
hic presupponitur fuisse: ꝛ quia si fuisset non perficiebat iure isto
nisi interueniret traditio vel stipulatio. nõ autem ex nudo pacto
licet hodie secus. vt no. glo. in. l. cũ pater. §. meuio. s. de leg. ij. ꝛ di-
xi in. l. in edibus. §. primo. ꝛ per hoc etiã patet qđ tertia expositio
non procedit: qꝛ licet pars fuisset presens: ꝛ ex quo confessio facta
fuisset cum causa probaretur. facit qđ not. Bart. in. l. prima. C. de
fal. cau. tamen ex quo cũ de se non erat obligatoria scđm hec tem-
pora nullã poterat producere actionem. sed hodie esset secus per
l. si quis argentũ. §. penul. C. eo. Aduerte tamen qꝛ cum facta fue-
rit mentio mortis presumeret potius donatio causa mortis quã
2 inter viuos. per notata per glo. in. l. seia. s. de dote preleg. ⁋ † Ad
uerte tamen qꝛ aliqui dicere voluerũt qđ ex donatione causa mor
tis transferatur vtile dominium absqꝫ aliqua traditione. sicut in
legatis de quibus in. l. a titio. j. de furtis. ꝛ dicunt esse casum sin-
gularem ꝛ non esse alibi in. l. secunda. coniuncta glo. scđm vnũ in-
tellectum. s. de publi. ꝛ bene facit qđ habetur eo. tit. l. cũ sponsus.
§. is cui. ꝛ. l. quemcunqꝫ. in principio. Sed certe hoc non videt ve-
rum in donatione causa mortis stricte ꝛ proprie sumpta: qꝛ illa re
quirit presentiam partis: ꝛ qđ interueniat traditio vel stipulatio
scđm iura ista: nec perficiebatur nudo pacto. vt. s. dixi. ꝛ not. glo.
in. d. §. meuio. ꝛ bene facit qđ no. Bar. in. l. prima. ad finẽ. j. titu. j.
Nam ꝛ in donatione causa mortis: ꝛ sicut non transibat aliquod
dominium sine traditione: nec etiam hodie videtur transire. vn-
de si filiusfa. qui non potest vltimam voluntatem cõdere donasset
de cõsensu patris scđm ista tempora rem aliquam si non esset fa-
cta traditio non erat donatio perfecta nisi interuenisset stipula-
tio. hodie esset secus: tamen non transiret dominiũ sine traditio-
ne. vt. s. dixi. Sed in donatione causa mortis late sumpta que ha-
bet in effectu vim vltime voluntatis. vt quando quis causa mor-
tis donaret absenti esset quis sui iuris. facit qđ no. glo. ꝛ Cyn. in
l. prima. C. de donatio. causa mortis. posset ꝓcedere qđ tunc trã-
ibit dominium in donatarium sicut in legatis absqꝫ traditione.
intellige tamen qđ tunc transibit non incontinenti: sed ex tempo
re mortis donatoris cũ in effectu talis donatio habeatur pro vlti
ma voluntate. ꝛ sic a morte debet transire. d. l. a titio. ⁋ In eadẽ
glo. ibi solu. hic de benignitate. Hec prima non est bona qꝛ sapit
correctionem per. l. cotẽ. s. tit. j. Similiter nec sequens per ea que
dixit hic Barto. ideo dic qđ hic proferuntur verba enunciatiua
principaliter propter se. in contrario propter aliud per modum
conditionis. quo casu non disponit in eo qđ conditionaliter po-
nitur. sed in antecedenti. quandoqꝫ disponitur per. l. deniqꝫ. §. in-
terdum. s. de pec. leg. Sed aduerte quia ille. §. aliqualiter est du-
bius. nã in principio videtur loqui quãdo testator legauit liber-
tatem seruo si rationes reddiderit ꝛ si centũ heredibus intulis-
set. nec dicit ex peculio. sed in fine videtur dicere ꝛ loqui quando
testator dixit si cẽtum ex peculio heredibus intulisses. potes dice
re qđ principium declaratur per finem. arg. l. si seruus pluriũ. §.
fin. s. de leg. j. vel potes dicere secũdo qđ semper tacite videt sub-
intelligi ex peculio cum testator videatur semper in dubio dare
sibi potestatem implendi talẽ conditionem de peculio per. l. iij.
§. penul. ꝛ fin. cum ibi no. s. de condic. ob cau. Sed aduerte quia
scđm hoc videretur qđ semper tacite peculium intelligeretur ipsi
seruo legatum. quod videtur contra no. in dicta. l. iij. §. fin. cũ ibi
nota. per glo. Sed potes dicere qđ peculium tunc videatur lega
tum seruo quando iussus est dare heredibus quasi tunc mens te-
statoris fuerit qđ heredes aliud de peculio nõ habeant. arg. l. cũ
pretor. s de indi. ꝛ. l. maritus. C. de procu. ꝛ sic loquatur. §. inter-
dum. secus quando iussus est dare extraneo simpliciter: quia tunc
non videtur peculium rei legatum. Nam ꝛ aliunde etiam posset
implere forte ex pecunia data ab amico. ꝛ sic loquitur quod ha-
betur in dicto. §. pe. ꝛ fin. nam tunc licet voluerit extraneum pos-
se habere de peculio quantitatem illam non per hoc sequitur qđ
heredes toto peculio voluerit priuare. ꝛ de intellectu illius. §. ꝛ. l.
paulus. s. de vsufru. hic tetigit Bar. ego tetigi aliquid in. l. centu-
rio. de vul. ꝛ pupil. ⁋ In eadẽ glo. ibi hic testator vsus est. hec pri-
ma sol. vera que ꝓcedit etiã si certa species fuerit expressata. Sed
vbi fuissent verba preteriti tẽporis in cõtrario: tunc distingui dꝫ
3 an certa species fuisset expressa vel nõ † cum verba enũciatiua per
modũ cause prolata inducãt dispositionẽ. l. qui voleb t. de hered.
insti. facit qđ infra dicetur. Et ita põt procedere vltima sol. infra
posita. ⁋ In eadem glo. ibi. demõstrando. ꝛ pro hoc bene facit. l.
ex his verbis. C. de testa. mi. vbi videtur speciale in milite qđ ver-
ba enũciatiua causa demõstrationis apposita disponãt. ꝛ sic vide
tur in contrariũ ius cõmune. l. ius singulare. s. de legi. ⁋ Sed ad-
uerte: qꝛ licet communiter dicatur qđ ibi verba enũciatiua dispo-
nunt in milite tamen non videtur illud cõtingere quod ibi dici-
tur propter verba enũciatiua: qꝛ etiã sine illis eo ipso qđ miles le-
gat seruo suo videt legare velle libertatẽ vt est textus singularis
cum glo. in. l. lucius. §. j. supra de testa. mi. ꝛ facit qđ not. glos. in. l.
seruius. C. de lega. ⁋ In eadem glo. ibi da illi decem debuisset di-
cere heres mi dato decem vt patet ex dicta. l. cum tale. §. fin. ꝛ qꝛ si
debuisset vt dixit glo. videretur tunc induci legatum solum in cen
tum ei quem grauauit per. l. deniqꝫ. §. interdum supra alle. ꝛ. l. pro
culus supra de vsufru. Aliqui tamen transeunt cum glo. simplici-
ter. ꝛ respondent ad. §. interduẽ. qđ licet poterat iste dare illa de-
cem aliunde quam de centum si seruus non potuisset aliunde da
re qꝛ non habebat. Sed certe hoc non habebat tollere cõtrarium
tamen quia hic non erat iussus dare simpliciter decem. sed decem
de centum legatis quod fieri non poterat nisi illa centum habe-
ret. ⁋ Item seruus potuisset habere aliunde puta ab amico vt su
pra tetigi. ⁋ In eadem glo. ibi naturaliter possideret. facit. l. pe-
4 nes. j. de ver. signi. † Et sic verba enunciatiua non inducunt dispo
sitionẽ vltra quam importet significatio verborũ qꝛ significatio
verborũ nõ importabat illud qđ volebat ibi mulier vt ptꝫ ex. d. l.
penes. qꝛ dicebatur potius esse penes maritũ quã penes vxorem.
Alij tamen dicunt qđ ibi non disponũt qꝛ si ea esset vera esset su-
peruacua dispositio. l. petita. supra de lib. leg. Si autem esset falsa
fundatur legatum super causa finali et faceret deficere legatum
nisi probaretur qđ eodem modo esset legaturus. ꝛ sic quod fuisset
causa impulsiua per. l. cum tale. §. falsam. j. de conditio. ꝛ demon.
Sed certe si testator sciebat falsum esse qđ enunciabat prout presu
mitur scire quando ex facto suo dependet vt ibi erat non potest
dici aliud nisi qđ voluit liberationem linquere vxori: ideo prece-
dens solu. plus placet glos. tamen in. l. emptor. §. ancilla. s. de rei
vendi. dixit quod in. d. §. grauis. inducũt quantũ ad exceptionẽ:
sed non quantum ad actionem. sed certe nec quo ad exceptionem
etiam inducũt scđm verũ intellectũ vt patet ex predictis. ⁋ In ea
dem glo. in fi. Sol. qđ ibi volebat habere ex causa donationis in-
ter viuos: quod fieri nõ poterat cum illa requirat presentiã par-
tis ꝛ traditionem vel stipulationem iure isto. hic autem habebat
ex iure legati seu fideicõ. vt supra dictũ fuit. Et adde quod habe-
5 tur in. l. si donatio. C. eo. ⁋ † Et de materia an ꝛ quãdo verba enũ
ciatiua disponãt siue proferantur principaliter propter se siue in-
cidenter propter aliud in vi conditionis vel demõstrationis vel
cause. tetigit Cynus in. l. j. C. de fal. cau. ꝛ aliquid etiam per eum
in. l. non epistolis. ꝛ. l. nudis. C. de proba. ꝛ aliquid per Bart. ibi-
dem. ꝛ in. l. qđ senatus. §. j. supra de libe. agno. ꝛ hic plenius. Cu-
ius dictis adde primo inquantũ dixit an verba enunciatiua pro-
lata per modum cause inducant dispositionem quo ad actionem
nam hic simpliciter tenet qđ sic. sed in. l. si socer. §. lucius. s. solu.
matri. dixit hoc verum quo ad actionem personalem: sed nõ quo
ad realem. ꝛ sic saluat glos. in. l. emptor. §. ancilla. Sed de hoc dic
6 vt ibi dixi. ⁋ † Item adde secundo inquantum dicit qđ si verba
enunciatiua referuntur ad honoratũ qđ tunc non disponunt. Et
sic videtur qđ aliud sit dicere scio Titie qđ heres meus dabit ti-
bi centum: ꝛ aliud dicere scio heres mi qđ dabis Titio centum.
ꝛ ita etiã videtur sentire Cy. in. l. j. C. de fal. cau. Sed põt dici qđ
vtrobiqꝫ inducant dispositionem ne testator reperiatur frustrari
in fide quam habuit de herede. arg. l. vnum ex familia. in ratione
sui. §. finali. supra de legatis secundo. Nec obst. l. generali. de vsu-
fruc. lega. qꝛ ibi fuerunt adiecta aliqua verba ex quibus poterat
colligi testatorem potius loqui consultiue quã dispositiue. vt pa-
tet ibi ex litera. ꝛ etiam ibi sensit glos. ⁋ Item adde inquantum
dixit qđ si testator aliquid ponit in fide heredis qđ dũmodo hoc
constet debetur etiam si minus solenni dispositione sit factũ per
l. fi. C. de fideicom. Nam hoc videtur verum quando de hoc con-
stat per sacramentum heredis. Sed si legatarius vellet per testes
docere licet diceret qđ fuit confisus de fide heredis non posset nisi
per solennem numerum testium per nota. in. d. l. fi. ad finem. Et
qꝛ al's de facili posset excogitari fraus quando non posset habere
quis plures testes: qꝛ sẽp posset dicere qđ de fide heredis fuisset
confisus. ꝛ sic eluderentur leges que solennem numerum testium
7 exigunt. ⁋ † Item adde inquãtum dicit de rescrip. an verba enũ
ciatiua in eis probent: quia si ex eis non fundatur intentio dispo
nentis non probant si sunt enunciatiua propter aliud prolata. vt
in. c. si papa. de priuile. in. vj. nec si fundatur intentio disponentis
tunc probant. ꝛ si sunt de facto Pape non potest probari contra-
rium directe. Sed si de facto alieno probant donec probetur con-
trarium. vt in ca. literis. de probatio. in clemen. Et hec in rescri-
pto principis vel pape. In rescripto inferioris est dicẽdum vt ibi
tetigit glos. ꝛ doc. ibidem. ꝛ in. c. possessionem. extra de probatio.
8 ⁋ † Item adde ei quod tangit de enunciatiuis in iudicijs. Nam
potest dici si sunt enunciatiua propter aliud prolata incidenter.
puta quia dico quod talis tenet tales res tãquam coheres meus
ago contra ipsum famil. hercis. potest dici qđ non probent nec di-

a ⁋ Ex hac. ad de qđ hec lex fallit vbi verba ꝓnũciatiua essent ꝓlata ad diminutionẽ: qꝛ tũc nõ inducũt dispositionẽ. tex. in l. legata iutiliter. de le. j. Ant. de but. in. c. fi. de succes. ab itesta. Cy. i. l. j. C. de fal. ca. adiec. leg. Cy. in. l. nudis. ꝛ i. l. nõ epistolis C. de proba. bart. in. l. cũ proponeret. de lega. ij.

sponant. ꝛ ideo non preiudicant ante sententiam. et ita loquitur l. qui familie. secundum vnum intellectum. ff. fami. hercis. sin autē proferētur pro se. puta quia dico in libello talis est coheres meus Item tenet tales res: quia ago cōtra ipsum fami. hercis. tunc hoc casu posset dici ꝙ esset considerandum an talis confessio emanet circa preparatoria iudicij an circa decisoria. Et qualiter cōfessio in talibus preiudicet. habetur plene in. l. secūda. ff. de confessis. Et si esset casus mixtus sicut videretur esse in. d. l. qui familie. qꝛ agēs debet pbare etiam se coheredem videtur qđ sit iudicandū vt de tendentibus ad preparationem. Et sic possit reuocari post lit. cōtesta. vt ibi est casus secundum alium intellectum. Et secundum predicta videretur intelligenda. l. cum precum. C. de libe. causa. Et sic ibi intelligit Jac. de de belui. inquantum dicit eam intelligendam ſm nota. in. d. l. qui familie. ¶ † Ultimo inquantū tāgit

4 aduerte inquantum dixit Innocentius ⁊ Joãnes andre.†quod vouens sub conditione si sibi remaneat tale quid:quod tunc valet votum ⁊ ingressus.quia deus non consentit tali conditioni licet consentiat minister recipiens votum vice dei.⁊ sic vult quod votum valeat vt purum reiecta conditione.quod etiam tenuerunt aliqui fauore religionis:vt Bartolus refert in auc.ingressi. C.de sacrosan.ecclesĳs.non videtur bene dictum.quia ex quo votum emittitur conditionaliter videtur quod non obliget pure: licet conditio non sit de se licita:vt videtur voluisse Innocentius in capitu.scriptura.extra de voto.⁊ pro hoc etiam facit quod habetur in capitu.fina.xxxĳ.questione vltima.vbi absolute dicitur quod votum conditionale non obligat pure.⁊ pro hac parte etiam facit quod nullo iure videtur hoc cautum quod talis conditio reĳciatur de tali voto.imo potius oppositum per dictum capitu.finale.xxxĳ.questione vltima.et per dictum capitulo finale.de conditio.appositis.argnendo de matrimonio carnali ad spirituale.argumento capituli secundi de translatio.prelatorum Et sic videtur quod sicut conditio contra substantiam matrimonĳ carnalis vitiat illud sic vitiet matrimonium spirituale conditio apposita contra substantiam contractus.et hoc etiam tenuit Martinus.sillima.⁊ Bartolus in dicta auc.ingressi.Nõ obstat quod habetur in.c.insinuãte.extra qui cleri.vel vouen.quia potest intelligi primo quod ibi fuit emissum solum votum castitatis vt sonat litera.non autem votum paupertatis: vt etiam ibi tetigit Innocentius.⁊ in.c.fraternitatis.de frigi.⁊ male.Uel secundo potest intelligi quod ibi non constabat quod vellet retinere quo ad proprietatem.vnde in dubio intelligitur quod velit retinere quo ad vsum conniuentibus oculis abbatis.argumẽto.l.iiĳ.infra de manu.Et sic etiam sensit Innocentius ibi secundum alium intellectum.⁊ Bartolus ⁊ Baldus in dicta auc.ingressi.Uel tertio ibi votum non fuit conditionale sed modale.⁊ ideo quasi pactum sit contra substantiam actus reĳcitur tunc de medio per.l.cum precario.ff.de precarĳs.⁊ sic longa est differẽtia an dicatur voueo talem religionẽ si res talis remaneat mihi quo ad dominium.vel si talis rei dominium remaneat mihi.an dicatur voueo talem religionem hoc acto quod talis rei dominium remaneat mihi.quia primo casu vitiabitur ingressus non secundo.⁊ hoc sequitur Butriga.in auc.ingressi.⁊ per hoc etiam videretur quod si in.l.cum precario.verba generaliter ponerentur. puta concedo precario fundum si mihi non liceat reuocare quod tunc vitiaretur actus quasi in se repugnãtiam continens ⁊ quia nunquam actus fuit purus.⁊ pro hoc etiam videretur quod si in dicto capitu.fina.matrimonium contraheretur hac forma.puta cõtraho tecum matrimonium hoc pacto vt procreationẽ prolis euites.quod tunc forte teneret matrimoniũ ⁊ vitiaretur pactum tanquam contra substantiam contractus per dictam.l.cũ precario.quod esset singulariter notandum pro limitatione illius.c.Aduerte tamen quia in practica vbi sunt opi.circa articulum matrimonĳ consuluit alibi Joan.an.quod in dubio adhereatur opi.fauenti matrimonio:quia illa est fauorabilior ⁊ minus periculi habet in se in;capi.ĳ.extra de cognatione spirituali. ¶Ultimo nõ ob.predictis quod habetur in.l.insulam.ff.de prescriptis verbis.quia ibi non erat proprie pactum contra substantiam contractus iam in esse deducti.sed faciebat deficere substantilia contractus quẽ prima facie verba sonare videbantur.ideo tunc transfert in contractu quem in effectu voluerunt partes nõ attento sono verborum.⁊ potissime quia ibi secundum latam significationem verba poterant congruere cõtractui qui resultat. nam ibi dixerat vendo insulam pro tali fundo ⁊ nõ est venditio sed contractus permutationis qui etiam late potest dici vẽditio. l.statu liberi.§.quintus.ff.de sta.libe.

Auunculo. ¶Qui contra voluntatem defuncti petit exceptione doli mali repellitur.hoc dicit.¶Nota quod per actum liberatorium perficitur donatio licet traditio aliqua nõ interueniat.facit.l.in edibus.primo responso.ff.ti.j.Sic etiã dicimus ꝙ sñia absolutoria trahit secum executionem.facit qđ habetur in.l.j.

in.l.j.§.si debitori.j.vt in posses.leg.⁊ quod no.Innocen.extra de
concel.preben.c.cum nostris.⁊ Bart.j.de re iudi.l.miles.§.fina.

Summarium.

1 Dominium sub conditione transferri potest.
2 Donatio causa mortis reuocari ⁊ resolui potest.
3 Conditio cum rei vendicatione potest concurrere.

SI mortis. Si dominium non est transla
tum in donatariũ causa mortis
dominus repetit rei vendicatione directa resoluta do
natione: alias repetit vtili rei vendicatione vel condi
1 ctione.h.d.cum.l.seq. †No. quod dominium potest transferri
sub conditione.⁊ tunc demum transit dominium quando euenit
2 cõditio. †Item nota donationem causa mortis reuocari ⁊ re-
solui si conualescat donator siue predecedat donatarius siue peni
teat donatorem.facit quod habetur in.l.nõ omnes.s.si cer.peta.
3 †Item nota quod condictio potest concurrere cũ rei vendica.
quando agens non est directo dominus sed vtiliter tantum.l.ij.
s.vsufruc.quemad.ca. In gloss.super.in rem.ibi ex vi pacti.
subaudi expressi vel etiam taciti. Nam tacite videtur agi qd re-
soluatur donatio in casibus de quibus dixi in notabilibus.l.nõ
omnis.si cer.peta.⁊ insti.e.§.j. In ea.glo.ibi in vltimis volun-
tatibus. subaudi et similiter in hac donatione causa mortis que
eis equiparatur.l.marcelius.§.j.⁊ ibi no.s.eodem. In gl.qui
mortis ibi vel proprie.hec secunda communiter tenetur vt sic pos
sit concurrere condictio cum rei vendi.quando agens non est di
recto dominus sed vtiliter: quia tunc conditio competit respectu
dominij directi aduocãdi: rei vendica.competit vt fiat restitutio
ratione vtilis dominij.⁊ ita debet intelligi quod habetur in.l.j.
C.de dona.que sub mo. In ea.glo.ibi preterq̃ a fure. Sed quo-
modo contra furem poterit dari cõdictio ex quo agens est domi
nus ⁊ condictio detur ad dandum: vt in.§.sic itaq;.insti.de actio.
glo.in.d.§.sic itaq;.dicit quod non dabitur ad dandum hoc casu
sed dabitur ad restituendum ⁊ erit speciale odio furis: vt actio
que consueuit sui natura dari ad dandum modo detur ad resti-
tuendum. Sed hec expositio videtur violare.l.fi.hic allega. vnde
glo.ibi subdit quod tunc cõdictio dabitur ratione possessionis.
Sed certe in hoc nulla esset specialitas cõtra furem: quia posses-
sio bene potest aduocari per possessionem.l.indebiti.§.si nummi
s.de condi.inde.⁊.l.j.⁊.ij.de condi.triti. Nam etiam vt ibi patet
aliud est res: aliud est possessio.facit.l.si duo.ad fi.j.vti poss. Iura
autem non prohibent condici possessionem rei sue. imo videtur
permitti per dicta iura.maxime coniuncta glo.in.d.l.j.⁊.ij.sed be
ne prohibent rem suam condici preterq̃ a fure. Bar.autem in.l.
scire debemus.§.si a fure.j.de verb.oblig.dicit speciale in fure qd
sustineatur libellus intentatus contra eum in quo petatur con-
demnari ad ipsam rem furatam dandam quanq̃ ex processu ap-
pareat illum esse agentis licet alias libellus redderetur ineptus
facit quod habetur in.c.examinata extra de iud. Non põt tamen
negari quin dare in effectu hoc casu non importet restitutionem
ex quo agens est dominus.

Summarium.

1 Filij mortuo patre dicuntur mortis causa capere emphiteo-
sim pro se et filijs acceptam a patre.
2 Donatio perficitur per acceptilationem causa mortis.

MOrtis. Ubi speciale nomen non cadit quando
aliquid occasione mortis datur mortis
causa capio nuncupatur.h.d. In tex.ibi: separãtur
secundum propriam ⁊ strictam significationem.secus
secundum latam: vt notat.j.in.§.siue.in gloss.super ver.rursus.
1 †Not.argu.quod quando pater accipit rem in emphiteosim
pro se ⁊ filijs quia filij post mortem patris veniunt dicuntur mor-
tis causa capere.⁊ sic videtur quod inter eos habeat locum ius
accrescendi.argu.l.thays.§.stichus.j.de fideicom.lib.de quo per
Bar.in.l.si mihi ⁊ titio.j.de verbo.oblig.
2 **Iuliano.** †Per acceptilationem mortis causa perfici-
potest donatio: licet debitor cui accepto latũ
est non fuerit soluendo.h.d. No.quod quis sibi ipsi semper di
citur esse soluendo.

Sine donatione. Omnes isti qui accipiunt mo
dis hic in litera expssatis non
dicuntur accipere ex donatione causa mortis sed ex causa mortis
capione.hoc dicit.

Si iusseris. Ex donatione causa mortis quis intantũ
capit inquantum exigit vel inquantum li
beratur.h.d. In gloss.fi.ibi vel iunge. Hec videtur melior ne
alias iste.§.fi.sit superfluus per.§.iuliano.ideo melius est dicere
quod ibi donator liberauit debitorem.hic autem donatarius cui
cui facta fuerat promissio liberauit.⁊ sic censetur tantam pecuniã
recepisse in quantam erat obligatus debitor ⁊ tantam tenebitur
restituere resoluta donatione.⁊ hoc velit no.iste tex.

NOn videtur. Non dicitur donatio causa
mortis perfecta irreuocabi-
liter nisi mortuo donatore. hoc dicit. Nota qd non
censetur perfectum id quod irreuocabiliter nõ est per-
fectum.facit quod habetur in.l.penulti.ad finem.C.de his qui.vt
indig.als.C.ad silleia. In glo.j.in fine.Solu.quod hic erat du
bium an reuerteretur ad donatorem.ibi autem dominium pecu-
nie statim ex pacto debebat reuerti ad dantem.ideo tũc non trãs-
fertur dominium: vt ibi dicitur.

QUi alienam. Qui vsucapit rem sibi dona
tam causa mortis non vide
tur eam habere a vero domino sed a donatore.hoc di
cit. Nota qd donatarius causa mortis resoluta do-
natione tenet restituere rem cum eo quod acquisiuit. facit qd ha-
betur in.l.cum quis.s.de condi.ob cau.

MOrtis causa. Etiam per annuam stipula
tionem potest mortis causa
donari.h.d. In glos.super ver.exactio.ibi: vt in vita
incipiat.subaudi.⁊ tunc illud intelligitur nisi resolua
tur donatio altero de modis qui habentur in.l.si mortis.cum.l.
sequen.supra eodem. In glos.exactio.in fine. Et aduerte quia
hec lex põt dupliciter intelligi.vno modo vt illa verba scz vt post
mortem sint de forma stipulationis: ⁊ tunc est sensus quod stipu-
latio fuit hoc modo cõcepta: promittis mihi decem in annos sin-
gulos quo ad viuam.s.eo pacto vt post mortem tui promissoris
incipiat exactio.alio modo põt intelligi vt illa verba scilicet post
mortem sint verba iurisconsulti et tunc est sensus quod stipulatio
fuit hoc modo concepta. promittis mihi decem in annos singu-
los quo ad viuam ex causa donationis causa mortis.⁊ tunc decla
ratur in ver.scilicet.qd in dubio post promissoris mortẽ incipiat
exactio.nec mirum: quia ex quo speratur posse resolui aliquo casu
ipsa promissio: vt ptz ex nota.in.l.si mortis.cum sequen.supra eo-
dem. Nimirum si ante non incipit exactio.argu.l.pecuniam.cum
ibi not.supra si certum pet.secus si expresse esset actum qd exactio
posset fieri in vita. Nam tunc videretur qd transeat in speciem do
nationis inter viuos.arg.l.vbi ita donatur.supra eodem.saltem
quo ad talem effectum exactionis. An autem in casu dubij possit
fieri exactio post mortem promissoris solum pro tempore curren-
te post ipsam mortem. An etiam pro tempore quo currit in vita
promissoris.litera hec non clare aperit.nam licet dicat quod in-
cipiat exactio post mortem promissoris.non tamẽ dicit precise qd
solum pro tempore currente post mortem promissoris.⁊ sic posset
intelligi etiam pro tempore ante mortem. Sed forte verius vide-
tur quod solum pro tempore post mortẽ. Sic etiam videmus in
legatis quod si testator relinquat aliquid annuum nõ inspicimus
tempus testamenti sed tempus mortis.l.in singulos.⁊.l.cum in
annos.supra de annu.lega. Hec autem donatio causa mortis re-
gulariter equiparatur legatis.l.marcellus.§.j.s.eodẽ.⁊.j.eo.l.il-
lud.pro hoc etiam facit.l.in mortis.supra eodem.vbi in donatio-
ne causa mortis inspicitur tempus mortis sicut in legatis. Et pro
hoc etiã facit: quia ex quo verba sunt ambigua interpretatio de-
beat fieri contra stipulatorẽ.arg.l.veteribus.supra de pac. Cum
ergo quando quis promittit titio decem singulis annis quo ad
viuet titius ex causa donationis causa mortis: ⁊ videat esse mẽs
promissoris quod post mortem incipiat exactio propter causam
donationis causa mortis vt hic vult litera. Et possit intelligi qd
velit quod incipiat omni respectu post mortem ipsius promisso-
ris. Et sic solum pro tempore futuro post mortem possit etiam in
telligi quod incipiat post mortem etiam pro tempore ante mortẽ.
ergo in dubio vt dixi fiet interpretatio contra stipulatorem. Et
hoc satis forte videtur esse de mente promissoris ex quo facit ex
causa donationis causa mortis cuius scit esse naturam: vt in illa
inspiciatur tempus mortis: vt.d.l.in mortis.⁊ facit quod habe-
tur in.l.j.C.vt actio.ab here.⁊ contra hered.⁊ quod no.Barto.in
l.ita stipulatus.circa fi.j.de verbo.obliga.

Summarium.

1 Donatio causa mortis est assimilanda legatis.
2 Donatio vnde dicatur.
3 Donatio causa mortis differt ab ea que fit inter viuos.
4 Donatio propria inter viuos vera ⁊ absoluta dicitur.
5 Donatio causa mortis fieri potest pluribus modis.
6 Societas per donationem causa mortis non contrahitur.
7 Accessorium rumpitur rupto principali.
8 Stipulatio annua in quo differat a legato.

1 **SEnatus.** Ei potest mortis causa donari cui
et legari.hoc dicit. †Nota qd cõ-
paratur donatio causa mortis legatis quo ad disposi-
tionem passiuam personarum in qua fit dispositio: se
cus quo ad dispositionem actiuam vt patet in.l.tam is.supra eo-

dem. facit quod habetur in. §. legare. insti. de lega. vbi ponuntur
persone incapaces.

Ex hoc. Ponit differentiam inter donationem inter vi-
uos ⁊ donationẽ causa mortis ⁊ hoc sit loco sum
2 me vsq; ad. §. mortis. ¶ † No. vnde dicatur donatio. † Et no. etiã
3 in quo differat donatio causa mortis a donatione inter viuos.
4 ¶ † Item nota quod donatio propria inter viuos dicitur vera ⁊
absoluta. de quo in. l. j. s. titu. j. ¶ Item nota quod datum ob cau
sam repetitur causa nõ sequuta. ¶ In glo. super ver. ⁊ facias. ibi
⁊ postea consecutiue. hoc posset tolerari in duobus vltimis in qui
bus potius apponitur conditio quam modus. Sed in secundo
exemplo videtur idẽ quod in primo cũ per omnia sit eadẽ ratio.

5 **Mortis.** ¶ † Donatio causa mortis potest fieri pluribus
modis hic in litera expressatis. hoc dicit. ¶ In
textu ibi: metu mortis. dicit glo. s. presentis. Et innuit hunc esse
diuersum casum a sequentibus. Et scd̃m hoc potest exemplificari
in eo qui est infirmus tali infirmitate quod omnino desperatur
de eius vita. sed in sequentibus non erat certum ex periculo om-
nino moriturum siue esset presens siue esset in naui ⁊ iam cepisset
tempus aptum ad naufragium siue esset futurum: vt quia non-
dum incepisset. posset tamen intelligi litera dum dicit metu mor-
tis: scilicet surgente. aut ex presenti periculo ⁊c. ⁊ sic non esset ca-
sus per se. ¶ In gl. super ver. res non reddatur. ibi: vel conualue
rit. No. bene glo. hanc quia videtur contra opi. Jac. de are. ⁊ bar.
in. l. si alienam. s. eo. vbi in effectu quod hic ⁊ ibi dicitur in ver. nã
⁊ si. exponunt omnino non reddatur id est nullo alio modo reuo
cetur nisi per conualescentiam. Sed salua vtrunq; dictum: quia
hic loquitur in conualescentia aliquali per quã perfecte non fuit
liberatus ex illa infirmitate. Ibi de conualescentia per quam per
fecte fuit liberatus facit quod habetur in. l. alumne. §. fi. s. de adi-
men. lega. ⁊ in. l. iij. s. e. ¶ In glo. super ver. decesserit. ibi: per peni
tentiam. Et sic quo ad quid videtur sapere naturam donationis
inter viuos. ⁊ per consequens quo ad casus in quibus sapit natu
ram donationis inter viuos non erit locus penitentie. Contra-
rium tamen sensit gl. in. l. si alienam. §. j. ver. qui accepit. s. eo. nisi
concordando velis dicere quod illa loquitur quando expresse fa-
cio mentionem prioris voluntatis. hic secus. tamen veritas est qd̃
etiam si faciat dictam emptionem reuocare non potest vt ibi di-
ctum fuit.

6 **Si quis.** † Societas per donationem causa mortis non
potest contrahi. h. d. ¶ Not. quod dixi in sum-
mario. Et in casu isto licet non sit societas seu contractus societa-
tis: an saltem erit contractus donationis: vt sic ex illo possit pete
tere dimidiam lucri sicut si esset socius. est glo. valde not. ⁊ sina.
in. l. v. §. fi. s. pro so. ⁊ eam sequitur hic Bar. per. l. empti fides. C.
de contrahen. emp. Sed fortiter contra illa facit gl. quod vbi tra
ctatur de obligatione inducenda si non valet res vt ago non va
let vt valere potest. l. j. §. eum qui. s. de consti. pecu. vnde forte illa
glo. non est vera. Nec obst. d. l. empti. quia ibi loquit᷑ quãdo simu
labatur venditio ⁊ in veritate fiebat donatio. quo casu attendi
debet quod in veritate agitur. l. j. C. plus va. quod agi. vel si vis
saluare illam glo. dic quod hic transit in obligationem expressa-
tam cum hic fuerit expresse causa donationis causa mortis. secus
in. d. l. j. §. eum qui. ⁊ pro dicta etiam glo. facit quod habetur in. l.
insulam. s. de prescrip. ver.

Si duobus. Liberato per donationem causa mortis
vno conreo alter etiam intelligitur libe-
ratus ⁊ donatione reuocata vterq; tenetur. ⁊ in electione donan
tis est quem conueniat. hoc dicit. ¶ Not. quod quis intelligitur
tantam pecuniam recipere in quantam liberatur. facit. l. si mu-
7 lier. s. de condi. ob cau. ¶ † Not. quod rupto principali rumpitur
accessorium seu consecutiuum. facit. l. si sponsus. §. j. s. de do. inter
virum ⁊ vxorem. ¶ In gl. super ver. vtri eorum. ibi: ⁊ hoc accipe.
Hec limitatio glo. respicit sequentia in glo. videlicet an vno reo-
rum debendi liberato alter intelligatur liberatus. Sed quo ad
tex. non est expediens: quia multo fortius procedit litera quãdo
alter eorum non esset capax donationis. ⁊ de materia plene in. l.
ex duobus. j. de duo. reis.

8 **Si quis.** ¶ Stipulatio ãnua mortis causa facta est vna
legata vero ãnua sunt plura. hoc dicit. ¶ † No.
quod stipulatio annua differt a legato in eo quod hic dicitur. nõ
videtur tamen differre in alio. videlicet quo ad exactionem quia
vtrobiq; solum post mortem incipit exactio. l. mortis causa dona
tio. s. eodem. ¶ No. quod in stipulatione inspicitur semel tamen
conditio stipulatoris. secus in legato annuo. ¶ In gloss. prima.
ibi: sed illud. hec prima communiter tenetur. licet contra ipsam
faciat quod propter naturam distributiui singulos videatur qd̃
perinde debeat haberi ac si esset facta expressio. et maxime atten-
to eo quod no. in. l. pluribus. §. j. Bart. dubitauit fortiter de hoc
contrario in. l. si stichum. §. stipulatio. j. de ver. oblig. ⁊ ibi non sol
uit. sed voluit soluere in. l. si seruus communis meuij. §. fin. de sti-
pu. ser. Sed dic plenius vt vtrobiq; dixi. ¶ In ea. gloss. ibi: sol-
ue scd̃m Azo. Hec sol. non est bona. nec etiam alie que infra tan-
guntur. vnde solue quod in contrario fuit facta dinumeratio tẽ-
porum expresse. hic secus vt ibi no. ⁊ ibi plene dixi. ¶ In eadem
glo. ibi: sed ibi promisit fideiussor. Aduerte quia sensit glo. quod
si colonus promisisset cum distinctione temporum expressa: quia
si fideiussor simpliciter promittat id quod colonus ꝓmisit quod
promissio erit vnica. Sed contra hoc facit: quia ex vi repetitionis
et relationis videtur haberi ac si in obligatione fideiussoris sit
facta expressio. arg. l. titia. §. fi. de verb. oblig. ⁊ l. pluribus. in pn.
eodem titu. ⁊ sentit gloss. s. in sol. primi contrarij. Ideo forte hec
glo. non est vera. nec ob. illa. l. si a colono. quia ibi obligatio colo-
ni fuerat vnica. quia facta sine diminutione temporum. ¶ In ea.
glo. in fi. No. signanter hanc sol. ad limitationem. l. si stichum. §.
stipulatio. j. de verb. oblig. ¶ In gl. fi. ibi scilicet tempore mortis.
No. bene qd̃ in ꝓmissione facta ex cã donationis causa mortis in
spici debet tempus mortis. Et sic facit ad ea que dixi in. l. mortis
causa. supra eodem.

Quod. Id quod conditionis implende causa da
tur computatur in portionem quã quis
in bonis defuncti capere potest. sed in falcidiam non
imputatur si tempore mortis in bonis defuncti non
erat. hoc dicit ⁊ habet duas lectu. ⁊ scd̃m primã lec. ver. certe. poni
tur aduersatiue. Secũdum secundam ponitur in effectu correcti
ue. Sed prima vera ⁊ communiter tenetur per not. hic in glo. ij.
in ver. alias fraus. ¶ In glo. j. ibi secus in trebellianica. ⁊ que sit
ratio diuersitatis tangitur per gl. in. l. in quarta. s. ad. l. fal. quia
heres qui detrahit falcidiam sentit omnia onera ĩsolidum. Sed
heres qui tenetur ex trebelliano ad restituendum tenetur solum
pro rata partis quam retinet. ⁊ ideo in plus grauatur respectu
trebellianice. Bar. tamen in. d. l. in quarta. in. j. q. dicit quod ra-
tio diuersitatis surgit ex verbis legis falcidie et senatusconsulti
trebelliani: quia verba legis falcidie requirunt heredem habere
quartam partem hereditatis. ⁊ sic de eo quod hereditarium sit
secus in verbis senatusconsulti trebelliani ⁊ ratio rationis posset
esse illa quam tenet glo. de quo dic vt plene vt. l. in quarta. ¶ In
ea. glo. ibi potest secundo intelligi. hec communiter non tenetur.
quia secundum eam de facili posset fieri fraus legi: vt tetigit glo.
seq. ideo tene primam. ex qua singulariter not. quod sicut testator
non potest prouidere incapaci per viam legati vel iure institutio
nis. sic nec potest per viam conditionis implende seu mortis cau
sa capionis: quia illud subrogatur loco bonorum defuncti: licet
Dy. tenuerit contrarium. per. l. ita fidei. in fi. j. de iure fis. sed non
bene per hanc. l. cum glo. Nec ob. d. l. ita fidei. quia ibi patronus
non poterat grauari in sua debita portione ideo si de illa dat cen
setur de sua dare que ratio hic cessat. ¶ An autem spurius licet
non possit capere a patre possit capere ab extraneo. glo. est singu.
quod sic in aut. quibus modis na. effi. sui. §. fi. ⁊ pro ea facit quia
non videtur reperiri iure cautum quod prohibeatur capere ab
extraneo. ergo in dubio intelligitur permissum arg. l. nec non. §.
sed quod de eis. s. ex qui. cau. maio. Et quo ad intellectum. l. si is
qui. s. de vulg. ⁊ pup. de quo tangit glo. seq. dic vt hic per Bart.
Aduerte tamen quia quatenus hic dicitur quod supra modum
non potest capere intelligitur quo ad sui commodum si bene acci
piat ad commodum fisci. l. meuia. cum ibi no. s. demon. ⁊ l. aliud
est capere. j. de verb. sig.

Summarium.

1 Argumẽtũ de legatis ad donatiões causa mortis est validũ.
2 Actio datur ad precium obligatione de natura dandi et restituẽ
di participante.
3 Seruus causa mortis donatus manumitti potest.

1 **Illud.** Donatio causa mortis assimilatur lega-
tis. hoc dicit. ¶ † Nota quod licita est ar
gumentatio de legatis ad donationes causa mortis ni
si aliud expresse reperiatur. ⁊ de differẽtijs inter dona-
tionem causa mortis ⁊ legatum recurre ad glo. inst. eo. §. j. ⁊ dictũ
fuit in. l. marcellus. §. j. s. ⁊ per Cy. in. l. fi. C. eo. ⁊ facit iste tex. quod
in donatione causa mortis sit locus iuri accrescendi sicut in lega-
tis de quo est tex. qui reputatur singularis in. l. j. ad finẽ. C. de ca-
du. tol. Item facit quod sicut conditio impossibilis reijcitur de le
gatis. ita etiam de donatione causa mortis reijciatur de quo est
tex. qui reputatur singularis in. l. que sub condi. s. de condi. insti.
licet alias impossibilis conditio vitiet contractum etiam bone
fidei. l. non solum. j. de act. ⁊ oblig. Angustie tamen temporis de-
trahuntur de contractibus bone fidei sicut de legatis. l. insulam.
s. loca. de quo per Bar. in. l. si mihi ⁊ tibi. §. si quis. de lega. j. ⁊. l. j.
supra de condi. insti.

Julianus. Res donata perempta facto donatarij pōt condici vel preciū eius ſm qđ placuerit donatori cā mortis. h. d. ſm bar. Sed aduerte qꝛ melius dixiſſet res q̄ nō pōt reſtitui facto donatarij: qꝛ re vā nō erat hic res pempta.
2 ¶ † No. qđ vbi obligatio pticipat de natura dādi ꝛ reſtituēdi pōt agi ad preciū ſi res non eſt penes cōuentū: vt hic probatur iūcta l. ſi mortis. ṡ. eo. ꝛ. l. ſi filio. la. j. ꝛ ibi de hoc. ṡ. eo. ꝛ adde glo. ſingu. in. §. actionum. inſti. de act. que dicit quod in contractibus bone fidei etiam poteſt agi ad precium. l. j. ṡ. de act. emp. Sed certe illa l. loquitur quando in obligatione erat rem tradi vt eſt in contractu emptionis. ꝛ ſic non probat quod vbi eſſet rem dari poſſit agi ad precium. ¶ In glo. ſi. ibi vel intellige hec vera quia poteſt agi vel ad precium vel ad ipſam rem vt litera hic probat non violando ipſam. An autem poſſit agi contra emptorem. hic litera non aperit. ſed Bar. hic tenet quod ſic per. l. ſi. §. ſi. C. commu. de lega. iuncta hac. l. in prin. ꝛ. l. ſi mortis. ṡ. eodem. Sed in cōtrarium fortiter facit. l. ſi is cui. j̄. eodem.
3 † vbi patet quod ſeruꝰ donatus cauſa mortis poteſt manumitti. ꝛ tamen ſi eſſet legatus ſub cōditione alteri non poſſet manumitti. l. ſeruum qui ſub conditione. j̄. titulo primo. vnde videtur quod inter hec non ſit bona equiparatio inter legata ꝛ donationem cauſa mortis ſcilicet quo ad transferendum dominium in tertium vt poſſit aduocari a tertio. nec poteſt dici quod ſit ſpeciale fauore libertatis. dicta. l. is cui. quia eadem ratione quando ſeruus eſſet legatus ſub conditione deberet heres poſſe eum manumittere cuius contrarium dicitur in dicta. l. ſi ſeruum. et pro hoc facit quod in legatarium adueniente conditione transfertur directum dominium. l. a titio. de fur. Sed in donatarium non retrāſfertur niſi vtile. l. in mortis. cum ſeq. ṡ. eodem. ꝛ ſic non eſt ex toto bona comparatio. Item pro hoc facit iſte textus a contrario ſenſu inquantum ſolum cōcedit actionem contra donatarium. nam ꝛ mirandum videtur quod in hoc titulo non expreſſiſſet ſi voluiſſet competere actionem cōtra tertium in quem eſſet facta tranſlatio: ergo ꝛc. argumen. l. cum pretor. ṡ. de iud. ꝛ. l. pretor. ṡ. de iud. ꝛ. l. j. §. ſi autem ad deficientis. C. de cadu. tollen. ꝛ pro hoc etiam facit quod dictum fuit in dicta. l. ſi filio. la prima. per Bartolum tamen videtur facere. l. ſi mortis. cū ſeq. vbi ſimpliciter videtur concedere actionem in rem donatori Sed potes dicere quod illud intelligitur contra ipſum donatarium inquantum non ſit facta alienatio. vel ſi tunc competat contra eum non ſaltem contra tertium per. d. l. ſi is cui.

Summarium.

1 Donatio cauſa mortis differt a mortis cauſa capione.
2 Donatio cauſa mortis poteſt dici mortis cauſa.
3 Donatio cauſa mortis partium preſentiam requirit.

a **In mortis.** a ¶ Quod mortis cauſa donatur eſt cum preſens preſenti dat vel promittit. mortis autem cauſa capio eſt que in ſpeciale nomen non cadit. hoc dicit. ¶
1 † Nota ex tex. ſecū dum vnam literam differētiam inter donationē cauſa mortis: ꝛ
2 mortis cauſa capionem. ¶ Nota ꝛ ſm aliam literam † quod donatio cauſa mortis late ſumendo dicitur etiam mortis cauſa capio. facit quod not. in. l. mortis cauſa. in pn̄. ꝛ. §. ſi donationes. ṡ. eodem. Et ſimiliter mortis cauſa capio late intelligitur quedam donatio. ſed ſtricte differunt iſta inter ſe: vt patet ex ſummario.
3 ¶ † Nota etiam quod donatio cauſa mortis ꝓprie ſumpta requirit preſentiam partium ꝛ ideo parte abſente non interueniente nuncio vel epiſtola non poſſet valere in vi donationis cauſa mortis. An autem tunc poſſet valere in vi relicti. dic vt dictum fuit in l. j. et. l. tam is. §. j. ṡ. eodem. ¶ In gloſſa prima ibi. l. meuius. ſed certe ibi non accipit ad commodum ſuum ſed accipit ad commodum fiſci: vt ibi patet. ꝛ ſic non videtur hec bona differentia ſecūdum docto. Sed potes illam ſaluare: quia quando expreſſe legaт vel donatur incapaci habetur pro non ſcripto. facit. l. j. C. de heredi. inſtru. ſed quando datur eidem cauſa conditionis implende non eſt pro non ſcriptum. ſed accipit tunc ad commodum fiſci. ¶ In eadem gloſſa ibi. l. acceptis. quaſi velit quod de donatione mortis detrahatur falcidia non de mortis cauſa capione. de hoc dic vt. l. qui precio. ṡ. eodem. ¶ In eadem gloſſa in fine hoc verū quando tranſiuit in vim cōtractus inter viuos. per. l. cum maritus. §. finali. ṡ. de pac. do. alias ſecus per nota. in. l. ſeia. ṡ. de dote prelega. ꝛ per Bartolum in. l. que dotis. ṡ. ſoluto matrimonio. ¶ In gloſſa ſecunda ibi non competit actio. facit. l. ſi quis omiſ. cau. teſt. et hoc intellige ſaluo caſu. l. mortis. §. ſecundo verſicu. ſed et dos. ſupra eodem.

Si is cui. ¶ Seruo donato per donatarium manumiſſo tenetur manumiſſor ad precium. hoc dicit. ¶ Nota argumentū ex hac. l. quod quando donatarius transfert rem in tertium nō poſſit per donātem ab illo tertio aduocari. de quo dixi in. l. illud. §. j. ſupra eodem.

b **Si mortis.** b ¶ Donatio cauſa mortis facta vxori cum pacto ne vllo caſu reuocetur tranſit in donationē inter viuos: ꝛ trahitur ad tempus facte donationis quo ad acquiſitionem fiendam occaſione rei donate. hoc dicit cum gloſ. ¶ In glo. prima ibi non trahetur retro: ꝛ idem etiam videtur in donatione inter viuos vt non trahatur retro quo ad dominiū: ſed quo ad fructus ſic: vt eſt gloſſa ſingularis in. l. talis ſcriptura. ṡ. de legatis primo. licet gloſſa ſenſerit contrarium in. l. ſub conditio. j̄. de ſolutionibus. et. l. ſequens queſtio. ſupra de legatis ſecundo. Item videtur trahi retro quo ad acquiſitionem fiendam occaſione rei donate: vt patet in exemplo gloſſe. Sed aduerte quia iſte intellectus videtur diuinare ad hanc legem. vnde hic videtur intelligendū quando donatio cauſa mortis ſit ſimpliciter vel vt ſtatim fiat accipientis: quia tunc non trahetur retro ex mente donantis. ꝛ ita intelligatur dicta. l. ſed et interim. vt et ibi tetigit gloſſa et per hoc videtur quod ſi in caſu illius legis donatio eſſet facta cauſa mortis hoc acto quod reuocetur. ita tamen vt morte ſequuta res efficiatur donatarij et non ante tunc non traheretur retro ex mente donantis: et ſic videtur attendenda forma donationis ſiue adiectū fuerit vt reuocetur ſiue non adiectum fuerit. mirum tamen videtur quod trahatur retro donatio inter viuos facta vxori ſimpliciter quo ad acquiſitionem. ſed non trahitur retro quo ad dominium: quia videtur quod ſeruus donatꝰ debeat dici acquiſiuiſſe ei qui tempore contractus cenſetur dominus. Sed potes dicere quod qua ratione trahitur retro quo ad fructus: ita etiam quod ante acquiſitionem. nam etiam interdum ſeruus alienus acquirit alteri. puta bone fidei poſſeſſori. l. liber homo. infra de verborum obligationibus.

Quod ſtatu. ¶ Datum a ſtatulibero de bonis defuncti cauſa conditionis implende computatur in falcidiam ꝛ venit in petitione hereditatis ꝛ in trebellianica reſtitutione: ſed in trebellianica imputatur vndecūꝗ ſit datum. hoc dixit. ¶ In textu ibi: hereditatis petitione. ſubaudi ſi forte quis tanquam heres putatiuus id percepit. ¶ In textu ibi: ex peculio autem. ſubaudi quo ad effectum vt imputetur in quartam trebellianicam. ¶ In gloſſa ſecunda ibi: pro parte coheredis. Nota bene ex gloſſa quod licet pecunia detur cauſa conditionis implende a ſtatulibero de peculio ſuo: tamē ſolum pro parte hereditaria ipſius cui datur ille computat in rationem falcidie. Et pro hoc videtur caſus in. l. id autem. ad legem falcidiam. allegata in gloſ. non cauillando eam gloſſam ibi aliter ſentit Bartolus hic voluit concordare iſtas gloſſas ſed mero iudicio diſtinctio eius non videtur adaptari ad materiam falcidie ſed potius trebellianice. vnde videtur hec gloſſa tenenda. reiecta gloſ. dicte. l. id autem. Et ſic etiam ipſe idem videtur in effectu tenere in dicta. l. in quartam. in ſecunda columna. ſupra ad legem falcidiam. ¶ In eadem gloſſa ibi: ſed expone. dic clarius quod hic loquitur de eo quod datur heredi an veniat imputandum in falcidia. ibi autem de eo quod dat heres alteri an poſſit detrahere falcidiam. Circa quod vide quod dixi in. l. qui precio. ſupra eodem. ¶ In gloſſa ſuper verbo reſtituitur. ibi vt ſuſpectam adīt. ꝛ ſic coactus quaſi ſecus ſi ſponte adiſſet. Sed tu dic idem in caſu iſto ex quo per viam hereditariam erat per. l. qui heredi. §. cum hereditas. ſecundo reſponſo. ſupra de conditioni. ꝛ demonſtrationi. ¶ In gloſſa ſuper verbo accepit. in fine. hec diuinat. vnde dic vt in gloſſa fina. ¶ In gloſſa fina. ibi: ſecus ſi non eſſet preſens. Hec prima ſolutio non eſt bona quia ſolum id quod eſt hereditarium ſecundum tempus mortis defuncti debet computari in falcidiam. l. id autem. ꝛ. l. quod autem. ad legem falcidiam. Sed hic conſtat non eſſe hereditarium quod datur: ergo ꝛc. ꝛ per hanc rationem etiam ſequens ſolu. nō eſt bona: vnde tene tertiā. Et intellige qđ in verſi. ex peculio. mutat materiam. et loquitur ſolum reſpectu quarte trebellianice. vt etiam tetigi ſuper litera.

a ¶ In mortis. Adde Bart. hic et in. l. tā his. ṡ. eo. glo. in l. j. et. ij. C. e. Bar. in. l. j. ṡ. e. Bal. in l. labeo. ṡ. de pac.

b ¶ Si mortis adde ad hāc l. Joā. cal. in l. talis ſcriptura. de legatis. j.

Summarium.

1 Donatio cauſa mortis eſt iudicium bone fidei.
2 Donatio cauſa mortis iudicatur vbi mortis mentio reperitur.
3 Donatio ſimpliciter facta in dubio inter viuos cenſetur.

Seia cum. ¶ Donatio cauſa mortis extinguitur ſi donatariꝰ ꝑdecedat donatori. ꝛ viuo donatore nō pōt peti nec ꝑ eo cautio poſtulari. poſt mortē aūt eius pōt peti ꝛ de ea falcidia detrahetur. h. d. Et primo poniт thema. Scđo vna queſtio ꝛ eius determinatio. Tertio poniт vna queſtio que tūc nō determinaт. Quarto alia queſtio que ſimiliter non determ(in)atur. Quinto ponitur

quarta questio et eius determinatio. Sexto ponitur solutio duarum questionum scilicet secunde et tertie quas insolutas dimiserat. Septimo formatur vna questio et soluitur. Secunda ibi:igitur. tertia ibi:bone fidei. quarta ibi:sed nunquid. quinta ibi:vtrū ergo. sexta ibi:sequitur ergo. septima ibi:mulieri debita. ¶ In tex. ibi:si postea scilicet post mortez Titij. ¶ In textu ibi:superstitibus liberis scilicet ipsius Titij. ¶ In tex. ibi:pertinere. subaudi queritur si mortuꝰ sit titius ante Seiam an possint vendicare liberi Titij bona ab ipsa Seia. ꝛ ad hoc respondetur vt sequitur. ¶ In textu ibi:heredes. expone id est liberi: quia de liberis fuit facta mentio non absolute de heredibus. ¶ In text. ibi:exceptio. Hec exceptio est facti ꝛ intentionis nō iuris cum re vera actio non cepisset competere ipsis liberis: vt patet ex forma conuentionis: ꝛ tangit glo. iij. ¶ In tex. ibi: restituta. subaudi et ꝛ videretur quod sic ex quo iudicium istud est bone fidei: vel habet illius instar per. l. in omnibus. ff. de iudi. econtra autem videtur per id quod sequitur. ¶ In tex. ibi: acceperat. hec questio nō soluitur hic:sed veritas est quod non potest peti dicta cautio. per id quod tangitur in glo. ꝛ per id quod habetur in ver. sed ꝛ negari. in ver. sequitur. ¶ In tex. ibi: perimitur. hoc etiam non clare soluitur. sed gloss. dicit perimi per interpositionem cautionis de
1 quo dicetur cum ea. ¶ †No. vltra summariū quod donatio causa mortis censetur iudicium bone fidei. ꝛ iste tex. clarius alibi nō reperitur. de legatis autem quod habeant instar iudicij bone fi-
2 dei. habetur in. l. in minorum. C. in quibus causis ma. ¶ †Item no. quod vbi in donatione vel pacto apposito circa illam fit mentio de morte. in dubio debet iudicari donatio causa mortis. de quo in. l. seia. ff. de dote preleg. ¶ In glo. super verbo facta videri ibi videtur prima tolli. appellat primam donationem factam filijs titij. que re vera fuit secūda: attenta donatione facta filio. sed ideo appellat primam: quia est prima respectu cautionis que secundo loco interponitur. Et aduerte quia glo. non videtur bene dicere inquantum dicit ipsam tolli: quia ista cautio venit accessoria ad ipsam donationem: ergo non videtur illum tollere cum accessoriū nō habeat tollere principale. l. ex pupillari. ff. de vul. ꝛ pupillari cum ibi notatis. Nec ob. §. si quis proprie. quia ibi loquitur quando secundus actus est incompassibilis cum primo cum paganus non possit decedere cum duobus testamentis. l. posthumus. §. si paganus. ff. de iniusto testa. ideo statur vltimo. ꝛ ex illo agitur. hic autem secundus actus est compassibilis cum primo et ei accedit. ꝛ ideo nō tollit primū nisi expresse aliud agatur. ¶ In glo. super verbo retorqueri ibi videtur extorqueri. subaudi per liberos titij qui volebant extorquere cautionem ab ipsa seia. sed qd de iure ad id non poterat cogi: ideo merito litera dicit quod videtur extorqueri cautio: scilicet contra debitum iuris.

a ¶ Cum pater. adde notabiliter dominum Jocal. in. l. que dotis. ff. solu. matri. et ꝛ. ta B qd dictū est in apostil. hic.

a **Cum pater.** [a] Licet quis in infirmitate donet: si tamen simpliciter donat non presumitur
3 donare causa mortis. hoc dicit. ¶ †Nota quod in dubio donatio simpliciter facta in dubio intelligitur inter viuos nisi fiat conuentio de reddendo. vel nisi fiat mentio mortis: vt patet. ff. in principio huius legis. ¶ Et nota singulariter quod etiam istud procedit si in infirmitate quis donet: vt est hic casus singularis melior de corpore iuris. facit. l. filius. ver. sed enim. ff. ti. j. ¶ Et nota etiā quod forte istud procedit etiam si in actu testandi donatio fiat: vt videtur hic casus si intelligas quod etiam hic fecerit testamentum prout litera videtur innuere per id quod dicit de falcidia detrahenda. vel nisi dicas quod quando forte fecerit testamentum: vel postea ex interuallo fecit. si tamen intelligas quod tunc fecisset esset casus pro gloss. in. l. heredes palam. §. si. ff. de testa. dum dicit contractum posse fieri in testamento. de quo dic vt ibi dictū fuit.

Fulcinius. Ad donationem causa mortis inter virum ꝛ vxorē sufficit mortis cogitatio sicut in alijs. hoc dicit. ¶ Nota quod dixi in summario. Ratio tamen poterat facere pro fulcinio: quia regulariter donatio est prohibita inter virum et vxorē l. j. ꝛ per totum. ff. de dona. inter virum ꝛ vxorem. ꝛ ideo videtur restringenda. Sed pro neratio facit: quia ista donatio potest reuocari ex penitentia ꝛ sumit effectum demum per mortem non debet amare; sed etiam benigne interpretari inter virum ꝛ vxorē l. si id quod. §. si quis. ff. de dona. inter virum ꝛ vxorem. ¶ In gl. fi. ibi. l. habitatore. sed ibi loquitur in casu diuerso scilicet ī inquilino qui euitat pēsionem si propter iustum metum recedit de domo: alias imputet sibi: quia non debet posse de domo decedere ad preiudicium domini. arg. l. iij. ff. quod me. cau.

Summarium.

1 Donatio causa mortis quo ad acquisitionem equiparatur legatis.
2 Dies legatorum cedit tantum ab apertura tabularum.
3 Donatio causa mortis effectum non sortitur nisi adita hereditate donatoris.
4 Aditio hereditatis donantis requiritur in donatione causa mortis.

Si seruo. In donatione causa mortis quo ad acquisitionem inspicitur tempus mortis. hoc dicit. ꝛ habetur hinc diuersimode litera. Nam quidam habent in fine literam affirmatiuam quidam negatiuam. sed communiter habetur affirmatiua. de quo in gl. ¶ In textu ibi: conditioni: scilicet sine causa: vel ob causam ad re
1 petendum. ¶ †Nota ex litera quod quo ad acquisitionem videtur donatio causa mortis equipararari legatis: non autem contractibus inter viuos. de quo aliquid in gloss. Et facit quod no. in. l. senatus. §. fina. ff. eo. ¶ Item nota quod in resoluenda donatione per casum mortis inspicimus in dubio personam eius cui facta est donatio licet ille fuerit in potestate alterius. de quo in. l. si
2 filiusfamilias la. j. ff. eodem. ¶ †Item no. argu. quod secundū hec tempora videtur quod dies legatorum cederet solum ab apertura tabularum. de quo in glo. hodie clarum quod cedit a tempore
3 mortis. l. j. §. cum igitur. §. in nouissimo. C. de cadu. tollen. ¶ †Vltimo no. argu. qd ad hoc vt donatio causa mortis sortiatur effectum si sit necesse adiri hereditatem donatoris. de quo per Bart. in. l. in mortis. ff. e. ꝛ plenius. j. dicetur. ¶ In gloss. prima in fine si constat de mente hoc est clarum. sed in casu dubij videtur seruādum quod hic dicitur. nam recte hoc casu videtur loqui hec. l. de quo dixi in dicta. l. si filio. la prima. ff. eodem. ¶ In glo. secunda ibi: sed hoc corrigitur hodie. dic quod secundum antiqua tempora cedebat dies legatorum a tempore mortis: non autem ab apertura tabularum. l. si post diem. quando di. leg. ced. Sed postea superuenit lex papia. de qua fit mentio in. l. j. §. j. C. de cadu. tol. ꝛ facit quod habetur in. l. item veniunt. §. pridie. ff. de peti. here. ꝛ hic voluit glo. cedere diem ab apertura tabularum. ꝛ de hac media iuris prudentia potest hic loqui. sed postea superuenit ius Codicis corrigens hanc mediam iuris prudentiam. ꝛ ita debet intelligi glo. ¶ In eadem glo. ibi loquitur secundum iura noua. Et aduerte quia tūc potest procedere prima lect. prout intelligitur post mortem eius scilicet domini. Sed non videtur quod possit procedere secunda que intelligitur post mortem eius scilicet donantis quia iam cessisset dies donationis ante manumissionem: ex quo post mortem donantis licet ante apertas tabulas testamēti ipsius donantis fuisset seruus manumissus a suo domino. ¶ In eadem glo. ibi: secus in contractibus. ꝛ sic vult glo. quod aliud sit in legatis ꝛ donat one causa mor. ex vna parte. aliud in contractibus inter viuos ex alia: quia in primis quo ad acquisitionem quando dispositio confertur in subiectum iuri alterius inspiciatur tempus quo consueuit cedere dies legati. ꝛ sic tempus mortis: ꝛ consequenter tempus mortis donantis causa mortis. ꝛ vbi legatum est conditionale inspiciatur tempus conditionis. Sed in contractibus inter viuos non inspiciatur tempus conditionis sed tempus contractus. Que autem sit ratio diuersitatis tetigit glo. que reputatur singularis in. l. si vxorem. C. de condi. inser. nam secundum glo. ratio est: quia in contractibus versatur factum filij vel serui: secus in legatis. l. cum pater. §. donationis. ꝛ. l. cum miles. in prin. ff. de leg. scdo. Sed certe hec ratio infringitur per id quod hic dicitur de donatione causa mortis. iuncta. l. inter mortis. ff. eodem. nam vt ibi patet etiam versatur in ea factum filij vel serui. ꝛ tamen non inspicimus tempus cōtractus: vt hic patet. bar. autem in. l. si filius. j. de verborum obligationi. reprobat dictam rationem: quia aliqui sunt contractus inter viuos in quibus nulla opera serui vel filij versatur. l. liber homo. §. j. j. de acquirendo rerum dominio. et tamen in eis inspicitur tempus contractus. Sed certe ab hoc posset defendi glo. quia in dicta. l. liber homo. non dicitur quod in donatione que fit filio inter viuos non versetur factum filij. ꝛ similiter in illa que fit seruo: sed dicitur qd non vertitur opera. vnde seruus bona fide possessus non acquireret donatum sibi bone fidei possessori: cum id non sit ex opera ipsius serui. Sed precedens reprobatio magis viget. vnde alia ratio assignatur per eum in dicta. l. si filius. quia in legatis non trahitur conditio retro: vt est casus qui allegatur pro singu. in. l. prima. §. serui appellatione. supra ad sille. secus in contractibus. l. necessario. §. quod si pendente. cum si. supra de peri. ꝛ commo. rei vendi. Sed certe hec ratio etiam non videtur bona: cum etiam in institutionibus conditio trahitur retro. l. quod dicitur. de testamento milit. facit. l. si pater. C. de institutionibus et substitutionibus. ꝛ. ff. de acquirenda hereditate. l. quandoqꝫ. ꝛ tamen inspicimus diem purificate conditionis ꝛ aditionis. l. si solus. circa medium ff. de acqui. here. Ideo dicunt alij quod ratio esse potest: qꝛ contractus ex quo fit est absolutus a partibus. et habetur pro perfecto: adeo quod non posset resiliri altera parte inuita. l. sicut. C. de act. ꝛ oblig. ideo non curatur nec attenditur ad acquisitionē euentus cōditionis. sed vltima volūtas non habetur irrenocabiliter pro completa nisi post mortem defuncti: etiam si conditio extaret in vita defuncti.

vita defuncti. ideo nõ consideratur tempus testamẽti: sed tẽpus
mortis ⁊ purificate cõditionis. Sed certe hec ratio bene conclu-
dit quod non debet attendi tempus testamenti: sed non conclu-
dit quare inspiciatur tempus conditionis post mortem testantis
nam videretur secundũ hanc rationem quod solum tempus mor
tis spectare deberemus quod est falsum: quia imo in legatis con-
ditionalibus inspicimus tempus conditionis euenientis. l. que
legata. ff. de reg. iur. ideo videtur quod ratio possit assignari quã
voluit iurisconsultus in. d. l. que legata. qr in contractibus tempo
re contractus consueuit queri spes transmissibilis obligationis
ad heredem. in. §. ex conditionali. insti. de verbor. oblig. ideo ta-
lis spes etiam transferatur in patrem vel dominum eadem ra-
tione: licet obligatio fuerit conditionalis. Sed in legatis quan-
do legatum est conditionale non est ibi considerare spem trans-
missionis ad heredem ante euentum conditionis. l. vnica. §. sin-
autem sub conditione. C. de cadu. tollen. ideo etiam non queritur
patri vel domino ante euentum conditionis. ⁊ hec ratio conclu-
dit etiam in donatione causa mortis. Nam ex tempore cõtractus
non queritur spes transmissibilis ad heredem: quia si moreretur
donatarius ante donatorẽ resolueretur donatio vt hic. ⁊ l. si mor
tis. s. eo. sed demum ex tempore mortis donatoris: ideo in ipsa
non attenditur tempus contractus sed tempus mortis ipsius do
natoris: vt hic probatur. ⁊ facit quod dixi in. l. si filio. la. j. s. eo. et
hoc clarum si donatio fuerat pura. sed si fuisset sub cõditione que
penderet post mortem donantis: tunc posset esse dubium an ha-
beremus inspicere tempus euenientis conditionis sicut in lega-
tis: an vero solummodo tempus mortis: ex quo donatio tunc nõ
reuocabilis nisi per defectum conditionis. ⁊ si teneamus requiri
aditionem hereditatis in donatione causa mortis. de quo. ff. dice
tur. Forte tunc posset dici idem quod in legatis per regulã. l. mar
cellus. §. j. s. eo. Sed si teneremus oppositum forte posset dici qđ
solum tempus mortis ĩspiciatur: quia si esset liber homo cui sub
tali conditione esset donatum si post mortem donantis decede-
ret videretur transmittere spem effectualem donationis ad eius
heredem. arg. d. §. ex conditionali. et per id quod. ff. dicetur. ergo
videtur quod tunc quo ad acquisitionem inspiciatur tẽpus mor
4 tis donantis. hoc tamen non est sine dubio. † An autem in dona
tione causa mortis requiratur aditio hereditatis donantis sicut
in legatis videretur quod sic per hunc textum cum sua glo. ⁊ per
l. vnicã ad finez. C. de cadu. tollen. vbi ea que sunt dicta in legatis
extenduntur ad donationem causa mortis: sz in. §. in nouissimo
dictum erat de aditione quo ad legata: ergo ⁊c. Item tertio pro
hoc videtur casus in. l. iij. s. de leg. prestan. vbi donatio causa mor
tis conseruatur coniunctis personis rupto testamento per cõtra-
tab. sicut ⁊ legata. pro hoc etiam facit regula dicte. l. marcellus. §.
j. ⁊ hanc partem videtur tenere Barto. in. l. in mortis. s. eo. licet
alleget in contrarium ⁊ non soluat. l. j. in fine. ff. qui sine ma. ad li-
ber. proue. Sed posset dici quod ibi non loquitur de donatione
causa mortis: sed de quodam pacto apposito in contractu inter
viuos: ideo regulatur ibi secundũ naturam cõtractuum inter vi-
uos. sed in contrarium fortiter facit. l. post lega. §. penul. s. de his
quib. ⁊ indig. vbi impugnans testamentum licet perdat legata
non perdit donationẽ causa mortis. ⁊ alia ratio non videtur pos
se assignari: nisi quia donatio causa mortis non videtur require-
re aditionem. ⁊ sic non videtur pendere ex testamẽto. ⁊ hanc par
tem firmat ibi glo. quam reputo sing. ⁊ nescio ipsam alibi. hanc
partem etiam firmat Barto. in. l. qui rome. §. flauius. ff. de verbo
rum obligatio. mouetur per. d. l. j. qui sine ma. ad liber. proue. que
tamen modicum facit nisi iungatur cum not. in. l. iij. s. de ser. ex-
por. Nam presupposito quod illa. l. j. habeat locum etiam in casu
in quo voluntas potuisset mutari: tũc videtur quod ex quo illud
pactum quod est mutabile ad variationem volũtatis non requi-
rit aditionem hereditatis. ita etiam hec donatio que variabilis
est ex penitentia. l. qui mortis. s. eo. Sed certe vt dixi ille tex. loqui
tur in pacto apposito in contractu inter viuos: ⁊ sic modicum fa
cit. pro hac tamen parte facit gl. sing. in. l. filie. C. fami. hercis. que
vult aditionem non requiri ad confirmationem donationis fa
cte inter virum et vxorem et sic videtur quod etiam idem sit in
ista cum videatur equiparari per nota. in. l. donationibus. ⁊ l. si
mor. C. ad. l. falci. Forte posset dici quod si est in testamento confir
mata requirat aditionem: alias secus. ⁊ sic videtur sentire Bart.
in dicta. l. iij. de leg. prestan. ⁊ facit quod no. in. l. etiam. s. de ioffi.
testamen. Quod tamen dicit de confirmatione videtur intelligen
dum quando non simpliciter confirmat sed relinquit donatum
causa mortis per nota. in. l. ex his verbis. C. de dona. inter virum
⁊ quod no. Barto. in. l. si quando. s. de lega. j. Nec obst. hec. l. quia
potest intelligi secundum predictam distinctionem. vel potes di-
cere quod non sequitur inspicitur tempus mortis quo ad acquisi
tionem in donatione causa mortis sicut in legatis: ergo non re-
quiritur aditio: sicut in legatis: quia non est eadem ratio. nam
ratio bene pungit quod debet inspici tẽpus mortis quo ad acqui
sitionem. per id quod. s. dixi. sed illa ratio non infert quod per
hoc requiritur aditio. Item non ob. d. l. j. ad fi. de cadu. tollen.
quia debet referri ad alia preterquam ad istud in quo videtur re-
periri contrarium per nota. in. d. l. post legatum. §. penul. Et hec
pars magis placet propter autoritatem dicte glo. in. d. §. penult.
licet negari non possit vtranqꝫ partem esse satis probabilem et
passum valde dubium. teneatis quod vultis.

¶ De acquirenda vel amittenda possessione. Rubrica.

¶ In glo. rubrice ibi de ea premittit. Et hec cõtinuatio bene pro-
batur per tex. in. l. j. supra titulo primo. ⁊ insti. de rerum diuisio.
§. singulorum. ⁊ insti. de vsu ⁊ habi. §. fi. ¶ In eadem glos. in fine.
supple quo ad cognitionem: quia cognito vno contrariorum co-
gnoscitur ⁊ reliquum. l. j. supra de his qui sunt sui vel alie. iur. de
quo per Barto. in. l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verborum
obligatio. vbi examinat hoc brocardum.

Summarium.

Ossessio. Possessio dicta est a peduz po-
sitione: ⁊ ab ea olim cepit do-
miniuz ⁊ hodie incipit in his que in nullius bo-
nis sunt. hoc dicit. Et diuiditur in duas partes
principales. Nam in prima ponitur ethymolo-
gia vocabuli. Secunda eius effectus. secunda ibi
dominium. Prima diuiditur in duas. Primo ponitur dictum.
Secundo ratio. secunda ibi: quia. Secunda similiter in duas: qr
primo ponitur effectus qui erat olim. Secundo ille qui est hodie.
secunda ibi: eiusqꝫ vestigium. ¶ In text. ibi: positio. ⁊ sic ab actu
1 naturali. ⁊ sic bene sequitur. ¶ † Nota vnde dicatur possessio et
2 causam quere. ¶ † Item nota quod licitum videtur esse arguere
ab ethymologia vocabuli. de quo hic per Barto. in. l. j. supra de
test. ⁊ l. ij. §. appellata. supra si certum peta. ⁊ l. tigurij. ff. de verbo.
Sed ex stipulatione. ¶ Etiam ex vera causa non queriṫ nobis possessio iusta sine possessoris volūtate. hoc dicit. ¶ Not. qꝺ etiam dicitur predo que preciū numerauit quo ad hoc vt possessio dicatur iniusta. licet quo ad alios effectus quandoqꝫ non censeatur predo. lege eum qui. §. primo. infra de furtis. ¶ In glo. prima. in fine. Nota secundū Raymūdum quod si de expressa voluntate vendentis acquirit possessionem non est predo vt hic dicitur. a cōtrario sensu idē si ex tacita: vt quia ipso sciente et nō cōtradicente. l. ij. C. eo. Si aūt adipiscatur cōtra expressam voluntatē predo est: vt hic diciṫ saltim quo vt possessio dicatur iniusta. Si autem ignorante venditore adipiscatur rem si precium est solutum non dicitur predo. alias autem secus. et hoc modo reduciṫ omnes solutiones in vnam concordiam. Bartolus tamē hic simpliciter transit quod ignorante venditore non sit licitum apprehendere. Sed opinio domini Ray. videtur equior.

Summarium.

1 Possessionis initium est inspiciendum.
2 Possessionem absentis ingrediens possessionem acquirit quaꝫ etiam absens retinet.
3 Interdictum vti possidetis effectum habet recuperande possessionis.

1 **Cum possidere.** ¶ Inspicimus initiū possessionis que non mutatur de iusta in iniustam. h. d. ¶ †Not. inspiciendum initium possessionis. facit. l. si procuratorem. in principio. s. man. ¶ In gloss. prima. in fine. Ideo sic exposuit: qꝛ proprie furtum non cadit in re immobili. l. furtuꝫ. §. primo. ſ. de vsucap. ¶ In glo. super verbo vt non videatur. ibi. l. quod autē. Solue vt ibi not. secundum Jaco. de belui. et Ray. ¶ In eadem glo. in fine. solue secundum Ray. quod ibi loquitur quo ad possessionem. hic quo ad possessionis effectum seu fructus. ꝛ idē sensit hic Jaco. de belui. vel ibi quo ad petitoriū. hic quo ad possessorium. Bartolus tamen dicit quod si bene ponderetur nō facit contra. domi. Joan. de Imola.

a ¶ Bona fide. Adde bar. ꝛ alex. hic in quātū querit in vltimo not. si qs ceperit vsucape vel pscribere et añ vsucapionē cepit dubitare an īterrumpaṫ vsucapio. ꝛ cōcludit notabil'r dñs Alex. qꝺ nō Idem tenet bald. consi. cclxviij. i fi. iij. lib.

Qui ad nundinas. ¶ Absens qui neminēꝫ domi relinquit retinet ciuiliter possessionem naturalem perdit. ꝛ ingrediens clam acquirit naturalem. ꝛ sic reuertentem non admittat vel reuertēs suspicetur se posse repelli vi ciuiliter etiaꝫ possidebit. hoc dicit. ¶ Et diuiditur in quinqꝫ partes. quia primo poniṫ thema ex quo tacita resultat questio. Secundo questionis solutio. Tertio quedā illatio. Quarto quedam questio et eius solutio. Quinto alia noua questio ꝛ eius solutio. Secunda ibi: vide enim. tertia ibi retinet ergo. quia ibi verum si reuertentem. Quinta ibi in. l. sed ꝛ si. ¶ In textu ibi. reddi. id est redire speratur. ¶ In textu ibi. occupauerit. scilicet de facto quod apparet: quia occupauit clandestine. Si autem occupasset iuridice. ꝛ sic iudicis autoritate tunc fuisset absens priuatus omni possessione: quia potest iudex priuare possidentem mittendo aliuꝫ iuridice. l. iuste possidet. infra eodem. de quo per Innocen. in. c. quoniam frequenter. vt lite nō contestata. et per Bartolum infra eodem lege peregre. §. quibꝰ. ¶ In textu ibi possessione. subaudi quare acquisiuerit aliquaꝫ possessionem et qualem. respondetur quod possessionem clādestinam quesiuit. vt sequitur. subaudi et naturalem. vt in glossa.
2 ¶ †Nota quod ingrediens possessioneꝫ absentis acquiri possessionem ꝛ nihilominus absens retinet possessionem: ꝛ sic necessarie videtur inferri quod due sunt possessiones in substantia scilicet ciuilis quam habet absens et naturalis quam habet ingressus cum duo non possint eandem rem insolidum possidere eadem specie possessionis ꝛ eodem respectu. l. tertia. §. econtrario. s. eodem. ꝛ sic inducit Dy. istum textum in. c. sine possessione. de reg. iur. in. vj. vbi etiā plures rationes ad hoc adducit. ¶ In gl. ibi. sed Roge. contra. Caue quia roge. non dixit absolute duos posse insolidum eandem rem possidere ciuiliter. sed solū in certis casibus positis per glo. in. l. tertia. §. ex contrario. s. eodem. Inter quos casus non est iste quando quis clam ingreditur possessionem absentis. vnde gloss. melius dixisset. sed alij contra loquendo de opinione antiquorum que est secunda in ordine posita in. §. ex contrario. in glo. magna quiꝰ voluerunt qꝺ duo indistincte possint insolidum eandem rem ciuiliter possidere. ꝛ illa fuit originaliter opinio Hugo. vt ibi dixi post Rayñ. Et ex hac glo. habes duos intellectus in hoc. §. tertius esset. secundum intellectum Azo. qui voluit vnam tantum esse possessionem: scilicet naturalem. quia ingressus haberet naturaleꝫ naturaliter: sed

absens naturalē ciuiliter. Et non obst. §. ex cōtrario. q2 dz intel-
ligi quod duo nō possunt insolidū possidere eodē respectu. Sz
hec opinio cōiter nō tenet: q2 diuersitas qualitatis non debet fa
cere qd duo possint eandē rem insolidū possidere. d. §. ex contra
rio. Et q2 sequerent etiā aliqu inconuenientie. de qua tāgit gl.
j. in verbo non clam. Jaco. butrig. in. l. licet. C. eodem dicebat qd
naturalis efficiebatur ciuilis possidente se absentante. Sed cer-
te hoc nullo iure cauetur. Jaco. de rauenna dicit quod existens
in fundo habebat tantum ciuilem: que tamen habebat etiā effe
ctum naturalis: ⁊ ipso se absentante similiter solum habebit ci-
uilem ⁊ parabit causam alteri vt possit querere naturalem sicut
habens plenum dominiū pōt alteri causare vsumfructum. Sed
tene opinionem Jo. tanq̄ clariorē per quā melius euadunt con-
traria ⁊ melius iura declarantur. ⁊ illa etiam communiter tene
tur. ¶ In gl. super verbo clā possidere. in fi. Sed certe secundum
hanc opi. cōem nō bene sequeret illatio quā ponit litera: sed po-
tius oppositū: q2 si ingressus acquireret naturalē ⁊ ciuilē: ergo
videretur quod absens nullā deberet habere: ex quo ingressus
haberet vtranq3. ideo tene primā expositionē. Uel dic scdm Ja-
de ra. qd illa illatio sequit hoc modo: q2 ex quo ingressus clā pos
sidet necessario sequi videt qd absens retineat possessionem: q2
secundū eū claz dicitur possidere ille qui timet controuersiā sibi
fieri p possessorez. ⁊ sic supponitur aliam possidere: nā si possessio
esset vacans non diceret clam possidere tunc ingrediens illā nec
videret ab alio clā possidere. facit qd habetur in. l. j. C. vti possi-
detis. ⁊ l. j. §. fi. j. vti possidetis. ¶ In glo. super verbo possessio-
nem. ibi: nihilominus alius posset ingredi. Bar. reprobat gl. q2
lz ingrederetur: non tñ posset acquirere ex quo alius possideret.
l. quod meo. §. finali. j. eodem. et idem sequitur Ange. sed tu sal-
ua glo. quia voluit dicere quod supposita opinione Roge. erat
reperire quandam ciuilem vacantem: licet naturalis nō esset va-
cans ex quo alius erat ibi dimissus. vnde voluit dicere gl. quod
illa ciuilis vacans debuit posse apprehendi ex quo non erat oc-
cupata per illum immissum. tamen quia poterat ingredi fundū
qui est locus spaciosus poterat interuenire actus corporeus et
animus per quem poterat apprehendere ipsam ciuilem. ⁊ sic se-
cundum eum nemine dimisso ingrediens acquisiuisset naturalē
⁊ ciuilem: quia tunc censebatur vtraq3 vacare. licet aliam ciuilē
haberet absens. ita hoc casu deberet posse alio dimisso qui natu
ralem tātum tenet nomine absentis acquirere ipsam ciuilē que
censetur vacare. ¶ In eadem glo. ibi insolidum possident. sub-
audi secundum opinionem Roge. et antiquorum. Sed non est
vera opinio per rationes tactas per gloss. in. §. ex cōtrario. ¶ In
eadem glo. ibi alter animo. ⁊ sic ciuiliter habebit naturalem ab-
sens secundum sententiam Azo. Sed ingressus naturalem cor-
pore ⁊ sic naturaliter quasi velit Azo quod secundum diuersas
qualitates duo possident eandem rem ⁊ habent insolidum na
turalem ⁊ vnica sit in substantia possessio et non due. Sed certe
hec opinio Azo. non est bona: quia diuersitas qualitatum non
debet operari quod duo insolidum possideant eandem rē. vt in
§. ex contrario. Item si ingressus se absentaret retineret suā na
turalem ciuilem eadem ratione qua fructuarius. Et sic reperi-
retur tunc quod absens ⁊ ingressus insolidū haberent possessio
nem naturalem eiusdem rei ciuiliter. ⁊ sic cum eadem qualitate
quod est inconueniens. ideo hec opi. Azo. etiā nō est bona predi
cta ratione quam voluit tangere glo. in lege prima. in principio
in glo. in ver. ait ad finem. ⁊ etiam non est bona per rationes ple
ne tactas per Dyn. in. c. sine possessione. de regulis iur. in sexto.
¶ In gloss. super verbo non clam. ibi. ⁊ sic duo iuste. Et per hoc
non obstat quod inspiciatur origo in possessione. vt. s. in princi
pio huius. l. quia in naturali clandestina inspicitur origo. ⁊ simi
liter in ciuili postea que habetur inspicitur etiam origo violētie.
¶ In eadem gloss. ibi solue vt ibi: scilicet quia ibi possessio erat
vacās ⁊ a nemine possidebatur. ¶ In eadē glo. ibi. quia sic habe
ret duas ciuiles per hoc intendit reprobare opinionem Roge.
⁊ antiquorum. ¶ In eadem glo. ibi clandestina ⁊ violentia per
hoc intendit reprobare opinionem Azo. cum secundum opinio
nem eius vnica sit tantum possessio. ⁊ sic secundum illam atten-
to isto tex. videretur sequi quod eadem possessio esset violenta ⁊
clandestina. ¶ In eadem glossa ibi nisi pro parte dic: scilicet tē
poris. ¶ In eadem gloss. ibi lapidibus ⁊ lignis quasi velit glo.
quod domus est quid corporale. ideo pro parte tēporis potest fie
ri clam. ⁊ pro alia vi. sed possessio est ius. ⁊ sic quid incorporale.
in qua debet inspici origo. vt in principio huius. l. ideo non vi-
detur bonum simile quod allegauit Azo de. §. interdictuz. de. l.
is qui in puteum. pro defensione sue opi. ⁊ sic videtur reprobari
opinio Azo. per hunc textum. reprobatur etiam per alias ratio
nes quas. s. tetigi ⁊ plene per Dy. in. c. sine possessione. ¶ In ea-
dem glo. ibi responde non tenetur male dicit per. l. sequitur. §.
si tu me. j. titulo primo. de quo hic plenius per Bartoluz. ¶ In
eadem glo. ibi responde. sic intellige quod principaliter agetur
vti possidetis pro ciuili in qua quis turbatur per retentionē na-
turalis quam alius facit. vnde dicetur tunc intentari principa-
liter pro ipsa ciuili nomine tñ naturalis. hoc est pro ipsa natura-
li habenda. non aūt potest dici competere pro ipsa naturali sim
pliciter cum illam non habeat agens interdicto vti possidetis.
¶ In ead. glo. ibi. Respon. non subaudi sed male per. l. qui ali-
ter. §. si quis putat. j. eo. ¶ In eadē glo. ibi erit ergo ius. Not. sin
3 gula. ex ista glo. † quod interdictum vti possidetis habet effectū
recuperande possessionis. licet aliter solū consueuerit tueri pos-
sessorem. Nam istud contingit quando quis turbatur in ciuili p
retentionem naturalis quam alius facit. vnde tunc agens inter
dicto vti possidetis pro ciuili petet qd reus desistat a turbatione
ciuilis. ⁊ quia non potest desistere nisi restituat naturalem petet
quod faciat illam restitui. Forte etiam tutius esset petere quod
illam naturalē dimittat. quia tempore occupationis non habe
bit ipsam absens. ¶ In eadem glo. ibi item ⁊ post amissum hoc
reprehenditur per Bartolum si non possidet tempore litis con-
testate: quia tunc non daret interdictū vti possidetis. instituta
de interdictis. §. hodie. ¶ In glo. in. l. sed si nolit. in glo. ij. in fi.
not. bene quod quis vno tempore absens habitus operat etiam
alio tpe qd declara vt hic per Bart. q2 odium delinquentis hoc
operatur per. l. quidam. in fi. s. de dona.

Quemadmodum. ¶ Not. argumen-
tuz ex eo quod di-
cit nulla quod duplex sit species possessiōis: scilicet ci-
uilis ⁊ naturalis. de quo in. l. j. in prin. s. eo. ¶ Et no:
bene quia etiam ciuilis non videtur posse queri sine actu corpo-
reo. ¶ In glo. vtrunq3. ibi solue vt ibi: scilicet secundū opinio.
Jo. ¶ In ead. glo. ibi non videt amissa. dic melius quod ibi pos
sidebat naturalem ⁊ ciuilem. vnde naturalem se absentando nō
videtur retinere: q2 satis fatigatur animus in retentione ciuilis
hic aūt loquitur in naturali que potest animo retineri. ¶ Extra
glo. adde secundū Ang. q2 hic loquit qualiter pdat possessio rei
corporalis. qualiter autem perdatur quasi possessio iuris retinē
di aliquod debitum annuum remittit ad notata per Innocen.
extra de elec. c. querelā. vb dicit quod licet quis stetit per annum
vel biennium quod non petijt. sed qñ creditor petijt ⁊ denegata
est, prestantia ⁊ ibi etiā tangit si aliquis est in quasi possessiōe iu-
ris eligendi prelatum vna cuz alijs: licet patiatur electū ab alijs
administrare an priuetur sua possessione. ⁊ dicit quod non. sec9
si solus deberet eligere. Qualiter aūt quis priuetur quasi posses
sione seruitutis iurisditionis vel imperij remittit ad notata in
l. j. C. de serui. ⁊ per Inno. in. c. cōquerente. de offi. ordi. Et adde
qd dixit in. c. oliz. el. ij. de rest. spo. vbi vult qd difficili9 perditur
quasi possessio iuriū icorporaliū quā possessio rerū corporaliū.

Generaliter. ¶ Ille possidet cuius nomi-
ne possidetur. h. d. concor. j.
eo. l. quod meo. ⁊. l. qui iure. facit quod habetur in. c.
cum venissent. extra de resti. spo. ¶ In glo. j. in fi. ⁊ be
ne facit. l. j. C. communia de vsucapio.

Summarium.

1 Possessio non transfertur per conductionis contractum.
2 Possidere differt ab eo quod est esse in possessione.
3 Conductio non fit in vno nummo.
4 Precarium quandoq3 interuenit in locatione.

Si quis. ¶ Due cause ex quarum altera possi-
detur ex altera detinetur in eadez re
non concurrunt in idem tempus. Sed vltima preua
let nisi illa esset inualida. secus si ex vtraq3 possideat
vel ex neutra. hoc dicit. ¶ In tex. ibi precario rogauit: scz vt pos
sideret eandem rem quam conduxit. ¶ In textu ibi in possessio
ne essent. subaudi an tunc iste cause poterunt concurrere. ⁊ dicen
dum quod sic: ex quo ex vtraq3 detinebit. non autē ex altera deti
nebit: vt sequitur infra in ver. quod si factum. Nam ibi ponitur
responsio huius questionis. ⁊ quod sequitur est autem ⁊c. est in-
terpositio. ¶ In textu ibi solum teneat. subaudi etiam si condu-
ctio fuerit posterior. ⁊ primo loquit quando cause se habent con
trario modo: quia per alteram possidetur per alteram detinet.
Secundo quando se non habent contrario modo vt quia per
vtranq3 detinetur. Tertio redit ad primum dictū quando con-
trario modo se habent. ⁊ limitat illud procedere quādo vltima
causa est valida. alias non staret vltime sed prime. Secunda ibi
1 idem pompo. Tertia ibi. si quis. ¶ † Not. quod per contractum
conductionis nulla transfertur possessio: sed mera detentio. fa-
cit. l. prima. C. cōmunia de vsucap. per precarium actum autem
in dubio transfertur naturalis possessio. l. ⁊ habet. §. cum quis.
2 j. de preca. nisi aliud agatur. ¶ † Item not. quod aliud est possi-
dere aliud esse in possessione. ⁊ ad hoc sepe allegat. ¶ Item no-
ta quod vbi celebrantur duo actus contrarij successiue tunc vlti-
3 mus derogat primo nisi fuerit inualidus. ¶ † Itē no. quod con
ductio non vdietur posse fieri vno nummo: quod intellige nisi
res esset digna solū vno nūmo. vel nisi ex necessitate preābuli cō-
tractus

tractus haberet solum fieri locatio. de quo in glo. ¶ Item not.
de dictione ista vero que potest poni in adverbio & in nomine.
¶ In gloss. super verbo novissime ibi. nõ solũ. in fine. ibi vr̃ esse
casus no. limitans istum tex. ꝓcedere quãdo isto contractus fiũt
successive. vel quãdo expresse agitur qd̃ p precariũ qs possideat.
Sed si fiant simul eodem tempore nec agitur exp̃sse p p̄cariũ vt
quis possideat quod tũc videtur p precariũ sola detentio transi-
re: vt sic in dubio interpretemur vtrunq actum valere. argu. l.
quoties. ff. de verbo. oblig. Et idem forte posset attentari qñ suc
cessive incontinenti & nõ ex intervallo fieret p̄cariũ. qr in dubio
nõ videtur quis incontinenti se corrigere si actus aliqua modo
salvari potest. l. nã ad ea. s. de cõdi. & demõ. & est vtilitas vtrũq
contractum valere. qr finito tempore locationis põt res retineri
virtute precarij. Item si agatur ex contractu p̄carij solũ tenebit
de dolo lata & levi. l. quesitũ. §. & illud. ff. de p̄ca. iũcta. l. si vt cer-
to. §. nũc videndum. s. cõmo. ¶ In glo. penul. ibi sed principiũ
numeri. Sed certe iudicandũ est de principio qd̃ de ipso nume-
ro per id quod habetur in. l. nõ ideo. cũ ibi not. per Cy. C. de he-
re. insti. ¶ In eadem glo. in fi. & pro hoc facit. l. prima. §. eum qui
s. de constitu. pecu. vbi quando agitur de obligatione inducẽda
si nõ valet qd̃ ago vt ago valet vt valere potest nisi aliud sit actũ
4 l. j. §. si qs ita. ff. de verb. obliga. ¶ † Ultimo allegatur tex. iste qd̃
etiã dicitur in locatione precariũ intervenire. & sic qualitas pre-
cij nõ semper necessario arguit esse cõtractum emptiõis. Et sic
facit ad questionem datiariorum qui pro certo precio recipiunt
gabellas vt nõ dicantur semper emisse sed potius cõduxisse. & sic
interdum debeat fieri remissio propter casus fortuitos que non
fieret in casu emptionis. de quo per Bart. in. l. cotem. §. q mari-
mos. s. de publica. & in questione sua que incipit Publicanus.

Summarium.

1 Autoritas iudicis iustam prebet causam possidendi.
2 Defectus iustitie agentis facit eum iniuste possidere.
3 Sententia primi vel secundi decreti non requirit solennitatẽ.

1 Iuste possess. ¶ † Not. qd̃ autoritas iudi-
cis prebet iustam causã pos-
sidendi. facit. ff. eo. l. pompo. §. si iussu. & quod habet
institu. de offi. iudi. §. fi. ¶ In glo. j. ibi rite. istud ver-
bum notat solẽnitatem: sed verbũ recte. not. iustitiam. facit qd̃
no. in. l. nõ putavit. §. nõ quis. ff. de cõtratabu. & l. ij. §. j. s. de inof
2 fi. testa. Et adde dictis Bar. inquantum concludit † qd̃ defectus
iustitie ex parte agentis facit qd̃ iuste nõ possideat. Nã hoc vide
tur contra. l. cũ putarem. s. fami. her. Sed potes dicere ẽm bal.
qd̃ Bar. loquitur in decreto quod vitiatur ipso iure propter de
fectum iustitie agentis. l. j. §. hec verba. ff. ne vis fi. ei. secus in s̃nia
diffinitiva rite lata: vt dicta. l. cum putarem. & est ratio diversita
tis secundũ eum: qr decretũ imploratur officio iudicis. vt plene
no. in. l. si finita. §. iul. s. de dam. infec. qui iudex debet habere eq
tatem ante oculos. l. qd̃ si ex ephesi. s. de eo quod certo lo. & l. vbi
cunq. s. de interrog. act. Sed sententia p̄fertur virtute actionis
intentate: licet etiam imploretur officium pro executione. ideo
illa est maioris efficacie. facit qd̃ habetur in. l. pompo. §. si iussu
ff. eo. & insti. de offi. iud. §. fi. Et pro hoc etiã: qr s̃nia diffinitiva fer
tur cũ maiori solẽnitate. & cũ solẽnitate. l. j. & ij. C. de sen. ex peri.
rec. que solennitas nõ requiritur in sententia decreti secundum
Bald. ratio efficacioris potentie est sententia quã decretum. Et
3 nota bene hoc dictum † qd̃ sentẽtia primi vel secundi decreti nõ
requirit necessario solẽnitatem. d. l. j. vel scd̃a. nã & appellat sen
tentia interlocutoria: vt no. in. l. presenti. §. j. C. de his qui ad ec
cle. confu. & etiam est de mente Bar. in. l. titia. ff. de accusa. ¶ In
eadem glo. ibi: concessit alicui licentiam. intellige quando alias
processus debitus cuius vigore potuisset nuncius dari alias cla
rum esset quod hoc fieri nõ posset. & hoc quãdo vigore talis sciẽ
tie incidit in penam. l. si quis in tantã. C. vnde vi. licet glo. aliter
senserit in. l. meminerint. eodem titu. & non bene. ¶ In ea. gl. ibi
Azo contra. Utraq potest salvari vt prima locũ habeat quãdo
nemine resistente vult ingredi. alias habeat locum secũda ne de
tur materia rixis per. l. nõ est singulis. ff. de regulis iuris. de quo
plenius hic per Barto. Ultimo dixit hic Ange. quod nullus le
gatus cesaris vel summi pontificis potest violenter pro executio
ne sue sententie alium privare sua possessione per not. per Inn.
in. c. olim. in ver. per portatuz. extra de privil. qr ibi loquitur de
mero nũcio quem dicit hoc nõ posse nisi habeat in mãdatis. itez
dicit illud verũ nisi esset s̃nia lata cũ plena cause cognitione p̄sen
tibus partibus ideo dic vt hic per eum.

Summarium.

1 Usufructuarius rem naturaliter possidet in qua vsumfru-
ctum habet.
2 Videtur verbum fictionem et proprietatem denotat.
3 Proprietas nil cum possessione habet commune. sed sunt res pe-
nitus separate.
4 Agens rei vendicatione non censetur possessioni renunciare.
5 Sententia absolutoria lata in petitorio non nocet postea agen-
ti in possessorio.
6 Allegans contraria in diversis instantijs auditur.
7 Quasi possessio in istis incorporalibus ab onere probandi re-
levat.
8 Petitorij & possessorij concursus quando impediatur.
9 Nativitas an impediatur in contrarijs an vero exercitium.
10 Contestatio an sit necessaria in possesso. io.

1 Naturaliter. ¶ Nota secundum com munem intellectum † qd̃ vsufructuarius possidet naturaliter rem in qua habet vsumfructum. ¶ In gloss. prima. in fine potest tamen salvari ista opinio vt dicat habere quasi civilem & naturalem ipsius iuris vsufru ctus sed ipsam rem corporalem naturaliter possideat. vt voluit gloss. in. l. ait pretor. §. item ei. s. ex quibus causis ma. & l. si plu res. §. deiectum. ff. de vi & vi arma. & l. finali. ff. vti possidetis. Et hec opinio communiter tenetur. Iaco. tamen de raven. s. eodẽ l. prima. & Guli. de cug in. l. licet. C. eodem. dicunt posse probabi liter sustineri vsufructuarium non possidere etiam naturaliter ipsam rem per iura allegata in gl. primo loco. et per. l. j. §. quod ait. vbi bonus texe. ff. quorum lega. & l. certe. §. is qui. ff. de preca rijs. non obstat secundum eos. d. l. iij. vnde vi. vbi datur interdi ctum vnde vi. ipsi vsufructuario quia dicunt illud procedere nõ ex eo quia possideat ipsam rem: sed quia quasi possidet ipsum ius vsusfructus. vt superius dixi. & no. gl. in dicto. §. item ei. Sz tu allega pro communi opinione: quia ibi simpliciter dicitur dari interdictum vnde vi. & sic intelligetur de directo. argumẽ. l. prime. si ager vec. vel emphi. penul. Sed secundum eos debe ret solum dari vtile sicut datur pro quasi possessione iurium in corporalium. l. penul. s. de servi. ¶ Et dixit etiam hic Barto lus quod vsufructuarius non dicitur esse in quasi possessione iu ris vsusfructus nisi respectu ipsius domini qui prestat patiẽtiaz ideo ratione talis quasi possessionis nõ potest agere interdicto vti possidetis nisi contra ipsum dominum. Sed hoc non placet hic Bald. quia secundum eum si alius velit vti re tanq fructua rius turbat me in quasi possessi õe iuris vsusfructus negãdo me vsufructuarium. & asserendo se esse. ideo debet mihi cõpetere cõ tra eum interdictum vti possidetis. alleg. extra de proba. c. licet causam. & ff. vti possidetis. l. fina. Sed si velles salvare Bart. po tes dicere quod in dictis iuribus competit interdictum vti pos sidetis ratiõe realis possessionis quam habet in re etiam contra tertium sed non ratione quasi possessionis iuris vsusfructus: vt hic per Bartolum. Tamen de iure satis posset defensari opinio Bal. quia licet quis habeat quasi possessionem vsusfructus per patientiam quam prestat sibi dominus. tamen prout verum est dicere ipsum esse in quasi possessione ipsius iuris. ideo illa debet sibi opitulari contra quemcunq sicut et quando possessio habe tur pro traditione facta ab vno nihilominus etiam prodest con tra alios. ¶ Item adde quod Innocẽ. in. c. primo. extra de cau sa possessio. dixit posse dici quod nullus habet quasi possessionẽ iuris nisi sibi vere competat illud ius: quia quod non est non vi detur posse possideri. vnde dicetur tunc esse in quasi possessione. exercendi illud ius. vel vtendi et fruendi. vel eundi vel eligendi secundum qualitatem ipsius iuris. Finaliter dicit alios dicere et melius. quod etiam potest esse in quasi possessione iuris etiaz qui vere non habet illud ius. quia licet non sit vere penes eũ: ta men forte est penes alium: vel saltim est in habitu seu in potẽtia. Et hec opi. videtur verior per ea que habentur in. l. fin. s. que ad ser. amit. & in. l. j. & ij. C. de servi. & ff. de itine. actuq priva. l. j. §. j.
2 & §. hoc interdicto. ¶ † Et not. vltimo ex glos. qd̃ verbũ videtur notat fictionem & proprietatem. de multis alijs verbis vide per Bart. in. l. si is qui pro emptore. ff. de vsuca.

Nihil cõe. ¶ Post intentatum petitorium non prohi betur quis intentare possessoriũ retinẽde. hoc dicit. Et primo ponit dictum in genere. Secundo infert ad speciem. Tertio respondet tacite obiectioni. secunda ibi ideo.
3 tertia ibi non enim. ¶ † Nota illud vulgatum qd̃ proprietas ni hil habet commune cuz possessione. & sunt res penitus distincte. facit. l. permisceri. ff. e. Ideo de vno ad aliud non fertur. facit. l. si maritus. C. de dona. inter virũ & vxorem. & l. pompo. exuli. s. de mino. ¶ Item nota qd̃ ille qui egit rei vendicatione nõ prohibe
4 tur postea agere vti possidetis. ¶ † Ultimo not. qd̃ ille qui agit rei vendicatione non intelligitur renunciare possessioni. de quo in glo. ¶ In glo. prima. ibi. sed dominium habemus. Nota be ne. qd̃ etiam in corporaib⁹ dicimus habere dominium. facit. l. si vsumfructum. si vsusfru. pe. & adde etiã quia sicut est reperire pos

sessionem ⁊ quasi ita est reperiri proprietatem ⁊ quasi proprieta
tem: vt voluit glo. ij. in. l. ij. §. quedã partes. j. de interdic. Et hec
solu. prima nõ multum applaudet litere. ideo tene sequentẽ q̃ tñ
videtur respicere modũ cõtrarij tractũ in gl. Et ad alios duos
modos respõde vt hic per Bar. ¶ In gl. fi. ibi: ⁊ suburbij. Not.
5 bene ex glo. ꝙ snĩa absolutoria lata in petitorio nõ nocet post
ea agenti possessorio: qđ declara vt hic plene bar. ¶ Et adde in
quantum concludit qđ licet sit absolutoria lata pro reo declarã
do ipsum dominũ qđ nõ obstabit agenti postea possessorio recu
perande Bal. hic dixit hoc in multis casibus nõ ꝓcedere. pᵒ si
agetur possessorio pro recuperanda possessiõe clandestine occu
pata. nam tunc admittet̃ exceptio domini. l. si de eo. in fine. j. eo.
Sed certe ibi potius probatur contrarium: vt etiam tetigit hic
Bar. ideo hec prima fallentia nõ est bona. Secundo fallit scđm
Bal. qñ dicitur possessio occupata per metum illatum per not.
in. c. super hoc. de renuncia. Sed certe ibi loquitur quando agit̃
actione qđ metus causa que datur pro violentia compulsiua. et
habet voluntatem licet coactã. l. si mulier. §. qui metu. s. qđ met⁹
causa. ideo tunc bene admittitur exceptio dominij: vt not. in di
cto. c. super hoc. Sed hic quando agitur possessorio recuperãde
qđ datur pro violentia expulsiua vel ablatiua que nullaʒ habet
voluntatem spoliati. ideo in hac secus. ¶ Tertio fallit secundũ
Bal. quando possessorium sapit naturam proprietatis. ⁊ sic est
mixtum. l. ij. §. quedam. j. de interdic. Sed certe Bar. nõ loquit̃
hoc casu: vt patet ex eius verbis. ¶ Quarto fallit secundũ eun
dem Bald. vbi non cõcurrente domino non potest fieri restitu
tio siue in reparabili iudicio. Nam tunc admittitur exceptio de
fectus proprietatis dũmodo offerantur ꝓbationes incontinen
ti. extra de rest. spolia. c. literas. ibi est speciale quando obijcitur
cõtra matrimonium ⁊ cõtra agentẽ possessorio gradus indispẽ
sabilis vt tũc nõ debeat fieri restitutio possessionis matrimonia
lis saltem ad copulam. ¶ Quinto fallit secundum eum quando
detegitur presumptio iniuste possessionis agẽtis. ⁊ spoliatio di
citur facta per denegatam prestationem vt in. c. fi. extra de resti
tu. spo. in sexto. ibi est speciale: q̃ notorius erat effectus ꝓprieta
tis agentis propter dispositionem iuris cõis qđ fundabat inten
tionem rei in dominio contra agentem: de quo etiam. j. tanget̃.
¶ Item fallit sexto secundum eum si per allegationem dominij
seu defectus proprietatis excluditur possessio actoris vt si excipi
tur contra dicentem se spoliatum possessione spiritualium: vt est
laicus qui nõ potest possidere spiritualia. extra de prescrip. c. cau
sam que. ⁊ c. ex parte. cum ibi no. extra de resti. spolia. ¶ Septi
mo fallit secundum eum quando agitur administratorio noie.
⁊ dicit se spoliatum. Nam nisi probet de institutione legitima vi
detur repellendus secundum Inno. de restitu. spo. c. ex literis in
ij. col. circa finem. Sed certe per superiora nõ videtur Inn. sim
pliciter illud tenere: ideo dicẽdum de hoc vt in. d. c. in lr̃is. ¶ Ul
timo fallit secundũ Bal. quãdo obijcitur de dominio q̃sito post
spoliationem per not. in. d. c. super hoc. ꝑ glo. ⁊ Inn. ⁊ similiter
dicit fallere vbi per confessionẽ vel facti notorietatem apparet
iudici nõ debere possessionẽ restitui. allegat no. ꝑ Inn. de filijs
presby. c. cõstitu. Et subdit bal. qđ si notoria est exceptio ꝓprieta
tis ex eo q̃ sit priuatus illa ipso iure vel etiam veniat priuãdus
qđ debebit admitti. allegat no. per Jo. mona. in dicto. c. fi. de re
sti. spolia. in sexto. ⁊ bene facit quod no. glo. circa fi. in. c. pastora
lis. extra de causa pos. Sibi tamen non placet qđ admittatur qñ
est priuatus licet veniat priuandus per sententiam per. l. si quis
in tantam. C. vnde vi. Adde etiam q̃ Jo. an. in. d. c. pastoralis. su
per gloss. pen. ad fi. videtur velle qđ absolutoria lata ꝓ reo decla
rãdo ipsum dñm obstet agenti possessorio recuperande. Et hoc
etiã videtur voluisse Cy. in. l. incerti. C. de iterdic. saluo nisi aga
tur possessorio recuperande ꝓ spoliatione facta post snĩam lataʒ
in petitorio vt no. Jo. an. post Inn. i. c. cũ dilectus. extra de cau.
pos. Sed posses dicere subtiliter considerando qđ Jo. an. ⁊ Cy.
nõ contradicunt bar. quia nõ dicũt q̃ talis absolutoria ĩpediat
snĩam ferri in possessorio: imo potius innuũt oppositũ. Sed bñ
dicunt qđ sententia petitorij in executione p̃ualebit. Et etiã qđ
hoc sit de mente Jo. an. patet q̃ in gl. sup verbo ergo si expresse.
tenet cũ opi. Dy. in. c. qui ad agendũ. vbi dixit qđ nõ habet noce
re talis absolutoria in possessorio recuperande. Forte tamen põt
attentari qđ talis absolutoria etiam habeat nocere in possesso
rio recuperande: q̃ qñcũq̃ est disputandũ de dominio ex volun
tate ipsius spoliati. ⁊ de hoc est cognitũ sibi debet nocere: vt in. c.
j. de resti. spo. sed in casu isto vedetur cognituʒ de ipso dominio
ex volũtate spoliati q egit petitorio anteq̃ ageret possessorio re
cuperande: ideo videtur sibi imputandum quare prius nõ egit
possessorio ex consilio legis iuxta. l. is qui destinauit. de rei ven.
Et pro hac parte etiam facit: q̃ circuitus debet euitari. l. domi
nus testamento. de ꝯdi. inde. ⁊ in cle. auditor. de rescrip. nã licet
fieret restitutio vi possessorij tamen ecõtra vi petitorij debet resti
tui cũ in finali executione preualere debeat sententia sup proprie
tate vt in. c. cũ dilectus. extra de cau. pos. ⁊ ꝓprie. ¶ Pro clariori

tamen intelligentia potes dicere qđ aut q̃ritur in beneficialib⁹
aut in matrimonialibus. Aut in alijs spiritualib⁹. Aut in pro
phanis. ¶ Primo casu si per confessionẽ constat de nõ iure agẽ
tis possessorio recuperande videt̃ repellendus ꝑ notata in. d. c.
constitut⁹. idem videtur si constet per sententiam latam cum illa
inducat notarium ⁊ ex voluntate spoliati reperiatur iam co
gnitũ de proprietate. arg. d. c. j. de resti. spol. ⁊ procedit hoc etiã
si nõ constet cõuentũ fouere iustitiã vt patet in dicto. c. cõstitut⁹
Si autem alias esset notorium agentẽ possessorio nõ fouere iu
stitiam cõmuniter dicitur idem: vt patet ex no. in. d. c. cõstitut⁹.
Sed forte attentari potest cõtrarium per. c. in literis extra de re
sti. spo. vbi dicit qđ etiam predo debet restitui in beneficialibus
⁊ ideo nõ admittitur exceptio minus canonice institutiõis. ⁊ sic
videtur p̃supponere qđ etiam si constet predonem esse tamen de
bet restitui: alias nõ debuisset illã causam assignare: sed debuis
set dicere qđ exceptio min⁹ canonice institutionis nõ debet ad
mitti: q̃ spoliatus ante omnia est restituendus. ⁊ ideo de iuris
rigore videtur quod agẽs possessorio recuperãde in bñficialib⁹
nõ teneatur colorare titulũ lʒ gl. sentiat cõtrariũ in cle. j. de cau
sa pos. ⁊ Archid. in. c. j. de eo qui mit. in pos. lib. vj. ⁊ Joã. an. sup
addi. specu. super rub. de resti. spo. ⁊ istud voluit etiã decisio rote
in nouis decisionib⁹ cõsilio. ccccij. ⁊. cccl. vbi dicit qđ de stilo pa
latij est potius quã de iure qđ debeat agens possessorio recupe
rande in beneficialibus colorare titulũ. ¶ Scđo casu si opponit̃
defectus ꝓprietatis de q̃ cõstat ꝑ cõfessionẽ debet admitti ꝑ not.
in. d. c. cõstitutus. Idẽ si per snĩam esset factũ notoriũ. Si autem
alias defectus sit notorius: tunc si esset defectus dispensabilis sic
intelligo. c. porro. extra de diuor. Si aũt defectus nõ esset dispen
sabilis bene admitteretur tunc ex quo defectus esset notori⁹: vt
in. c. significasti. extra de diuor. naʒ ibi obijciebat̃ notoriũ crimẽ
adulterij qđ in se nõ recipit dispensationẽ: lʒ ꝑ replicationẽ alte
rius adulterij possit tolli vt ibi patet. ¶ Tertio casu si est noto
rius effectus ꝑ cõfessionẽ vel snĩam obstabit. Idẽ si est notorium
iuris fundãs intentionẽ rei ꝯ agentẽ: vt in. d. c. fi. de resti. spo. se
cus si nõ fundaret intentionẽ rei lʒ faceret ꝯ agentẽ: vt not. gl. in
d. c. fi. ¶ Quarto casu si ꝯstat ꝑ ꝯfessionẽ vel ꝑ snĩaʒ vr̃ ꝙ habeat
obstat ꝑ ea q̃. s. dixi qñ fundat ius rei ꝯ agentẽ alias sec⁹. ⁊ ĩ hoc
differt a bñficialib⁹. Si aũt alias alleget̃ defect⁹ notorius in pro
phanis vr̃ qđ nõ debeat admitti cũ de rigore iuris nõ debeat ad
mitti etiã in beneficialibus: vt in. d. c. in lr̃is. nec obstat predictis
maxime his que dixi circa tertiũ casuʒ qđ habetur i. c. cũ ecclesia
sutrina. de cau. pos. ⁊ ꝓprie. qđ agenti possessorio recuperãde nõ
obstat exceptio notorij defectus etiã si ius cõmune fundet inten
tionẽ rei cõtra agentẽ: q̃ respõde vt ibi ꝑ Joã. an. in. d. c. fi. de re
6 stitu. spo. in. vj. ¶ Et no. ex prima lec. gl. ꝙ in diuersis instãtijs
audit̃ q̃s ꝯ̃ria allegãs. facit. l. pap. §. ʒ nec ipuberis. s. de inoffi. te
sta. ⁊ ꝓcedit hoc potissime qñ q̃s succubuit in prima instãtia: q̃
põt postea allegare ꝯ̃riũ ei⁹ qđ pᵒ dicebat ⁊ ꝑ Innoc. ⁊ Joan.
an. in. c. mulieri. de iureiu. ⁊ in. l. eum qui. C. de inoffi. testamen.
¶ In eadem glo. ibi vel egi. hec est secũda lect. ⁊. j. in ver. vel dic
etiã ponitur tertia. ⁊. j. in ver. vel dic agi. ponit̃ quarta. ⁊. j. i ver.
vel dic sue. ponitur quinta licet glo. appellet eam tertiam. Et ad
uerte quia illa quinta etiam potest ꝓcedere quando agit̃ rei vẽ
dicatione cõtra cõmodatarium vel depositarium qui tantũmo
do detinet et non possidet. quod fieri potest per. l. officium. s. de
rei ven. Nam non potest agi interdicto vti possidetis pro ciuili
⁊ naturali turbata. facit quod not. in. §. hi vero. ⁊. §. cõtra quos.
ad fi. insti. de act. ¶ Et adde dictis Bar. circa secundam lect. in
quantum dicit qđ renũcians expresse liti rei ven. intelligitur re
nũciare actioni ⁊ non dominio. Nam hoc potissime procedit in
casu isto quando apparet qđ renuncians vult intentare possesso
rium: quia sic apparet qđ propter causam illã tantũmodo renũ
ciat. ⁊ non alia de causa: ideo nõ debet alium effectum operari ni
si quatenus suadet ipã causa: cum causa limitata limitatũ pare
re debeat effectum. l. ita autem. in prin. s. de admi. tut. ⁊ sic nõ de
bet videri per hoc renunciasse dominio: quia satis est qđ operet̃
effectum qđ possit intentari possessorium retinẽde. Si autẽ alias
simpliciter renũciaret liti super reali esset maius dubium: q̃ iu
ri reali in absentia partis etiam potest renũciari. l. non solũ. §. si
liberationis verba. de libe. le. cum ibi nota. per Barto. ⁊ in. c. ve
niens. extra de renun. per Inno. tamẽ idem potest dici ꝙ ex quo
renunciat liti videtur solum renũciare quatenus est expediẽs ꝓ
lite tollenda. sed pro ipã tollenda sufficit qđ renũciat actioni cũ
ex hoc paretur exceptio contra agentẽ. l. postq̃ liti. C. de pac. er
go non intelligetur renunciatuʒ dominio. tenebit tamẽ talis re
nunciatio etiam in absentia partis per no. in. d. §. si liberatiõis.
per Bar. ⁊ per Inno. in. d. c. veniens. ¶ Item adde circa eãdem
lec. in quantum tangit agens possessorio veniat cõdemnandus
in expensis transeundo de petitorio ad possessorium. Nam Ho
sti. vt refert Jo. an. in. c. pastoralis. extra de causa pos. super glos.
pe. volunt qđ obtinens in possessorio recuperande nõ cõdemne
tur in expensis si postea succumbit in petitorio. Sed certe illud

dictum

dictū iure nō probatur contra.l.illam.C.de colla. ⁊ ipse idē Jo. an.in distinctione quam ponit super dicto glo.sentit oppositū ⁊ idem Cy.in.l.incerti.C.de iterdic. ¶ Itē adde circa tertiā lec. dictis Bar.inquantū tangit qd agens rei vendicatione videat renūciare possessioni quā habebat per se ⁊ sciebat se habere. Nā ista opi.quā etiam sequitur hic glo.videtur contra istum tex.nō cauillando.ideo potes tenere oppositū:tum per istum text.tum etiam per rationem:q2 vbicunq3 quis exercet aliquē actum per quem intelligatur renūciare alteri:ita demū intelligitur renūciare ⁊ recedere si actus qui exercetur habet effectum ſm intentionem agentis.l.si iure.cum ibi notatis.ff.de leg.iij. vbi ita demum per secundum testamentum quis videtur recedere a p̄rio si scōm habeat effectū.Sed in casu nostro intentans rei vendicationem etiam si millies intelligeretur renūciare possessioni non haberet effectum quem intendit intentando rei vendicationem cum velit per ipsam intentationem aduersariū condemnari ad restitutionē rei:vt.l.j.C.de alie.ind.mu.causa facta.qd fieri non potest:q2 licet perderet possessionem nō tamen acquireretur cōuento nisi illā apprehenderet.l. quēadmodum.ff.eo.ergo nō debet per talem intentationem rei vendicationis intelligi renunciasse possessiōi.Et sic ratio litere hic posita plane ⁊ indistincte procedet. ¶ Item adde circa quintam lec.qd si aliquis agit contra titium dicens eum tenere ⁊ possidere aliquā rē.deinde agat vti possidetis contra eum asserens se turbari in sua possessione qd iste videtur sibi contrarius.ideo poterit repelli aduersario hoc obiiciente vel etiam iudice per.l.j.cū ibi not.de offi.asses.iūcta.l.ij.§.sed si alius.ff.quando appel.sit.Et sic etiam volūt gl.si bene ponderentur in hac materia.Fateor tamē qd ille agens cōtra quem obiicietur de cōtrarietate poterit taliter declarare intentionem suā ꝙ euitabitur contrarietas per.l.si quis intentiōe ff.de iudi.Et sic intelligatur dictum Bar.hic inquantum tāgit quid in dubio. ¶ Item adde inquantum reprobat opi.Pet.qd vna sola ratio videtur vrgens scilicet ratio contrarietatis.nam ratio q2 electione tollatur nō videtur bona cū electio debeat cadere inter plura iura.l.si illud.quando di.leg.ced. S3 si aliquis possidet tunc sibi solum competit possessorium nō autem competit rei vendicatio contra aduersarium qui nullo modo detinet vel possidet.ergo nullo modo potest dici cadere electio inter rei vendicationem ⁊ interdictum vti possidetis:vt hic etia3 voluit sentire barto. Preterea nō videtur verum qd intentans rei vendicationem videatur renunciare possessorio:vt dixi.ff. Item ratio qd absolutoria in vna possit parere exceptionem rei iudicate in alia nō videtur bona propter id quod ipse tangit circa primam combinationem.Et quia illa non obstat in possessorio recuperande vel retinende vt ipse tangit circa primā lectu. Item ratio duplicitatis nō est bona propter id quod tangit circa quintam lec.Item ratio quam tangit quod quis habeat quod petit nō videtur perfecta: q2 si aduersarius hoc negaret nō prodesset vt ipse etiam tangit circa tertiam lecturā. Et sic vrgentior ratio est ratio contrarietatis. ¶ Item adde dictis Bar.circa prima3 combinationē inquantū tangit de possessorio adipiscende.nam ex eius dictis collige limitationē ad regulā illā vulgatā qd vbi absolutoria lata in primo iudicio potest parere exceptionem rei iudicate in alio secūdo qd tūc nō admittit cumulatio de qua in l.edita.C.de eden.Nam illa regula videt procedere quando veri similiter speratur primū iudiciu3 prius finiri vel saltem eodem tempore.secus quando speratur secundum iudicium citius finiri:vt q2 illud secundum sit summarium sicut est iudicium possessorium.⁊ primum sit plenarium sicut est petitoriu3.Itē videtur dicta regula limitanda vt procedat quando absolutoria lata in prima secundum communē cursum causarum potest parere exceptionē rei iudi.in secundo.secus quādo secundum cōmunem ⁊ regularē cursum nō habet parere exceptionem:s3 demū est secūdum extraordinariū ⁊ irregulare.vnde qū re⁹ assumit in se on⁹ p̄bationis ſm.l.circa.de p̄ba.vt voluit hic Bar.⁊ clarius in.l.fundi.⁊.l.fundum.ff.de excep. ¶ Itē adde circa eandē combinationem inquantum tangit de possessorio recuperāde.Nam vr velle qd si suspenso petitorio qs agat possessorio recuperande.⁊ obtineat in ipso possessorio qd releuet ab onere p̄bādi in petitorio ⁊ sic snīa in petitorio feret p eo.etiā si aliud nō p̄bet. S3 aduerte q2 hoc nō vr verū p id qd hr in.c.significauerūt.extra de test.vn̄ Inno.in.c.pastoralis.extra de cau.pos.posuit sup hoc opi.Una fuit opi.qd debeat probari sicut prius si vult obtinere in petitorio vt declaretur dn̄s ⁊ respectu expēsarum l3 reus veniat absoluendus a restitutione rei ex quo illam restituit.Scōa fuit qd nulla possit ferri snīa super ipso petitorio nisi reus velit agere de nouo cum videatur factus ammodo petitor ad instar eius qd dicitur de contumace cōtra quē facta est missio in reali lapso anno l.si qs emptionis.§.pe.C.de p̄script.xxx.anno. S3 certe ista opinio vr cōtra illud.c.significauerunt.Un̄ tertia fuit opi.ꝙ p̄cedi possit in dicto petitorio.⁊ ferri debeat snīa p ipso agēte ex quo constat possessionē violētam fuisse penes reum.q̄ non releuabit eū ab onere p̄bādi.l.ius ei⁹.⁊.l.si de possessiōe.C.de p̄ba.S3 istō nō plz Hostie.q2 si nō probat se dn̄m nō pōt declarari dn̄s. Ite3 nō pōt tūc absolui a petitiōe aduersarii:q2 aduersari⁹ nō egit s3 fuit cōuentus in iudicio petitorio:iō vr qd p̄ria opinio sit verior ⁊ iputet sibi q primo loco egit petitorio ⁊ non prius egit possessorio p recuperatiōe possessiōi ex cōsilio legis.ff.de rei vēdicatione l.is q destinauit.vn̄ vr tunc scōm naturā ipsius iudicii se arctasse ad probandū.Nec obstat.d.l.quāuis.⁊.l.si de possessione.q2 pōt rūderi dupliciter.primo qd est speciale in possessiōe hominis vt voluit gl.i simili in.l.qd aūt.de liber.cau.vel scōo pōt dici qd ibi nō dr qd si agat petitorio nō debeat agēs se p bare dn̄m.s3 hn dr ⁊ declarat qs debeat intelligi possessor seu sustinere ptes possessoris:vt ibi patet.Nec obstat dicta.l.si de possessiōe.in fine.iquātum vult qd petēs aliquē in seruū debeat obtinere si p̄bet istum subtraxisse istrumēta emptiōis agēti:q2 illud vr speciale i odiu3 ipsius subtrahētis instrumēta p q̄ p̄babat titulus vt ibi etiā voluit Bar. ¶ Itē adde circa eandē cōbinationē inquātū tāgit de possessorio retinēde.nā diligēter nota qd tota ista materia iquātum dicim⁹ qd vn⁹ ⁊ idē nō pōt intētare petitoriū ⁊ possessoriū retinēde eodē respectu p̄cedit qn̄ sup re corporali intentat.secus qn̄ sup iure incorporali ⁊ rō est q2 quasi possidēti ipsum ius cō petit iudiciū petitoriū.l.sicuti.§.s3 si querat.ff.si seruit⁹ vē.⁊ facit qd no.in.§.hi q.⁊ in.§.ei vero q.instituta de actiōib⁹.qd nō contingit sup re corporali.l.j.C.de alie.iudi. ¶ Item adde inquātū

7 vult† quod quasi possessio in istis incorporalibus releuat ab onere probandi.Nam hoc non videtur verum per id quod not.gl. in dicta.l.sicuti.§.sed si queratur.⁊ ipse idem Bartolus in.l.si prius.versiculo venio ad tertiam particulam.ff.de ope.no.nūciatione. ¶ Item adde circa quartam combinationem inquantum vult quod si vnus primo egit petitorio postea econtra conuentus agit possessorio adipiscende vel recuperande quod si nō fuit a principio conuentus interrogatus an possideret. ⁊ lis sit contestata in petitorio tempore quo proponitur possessoriū qd procedetur in vtroq3.⁊ sic etiam in petitorio secundum notata in.l.si a te.§.primo.ff.de excep.rei iudica.Nam istud videtur verum si agēs possessorio non obiiciat exceptionē cōtra agentē petitorio:s3 si dicat nō debere p̄cedi in petitorio qd ipse nō possidet videtur audiendus etiam post lit.conte.ex quo a principio non fuit interrogatus.vt est tex.cum glo. in.l. qui petitorio.ff. de rei vendi. ¶ Item adde circa istam quartam quintam ⁊ sextam diligenter esse ponderandum qd licet vbi vnus ⁊ idem intentat petitorium ⁊ possessorium magis impediatur concursus petitorii ⁊ possessorii retinende ꝙ petitorii ⁊ possessorii recuperāde. tamē qn̄ petitorium intentatur ab vno ⁊ possessorium ab alio:vel ecōtra est totum oppositum: q2 facilius admittitur concursus petitorii ⁊ possessorii retinende ꝙ petitorii ⁊ possessorii adipiscende vel recuperande:q2 minor est contrarietas in ipso possessorio retinende in casu predicto. nam si ego ago contra te rei vendi. ⁊ sic petitorio assero te possidere. Et si econtra tu agis contra me vti possi.⁊ sic possessorio retinende tu asseris te possidere: ⁊ sic nulla est cōtrarietas inter vos nisi forte tempore quo tu postea intentas vti pos. ego assererem me possidere.nā tūc essem contrarius ei qd primo dixi agendo petitorio. Et in hoc casu si essemus in casibus in quibus agēdo petitorio videor renūciare possessioni non audirer asserendo me possidere.in aliis autem casib⁹ bene audirer.sed viderer renūciare petitorio per id qd tangitur in tertia lec. Sed qn̄ vnus ⁊ idē intentat petitoriū ⁊ possessorium tūc est maior cōtrarietas in possessorio retinende quā in aliis: q2 si ago petitorio assero aduersariū possidere. Sed si ago possessorio retinēde assero me possidere.⁊ sic sum mihi cōtrarius. secus

8 qn̄ ago possessorio recuperande vel adipiscende. ¶† Item adde circa secūdā questionem in qua tangit an qn̄ impediatur cōcursus petitorii ⁊ possessorii si nihilominus sit processum in vtroq3 teneat processus. Nā licet p̄sequat plures casus. s. qn̄ impeditur cōcursus q2 absolutoria lata in vno parit exceptionem rei iudi. in alio.vel etiam q2 electiōe tollūtur vel etiam quia sint cōtrarii. ¶ Tu potes breuiter cōcludere qd semp tenet processus si non obiicitur a iudice nec a potestate per.l.j.§.quod autem.quorū lega.iudex solum in duobus casibus videtur posse obiicere. Primo quando apparet contrarietas ex actitatis per.l.j.ff. de offi. asses.⁊ in.c.solicitudinem.extra de appel. Secundo qn̄ ex actitatis apparet iudici in altero predictorū iudiciorū ipso iure ius nō cōpetere agenti per.l. vbi pactum cum sua glos.C. de transactionibus.al's enim non supplebit iudex defectū partis.l. iiii.§. hoc

9 autem.ff. de damno infecto. ¶ Item adde circa tertiā questionem inquantū tangit an in cōtrariis impediatur natiuitas: an vero exercitium:quia videtur qd si sint contraria in origine tunc impediatur natiuitas alterius eorū:al's impeditur solum exercitium per ea que habentur in.l.cum qui. ⁊.l. contra maiores.C. de inoffi.testa. ⁊ in.l.j.C.de furtis.⁊.l. si seruus cōis.ff. pro socio.

10 ¶† Item adde circa tertiam questionem inquātum tangit an in possessorio sit necessaria contestatio. nam casus est ſm vn̄ a le-

etu.expresse qd sic etiam in possessorio recuperãde in.c.ij.extra vt lite non conte.τ not.etiam in.c.consultationibus.extra de offi.deleg. Nec obstat.l.si qñ.C.vnde vi.inquãtũ dicit qd mox dz tractari tunc possessorium:qr dz intelligi.i.summarie.facta tñ cõtestatione vt in dictis iuribus τ glo.hic alleg.per Bar.nam etiaz in iudicijs summarijs fit conte.l.tigni.§.j.supra ad exhibẽ.iũcta l.iij.supra ibidẽ.eo.tit. ¶ Item adde inquantũ tangit an actor videatur quasi contestare litem id quod ipse no.in.l.edita actio C.de eden.vbi videtur reprehendere quod hic tangit. ¶ Itẽ adde circa penultimam questionem inquantũ tangit an quando ab eodem proponitur petitorium τ possessorium debeant simul terminari.τ dicit de iure canonico qd sic:sz de iure ciuili dz primo terminari id de quo primo cõstat.per notata in.c.ij.extra de cã pos. Nam certe ibi videtur probari oppositũ qd etiam de iure canonico si prius constat de possessorio prius terminetur. Et hoc etiam videtur de mente Jo.an.in.c.pastoralis.super glo.penul.in distinctione ibi posita per eum. Nec obst.glo.in.d.c.ij.qr debet intelligi qd velit dicere qd de iure canonico admittit̃ concursus petitorij τ possessorij lz de iure ciuili ẽm opi.Jo.τ sequacium sit secus. Et sic intelligit ibi etiam Jo.and.in epilogo sup dicta glo. ¶ Item adde circa eandem questionem penul. quando petitorium intentatur ab vno τ possessorium reconueniẽdo ab alio. Nam videtur qd cum iudicium petitorium sit plenariũ τ iudiciũ possessoriuz sit summariũ.d.l.si qñ.C.vnde vi.τ.l.iij.§.ibidem.ad exhiben.τ.l.j.C.quorum bonoruz.qd nõ admittatur reconuentio.per nota.in auten.τ consequenter.C.de senten.τ interlo.omnium iudi.per eundem Bart.nisi sustinendo dicas ꝙ forte causa petitorij erat effecta summaria per formã statuti vel per viam rescripti.ideo tunc bene admittitur reconuentio per not.per glo.in.c.sepe.de verbo.signi.in cle.vel nisi dicas qd licet prima cã sit plenaria bene potest fieri recõuentio de summaria qr illa poterit expediri cum ipsa plenaria licet etiam ante de illa possit constare. Sed econtra quando prima cã est summaria.secunda plenaria non possit fieri reconuentio:qr de plenaria verisimiliter non poterit constare eodem tempore quo de secũdaria ideo non procedit tunc nisi prima esset summaria extra ordinez ex forma rescripti que alias sui natura esset ordinaria. Nã tunc intelligetur etiaz illa plenaria sortiri naturam summarie vt voluit glo.singularis que non est alibi in.d.clemẽ.sepe. ¶ Ultimo adde circa vltimam questionem inquantũ tangit de interdicto de tabu.exhi.allegando.l.si.infra de tabu.exhi. Nã hic videtur sequi intellectum quem ponit ibi glo. Sed certe ille intellect⁹ nõ videtur bonus.vt not.per eum in.d.l.fin.ideo dic melius vt ibi per eum.

a ¶ Cõtinuata.ad dñ pau.de cast.i lec.paduana.vbi tractat de hac mã.

Summarium.

1 Possessio facilius ꝙ dominium perditur.
2 Malicia serui nobis nocere nõ debet.
3 Emolumentum ex aliquo volens sentire debet etiam incommodum portare.
4 Redhibitio vim reuenditionis habet.
5 Accessio nõ datur ex possessione non continuata.
6 Accessio datur marito ex persona vxoris in dote.
7 Possessio successoris quando prosit autori.
8 Administratores qui dicantur predones.
9 Accessio ex persona heredis τ defuncti datur legatario.
10 Accessio non possidenti non datur.

Pomponius. Rei imobilis perdit̃ possessio ciuilis:tamen nõ potest naturalis adipisci homine excepto.h.d. ¶ †Not.
1 qd facilius perditur possessio quã dominiuz.de quo
2 j.eo.l.si quis in.§.differentia. ¶ †Item not.qd malicia serui nõ debet nobis nocere.facit.l.si seruus seruum.cum ibi no.per glo.supra ad leg.aquil.

Cum quis. Qui vtitur accessione sui autoris vtetur illa cum sua causa τ suis vitijs.hoc dicit.
me dominum: tunc si conduco rem simpliciter: & sic in dubio re
spectu proprietatis non tenet conductio ex quo ignoro me domi
num. l. qui rem. C. locati. Et per consequens videretur qd contra
ctus non teneret & dominium non perdatur. Sed dubium est de
possessione an illa perdatur hoc casu. & credo qd non quia ex quo
ignoro me dominum si conducerem ab alio possidente acquirerē
possessionem. vt est casus valde nota. in. l. ei a quo. ff. titulo. j. ergo
multo fortius debeo retinere. Si autem ego dominus & possessor
scirem me possessorem: sed ignorarem me dominum & conducerē
rem respectu possessionis. credo hoc casu dicendum idem ac si sci
uissem vtrunq. scilicet me dominum & possessorem & conducerem
respectu possessionis tantum cum eadem videatur ratio ex quo
respectu possessionis tantum fit conductio. & per consequens idē
ius. arg. l. a titio. ff. de verbo. obliga. & ff. ad. l. aquil. l. illud. ¶ In
eadem glos. ibi: sed possessio admittitur. Et hoc sequitur etiā hic
Jaco. de rauen. & Cy. in. l. qui rem. C. locati. & bene. licet Barto. &
Jaco. de rauen. aliter dixerint vt tetigi superius. ¶ In eadem gl.
ibi. item sicut. & bene facit. l. aut qui aliter. §. si is qui. ff. quod vi aut
clam. ¶ In eadem glossa ibi. videor transferre dominium. sub. &
etiam possessionem. vt voluit glossa. v. ff. tamen contractus non
tenet fm istam gloss. & illam. Sed tenendo opinio. istam mirum
videtur quomodo transferatur dominium & possessio si contra
6 ctus non tenet. Sed dicit Jacobus de rauen. † quod potest respō
deri quod etiam ex inutili contractu dummodo a iure non repro
bato. licet alias ius non assistat: non tamen prohibeat translatio
nem dominij transfertur dominium & possessio: quia videt trans
ferri ex causa putatiua. lege eleganter. in principio. cum ibi nota
tis supra de dolo. & per Bartolum in. l. prima. §. si vir. ff. eodem.
Sed certe in illis loquitur quando interuenit vera traditio. hic
autem quando ficta. que si est nulla propter nullitatem contract⁹
non debet consequenter operari translationem dominij vel pos
sessionis. arg. l. non dubium. C. de legibus. Unde si tenemus opi
nionem glosse melius videretur dicendum qd contractus etiam
teneat ex quo intelligitur translatum dominium & possessio. Nā
partes faciendo contractum conductionis videntur voluisse fa
cere omne id quod est expediens vt contractus valeat. argumē.
l. illud. ff. de acquirenda hereditate. Et facit etiam quod habetur
in simili in lege singularia. supra si certum petatur. Nam si debi
tor meus ex causa venditionis habet pecuniam paratam: & ro
gat me vt illam habeat mutuo: licet non videatur hoc posse fieri
quia in re propria non cadit mutuum. l. ij. §. j. ff. si certum petat. ta
men nihilominus id sustinetur quia fingitur debitor tradidisse
mihi. & ego postea sibi retradidisse animo mutuandi. vt ibi patet
Sic & in proposito si ego dominus & possessor conduco rē meam
a Titio licet immediate hoc non possim facere. tamen possem do
nare Titio & transferrem in ipsum possessionem: & postea condu
cerem. & ita in hoc casu ex iuris fictione seu interpretatione vide
retur esse factum vt sic intelligat sibi donasse & me constituisse no
mine eius possidere. & successiue conduxisse. tamen vt dixi super
glossa quinta hec opi. communiter non tenetur per docto. quia
sciens se dominum & possessorem conducendo perdat dominiu3.
licet gloss. possit probabiliter defensari per ea que ibi dixi. Et li
cet hoc casu possit esse opi. sequendo opi. docto. an perdatur pos
sessio. tamen verius videtur quod perdatur per ea que ibi tetigi.
& intellige hec vera qd sciens se dominum & possessorem si condu
cit non tenet contractus: nec perditur dominium quando con
ducit respectu proprietatis. Si autem conduceret respectu posses
sionis: tunc clarum esset quod non perderetur dominium. Et sic
credendum est etiam glossa hoc casu voluisse: quia partes tūc nil
videntur de dominio cogitasse. & actus agentium non operantur
vltra intētionem eorum. l. non omnes. ff. si certū peta. Item aduer
te quia de mente docto. videtur debere limitari quando non in
teruenit aliquis actus vere traditionis respectu alicuius perso
ne: secus si respectu vnius persone interueniret actus verus: sed
respectu alterius fictus titulus & ficta traditio. quoniam tūc vi
detur transferri dominium. Exemplum si volens donare mulie
ri tradit viro pro eius dote aliquid. nā respectu viri interuenit
vera traditio. respectu mulieris ficta traditio & etiam fictus titu
lus si aliud non apparet: q3 extraneus dans dotem mulieri in du
bio videtur donare iuxta notata in. l. j. §. accedit. C. de rei vxorie
actio. & in. l. cum is. §. j. de condic. indebi. Et pro hoc videtur esse
tex. in. l. qui se debere. ff. responso. & in ver. sed si promisit. ff. de con
di. ob cau. quod tene menti pro limitatione communis opinio.
¶ Et adde etiam quia potest esse dubium an sicut fit distinctio
an scienter conducam rem meam vt meam: an vt alienam. ita eo
dem modo debeat fieri in emptione. Nam videretur qd sic: quia
hic equiparantur circa fi. Sed contrarium tenuit Jaco. de rauē.
quia indistincte fm eum tenet emptio. Et ratio quia emens non
agit aliquid tradere venditori vere vel ficte. secus in conducente.
7 ¶ In eadem glossa ibi valet quod agitur. † Nota bene quia vult

glo. qd si ego sciens me dominum & possessorem conduco rem respectu possessionis qd valet contractus. Sed tunc fortiter obst. quia sicut non valet quando conduco respectu proprietatis ex eo quia proprietas est mea. ita non videtur valere quando conduco respectu possessionis ex quo etiam ipsa possessio est mea. et pro hoc etiam facit tex. hic in fi. qui videtur velle quod possit dominus conducere rem suam respectu possessionis quãdo possessio est penes alium. ad idem facit. l. certe. §. fi. ff. de preca. & qd not. glo. in. l. qui rem. s. deposi. istam oppositionẽ voluit sentire glo. in ver. sequenti. & responde duobus modis vt in ea patet. Sz cõtra primam responsionem facit: quia ille a quo potest aduocari possessio potest illam precario concedere ei qui potest aduocare. l. fi. & l. certe. §. fina. cum. l. seq. ff. de precario. Et sic videtur qd ecõtra ex quo est dominus non possit precario rogare. Sed pro gl. facit quod habetur in. l. in bello. §. si quis seruum. ff. de capti. et ff. de vsucapio. l. sequitur. §. fructus. in quibus patet qd licet dominus irreuocabiliter non possit rem suam vsucapere. tamen si est dominus sed reuocabiliter poterit vsucapere. ita ergo fit in proposito vt possit teneri precarium ex quo possessio potest aduocari et posset poni exemplum quando a domino possit aduocari fortiter per interdictum vnde vi. & hoc modo possit sustineri prima solu. Secunda videtur diuinare: quia videtur intelligere qd iste prius constituit se nomine illi⁹ possidere a quo postea rogat precario. istam & tunc tempore quo rogat non erat possessor: quia p constitutum nõ erat translata in alium. l. quod meo. supra eodẽ. tamen in se est vera. ¶ Tertio solutio potest esse quam sensit Ja. de rauen. & Bar. quia ex quo conducit respectu possessionis intelligatur ex iuris intellectu constituisse se possidere & postea cõducere. & ideo teneat ipsa cõductio. Et isto modo possit sustineri quod teneat conductio quando sciens se dominum & possessorez conducit rem respectu possessionis. & pro ista opi. aliqualiter facit ver. & si sciens ponderata differentia quam ponit tex. tamen si intelligeremus illum versi. prout intellexit Bart. in diuisione qd loquatur quando quis est dominus & non possessor. & non pbaretur hec opinio hic nec alibi. nec pro certo iura alibi potius sonant quod demum teneat conductio rei sue respectu possessionis qñ quis non possidet. Et sic videntur innuere. secus etiam quãdo possideret. vt patet in. l. fi. de preca. & dicta. l. certe. §. fi. & ex not. per glos. in dicta. l. qui rem. tamen quia doctores transeunt cum hac glossa non audeo recedere ab illa. Et ex predictis pro clariori intelligentia potes concludere qd quandoqz quis est dominus & possessor: quandoqz est dominus: sed non possessor: quandoqz est possessor: sed non dominus: quandoqz nec dominus nec possessor ille qui conducit. Primo casu aut ignorat vtrũqz. scilicet se dominum & possessorem: aut ignorat alterum tantum. & si alterum tãtum: aut ignorat se possessorem: sed scit se dominum: aut econtra. & in omnibus casibus predictis quid iuris patet ex his que dixi super glo. secunda. & super hac glo. fina. Si sciuit vtrunqz aut conduxit vt alienam: aut vt suam. & si vt suam: aut respectu proprietatis: vel simpliciter: aut respectu possessionis. & quid iuris etiam patet ex his que dixi super glo. quarta & quinta. & super hac glos. finali. Et adde etiam quod pro opi. glos. vt videatur translatum dominium & possessio quando sciuit vtrunqz & conduxit respectu proprietatis. fortiter facit. l. qui rem. a contrario sensu. C. locati. et illa etiam facit quod tunc debeat tenere contractus. facit etiã qd habetur eodẽ titulo. l. ad probationem. Secundo casu principali quando est dominus & non possessor: & tunc aut cõduxit respectu possessionis: aut respectu pprietatis. & hoc secũdo casu aut ignorabat se dominum: aut sciebat. & si sciebat: aut conducebat vt alienam: aut vt suam: & quid iuris patere potest ex predictis quia si respectu possessionis tenet: si respectu proprietatis & ignorat non tenet: nec perditur dominium per ea que habentur in. l. ei a quo. infra titulo primo. Idem si conduxit respectu proprietatis si conduxit vt alienam. si vero vt suam pendet ex opinio. gloss. & doctorum de quibus in precedenti casu. Tertio casu quando est possessor sz non dominus si ignorat se possidere non tenet cum non videatur renunciare possessioni. Si aut scit si conducit respectu possessiõis idem videtur qd quando dominus et possessor condicit respectu possessionis. Si autem conducat respectu proprietatis si cõducat vt alienam tenet conductio & transfertur possessio in locãtem per l. qui bona fide. in prin. s. e. si vt suam idem vt potius inspiciatur veritas quã opi. prout tetigit glo. Quartus & vltimus casus quãdo non est dominus nec possessor est clarus: quia tunc tenet ꝯtractus: vt patet in toto titulo locati. Et aduerte etiã quia in primis duobus casibus principalibus potest continuo queri de tribus. Primo an perdatur possessio. Secundo an dominiũ. Tertio an teneat contractus.

Possessionem. Pupillus nõ põt animo desinere possidere. hoc. d. ¶ No. quod est facti põt per pupillum explicari. secus in his que sunt iuris saltim quando agitur de eius preiudicio. facit quod habetur in lege conditionibus pupillus. ff. de condi. & demon. & adde etiam qd habetur in. l. si stipulatus. ff. de solu. & l. stichum. §. vsumfructum. ¶ In glo. prima ibi: vnde dic hec prima vera. tertia etiam non potest sustineri: quia tunc ex iuris dispositione amittitur sicut & in quolibet sane mentis maiore non autem ex voluntate ipsius pupilli immediate. ¶ In eadẽ glo. ibi: imo qz dereliquit. Sed certe per hoc perderet naturalem si illa iuncta erat cũ ciuili: nõ autem perderet ciuilem per istũ tex. nec etiam perderet naturalem si illam solaz habebat. per. l. pupillus. s. ti. j. ¶ In ea. glo. ibi nisi alius apprehendat. sed certe etiam si alius apprehendat non perdimus statim possessionẽ quã tenebamus per colonum nisi suspicemur posse repelli per legem clam possidere. §. fi. s. eo. & tangetur. ff. eo. l. si de eo. §. j. ideo hec solu. nõ videtur bona per iura preallegata. ideo potes dicere qd in cõtrario possessio erat penes illum qui emit. & sic non fuit pupillũ alienata possessio. de quo plenius ibi dicetur.

Summarium.

1 ¶ Possidẽs vnum totum integrale non dicitur singulas eius partes possidere.
2 Possessio multis perditur casibus.
3 Locus sacer vel religiosus possideri non potest.
4 Iudex inuitum sua possessione potest priuare.
5 Possessio maris inundatione perditur quandoqz.
6 Possidere non potest qui est in alterius potestate.
7 Heres possessionem non querit sine apprehensione.

1 Qui vniuersas. ¶ † Qui possidet vnum totum integrale non possidet singulas eius partes. h. d. ¶ Nota quod dixi in summario. & effectum huius tex. collige ex his que habentur in. l. rerum mixtura. & l. eum qui edes. ff. titulo primo. Nec obstat quod habetur. ff. de solu. l. qui res. §. aream. vbi pro illis singulis conuenitur rei vendica. quia respondet Ange. qd non possidet illas singulariter vt hic: sed in concreto sic. allegat. l. quãuis si quis omis. cau. testa. & facit qd no. ff. qd vi aut clam. l. nam origo. Tu potes soluere vt ibi sensit glos. quia non sequitur tenetur rei vendi. ergo possidet: quia etiam dolo desinens possidere illa tenetur. l. is qui dominum. s. de rei vendi.

Possessionem. Possessio perditur ab ignorante & inuito superueniente defectu ex parte rei vel psone. hoc dicit vsqz ad. §. p colonũ. ¶ In tex. ibi volumus expresse. idem si tacite vt sequitur. ¶ † No. multos casus in
2 quibus perditur possessio. ¶ † Itez no. qd locus sacer vel religio-
3 sus non potest possideri sicut nec liber homo. Azo tamen in summa. C. eo. videtur velle qd sit differentia inter liberum hominem ex vna parte & locum sacrum ex alia: quia liberum hominẽ bona fide ignoranter possum possidere. s. eod. l. cum heredes. §. itẽ quero cum ibi nota. secus in re sacra vel religiosa. Et ratio potest esse quia libero homine concurrit quasi animus ipsius liberi hominis qui seruit tanqz seruus. que ratio cessat in re sacra vel religiosa. ¶ Item per liberum hominem potest nobis aliquid acquiri propter voluntatem quam habet. ideo ratione vtilitatis. id est receptum in libero homine. que ratio cessat in re sacra. & hoc etiam sequitur hic Jaco. de ra. & Ang. Sed certe ista ratio videt cõcludere, in re sacra inanimata: sed in re animata: vt si presbyter tanqz seruus possideretur ab ignorante videntur cessare dicte rationes
4 & ideo idẽ forte esset dicendũ qd in libero homine. ¶ † Item not. qd iudex priuat quẽ inuituz possessione. qd est clarũ respectu eius contra quẽ agebat secus si credebat eum possidere & re vera terti⁹ possidebat: quia nõ agit illũ tertiũ priuare. vt not. Inno. in. c. qm frequẽter. extra vt lite nõ cõtesta. & Bar. in. l. ij. C. vbi in rẽ actio. & tangit etiam hic Ang. de quo dicet in. l. peregre. §. quibus. ff. eod.
5 ¶ † Item no. qd per inundationem maris perditur possessio. et sic interrumpitur prescriptio. de quo tetigi in. l. iij. §. labeo. s. eo.
6 ¶ † Item no. qd ille qui est in alterius potestate non potest possidere. & qd ille qui prius possidebat si transit in alterius potestatẽ perdit possessionem. Sed dubiũ est an possessio quã tũc habebat transferat in eum in cuius potestatem transit: & dic qd sic. l. si adoptauero. ff. de preca. & sic facit qd ingrediẽs monasterium perdat illam. & sic facit qd acquiratur monasterio. qd intelligo etiã sine alia apprehensione. Nec ob. s. eo. l. cũ heredes. quia ibi possidens est mortuus. & sic extincta fuit totaliter possessio eius. hic autem viuit & trãslatus est in potestatẽ alterius cum iuribus ad eũ spectantibus. ideo translata est in eũ possessio. ¶ Et adde fm Ang. qd per cõsuetudinem: & eadẽ ratione per statutum põt induci qd absqz aliquo actu corporali querat nobis possessio sicut & in multis querit nobis dñium sine possessione per ea que habent in. c. ij. cum ibi no. per glo. & Inno. extra de consue. & bene facit lz nõ alleget qd habet in. l. iubem⁹ nulli. C. de sac. san. eccle. & in. l. raptores. C. de episco. & cle. & quod no. Barto. in. l. j. §. si vir. s. eo. Fateor tamen qd in multis casibus queritur dominium ipso iure in qbus non queritur possessio: vt voluit glo. in. l. cum duobus. §. idem respondit. s. pro so.

17 **Quod per.** †Heres non acquirit possessionē nisi eā apprehēdat vere vel ficte.h.d. ¶In glo.super verbo colonū:ibi nec apprehendentem.nec est necesse ſm Jac.de ra.qd̄ precedat volūtas heredis vel sequatur qr videtur in dubio heres consentire in eo qd̄ voluit defunctus cuius personā representat.⁊ qr est obligatus ad seruandā locationem factam per defunctū.l.pro hereditariis.C.de here.actio.⁊.l.j.C.si cer.pe. ¶In eadē glo.ibi.⁊ ei soluit.No.diligēter qd̄ in dubio videtur probari possessio eoipso qd̄ probat mercedē sibi solutam per colonū.qd̄ intellige nisi ex aduerso probetur tunc aliū possedisse per.l.quis. cum ibi no.j.eod.⁊ per.l.notabilē meliorē de corpore iuris in hac materia in.l.pomp.§.q.mo.vsusfru.amit.Et adde qd̄ p instrumētum locationis in dubio non probat possessio nisi appareat q sit factū in conspectu rei.vel nisi etiam probetur successiue mercedē solutam per ea que habent in.c.inter dilectos.ad fi.extra de fi.instru.⁊.j.eo.l.predia.qd̄ no.pro practica.illud aūt est certum qd̄ cōtra conductorē soluentē pensionem seu mercedē absq; dubio probatur possessio:qr non pōt refricare questionē.l.si quis cōductionis.C.loca.Contra tertium aūt procedūt ea que superius dixi.⁊ etiā qd̄ licet principium huius.§.allegetur pro contrario fini eius ⁊ soluatur contrarietas duobus modis.vt in glos.tamē dici pōt ſm Jac.de ra.qd̄ nulla est contrarietas:qr in fine dicitur qd̄ vsucapit heres per colonum id qd̄ pro emptore possidebat defunctus qd̄ cōtingit etiam si nullam heres apprehēdat possessionē ex quo alius eam non interrūpit.l.qui cum herede.§.fi.⁊.l.qui fundū.in prin.j.pro empto.⁊ ideo finis non contradicit principio.⁊subdit etiam hic Ang.qd̄ interdū defunctus habebat possessionē per se tantū.⁊ illa extinguitur morte.l.cū heredes in prin.§.eod.Ideo nimirum si respectu heredis tūc opus est noua apprehēsione:nec in illa locū habet postliminiū.d.l.cum heredes.§.j.Interdū possidebat ciuilē per se:naturalē per alium.⁊ hoc casu loquitur text.iste.⁊.j.eo.l.si de eo.§.fi.Interdum possidebat ciuilē ⁊ naturalem per alium.puta per seruū ex causa peculiari.⁊ hoc casu dicit qd̄ transit in heredē non illa que erat penes defunctum:qr est extincta morte sed illa que in persona serui manet.facit licet non alleget.l.qui a seruo.j.de actio.⁊ obli.Nec obst.ſm eū.l.j.§.sceuola.si quis testa.liber esse ius.fuer.qr debet intelligi ſm predicta.Adde qd̄ p seruū non retinetur etiam vera possessio hoc casu si qualis qualis.vt no.p glo.in.l.gerit.§.de acqui.her.Fateor tñ qd̄ queritur heredi etiam ignoranti.per nota.in.l.si is qui pro emptore.j.titulo primo.

Si ego. Per colonum commodatariū ⁊ depositariū etiā si alij latēter commodēt vel deponant possessionē retinemus.h.d.not. ¶In glo.fi.ibi per primū.subaudi propter eius animū.facto tamē mediante vltimi detentoris.vel etiam si nullus insistat in re retinebit per animū primi.dicit tamē hic ange.qd̄ si vltimus detētator committat dolū vel culpam non conuenitur ex commodato a primo locante vel commodante cū illa sit actio psonalis que dat contrahētibus adinuicē.l.si is apud.§.depo.⁊ intellige tex.quando iste cui res est commodata vel locata ex simili causa alij concedit.Nam secus si colonus meus vēderet possessionē meā alteri ⁊ eā traderet ei.⁊ postea ab ipso conduceret.Nam tūc priuasset me possessione etiā si mihi soluisset pensionē per id qd̄ habetur in.l.ij.§.qd̄ si seruus.§.eo.iūcta.l.pomp.§.quibus modis vsusfructus amit.⁊ per id qd̄ sequitur in glos.⁊ per id qd̄ no.j.e.l.quamuis. ¶In eadem glo.in fi.Sol.ſm Ray.vt colligit ibi ex gloss.que incipit ex hoc interdicto.vel dic qd̄ ibi loquitur quo ad actionem personalem que non datur contra tertium.hic autem quo ad retinendam possessionem que retinetur per primum facto tertij.

a **Si colonus.** a Per colonū etiam absentem animo retinemus possessionē naturalē.h.d. ¶In tex.ibi placet.nec fuit possessio interrupta.sed potius continuata.⁊ ista fuit mēs litere. ¶In glo.prima ibi:sed alij dicūt.precedens opi.communiter tenetur per hunc tex.a sensu contrario.nec ob.l.fi.C.de acquir.pos. qr non valet ibi argumentum a contrario sensu.vt ibi no.⁊ in.l.j.C.de vsucap.

Summarium.

1 Pupillus potest alicui possessionem querere.
2 Colonus non priuat dominum possessione ficta traditione.
3 Solutio mercedis possessionem contra tertium docentem de sua possessione non probat.
4 Infans habens intellectum incipere potest possidere.

b 1 **Quamuis.** b †Potest quis per pupillū sibi possessionē acquirere.h.d. ¶No. qd̄ ille qui non potest obligari potest tamē actum facti facere sibi non preiudicialem alias accessorium ad actum obligatoriū.⁊ facit iste tex.per Jac.de are.ſm Ang.qd̄ lz mulier ex forma statuti non possit obligari sine consensu viri.tñ poterit officium obligationis extraiudicialis suscipere ⁊ tenet gesta per eam.Nam licet non obligetur suscipiendo mandatum tamen pur re vera procuratrix existit cum sibi sit datum mandatū.⁊ ita dicit Ange.se de facto obtinuisse in ciuitate Florentie.vbi dicit vigere dictum statutum.quod est valde notabile.⁊ pro hoc dicto bene facit quod nota.hic gloss.in secunda expositione.videtur enim tenere mandatum quo ad alia:licet non teneat ad preiudicium mulieris.

2 **Si conduc.** †Ficta traditio coloni non priuat dominum possessione.hoc.d. ¶In text.ibi vel vtriq;.subaudi vel alteri tantum vt alternatiua habeat sua membra secundum quod habetur in textu. ¶In gloss.super verbo retinet.ibi:tu dic.hec vera ⁊ communiter tenetur. ¶In eadem glossa ibi cum conductor possidebat.Nota bene ex glossa cum textu limitationem ad illud vulgatum quod constituens se alterius nomine possidere videtur illi tradere ⁊ in illum transferre possessionem.l.quedam mulier.§.de rei vendi.⁊.§.eo.l.qui bona.in prin.⁊.l.interdum.§.fi.Nam illud debet intelligi quando constituens tempore constituti possidebat.alias non posset transferre quod penes se non habet.l.traditio.§.de acquiren.rerum domi.⁊ hoc esset valde notabile ſm Ange.in practica.quia cautus debet esse ille qui allegat per constitutum translatam possessionem quod articulet ⁊ probet de possessione constituentis tempore constituti.alias succumbet.Quod autem hic dicitur de solutione mercedis in casu proposito non videtur multum ponderandum.quia vt alternatiua habeat sua membra debet suppleri vt in litera dixi.⁊ sic etiam si non fuisset soluta merces primo locatori procederet li-
3 tera. ¶Et nota bene ex tex.cum glo.†quod solutio mercedis non probat possessionem contra tertium docentem de sua possessione.facit quod habetur in.l.pomp.supra quibus modis vsusfructus amittitur.secus quando non doceret de sua possessione.§.e.l.qui vniuersas.§.pe.⁊ ibi dixi.⁊ secus etiā quādo querit solū respectu ipsius soluētis ⁊ contra eū.vnde secus etiā esset si iste conductor seu colonus vēdidisset alteri ⁊ tradidisset:qr tunc priuatus esset primus possessione etiam si soluisset continue eidē pensionē per no.in.d.l.pompo.⁊ dixi in.d.§.pe.de quo etiam hic per Bart.⁊ in Spe.in ti.de loca.§.nūc aliqua.ver.xliiij.⁊ de prescrip.§.parte ver.sed pone colonus.Quid autem si constituens se nomine alterius possidere possideat naturaliter tantum ⁊ alius ciuiliter. An per constitutum priuetur primus.dic vt dixi in.l.interdum §.fina.§.eodem.

4 **Infans.** †Infans habens aliquem intellectum potest incipere possidere tutore autore.sed pupillus etiam sine eo ⁊ etiam infans per seruum ex causa peculiari.h.d. ¶No.quod dixi in summario.⁊ adde quod dictum fuit.§.eo.l.j.§.adipiscimur. ¶In glo.super ver.iudicium.ibi:plene.Et hoc innuit litera dum dicit suppletur autoritate ⁊c.quasi dicat secus si nullum penitus haberet intellectum:quia tūc non videtur posse cum tutoris autoritate sicut nec furiosus.de quo dicendum vt in.d.l.j.§.adipiscimur.per glo.⁊ Bar.§.eodem. ¶In glos.super ver.possessionem.in fine ibi glossa ponit plures solu.secundum quas illa.l.limitatur ⁊ distinguitur ſm istam ponit etiam quod illa corrigat istam ⁊ similes.Et hanc sequitur Jac.de ra.⁊ pro ea multū facit regula.d.l.que videtur velle corrigere opi.antiquas. Alia est solutio modernorum qd̄ ibi loquatur quando donatur aliquod iocale infanti in quo habere potest affectionem vt docet experientia.secus quando donaretur fundus vel domus.Et pro hac solutio.bene facit.l.si quis emancipatum.C.de donatio.⁊ hec videtur tutior.argumen.l.precipimus.C.de appellatio.⁊ de inofficio.do.l.j.

a ¶Si colonus.Adde ſm Ang.q iste text' allegat p Ja.de areti.ad hoc qd̄ licet mulier ex forma statuti nō possit obligari sine cōsensu mariti poterit tñ officiū pcuratoris extraiudicialis suscipere qd̄ est notādū.ita hr h in addi.ad Barto.

b ¶Quāuis.adde de materia hui' legis p bar.in.l.j.§.eo.

Summarium.

1 Mandatum quando morte mandantis finiatur.
2 Mandatum executori datum de mittēdo in possessionem finito officio dantis durat.

Rundi venditor. Cui datus est executor non potest ingredi sua autoritate ⁊ mandatum eius quod quis habet necesse facere non finitur morte.h.d.cum seque. ¶In tex.ibi:etiam si mandauerit.implicat idem multo fortius si nullum mandatum precesserat per.l.si ex stipulatione.§.eod. ¶In tex.ibi:amicus venditoris.subaudi cui datum erat mandatum vt induceret emptorem in possessione. ¶In textu ibi:aut cum sciret.expone istud aut pro ⁊.secundum Ange.quia sicut videtur de mente litere precedentis.facit quod habetur in.l.sepe.j.de verborum significa.vel si vis qd̄ stet proprie intellige ⁊ expone literam dum dicit cum sciret dictum mortuum.subaudi ⁊ heredes expresse non prohibere ⁊ hic dicet quando aliter constat de heredum voluntate quod volunt tradi:vt hic etiam tetigit Bartolus. ¶No.ex prima parte argu.contra illos quibus datus est executor pro executione sententie literarum apostolicarum si ingrediantur possessionem propria autoritate non introducti per executorem.facit quod habetur in lege miles.§.iudicati.j.de re

1 indi.¶†Item no.limitationem ad illud vulgatum mandatum morte mandantis finiri: quia illud verum nisi mandatum emanauerit circa illud in quo mandans erat obligatus.facit qd not. in.l.eius qui in prouincia.§.quos vero.ff.si cer.peta.¶In glo.j. ibi: qd non placet.sc3 quo ad hoc vt transferatur dñium vel vsucapiendi condictio per.l.si fundum.ff.de fun.dot. Et sic intelligitur qd no.in.d.l.qui res. Sed bene placet quo ad hoc vt venditor nõ liberetur ab actione ex empto nisi tradat vacuam possessionẽ per no.in.l.ij.⁊.iij.de act.emp. Et quãdo dicatur esse vacua possessio tangitur ibi.⁊ per Bar.in.l.meuius.§.fundo.de leg.ij. vbi notabiliter loquitur.⁊ aliquid etiam insti.de vsucap.§.qd autem.vbi bona glo.⁊ in.l.fi.C.vnde vi. Et quid operentur verba que quotidie apponunt̃ in instrumentis qd promisit dare possessionẽ vacuam liberam ⁊ expeditaʒ.recurre ad no.per Bar.in.d.§.fundo. ¶In glo.super ver.recte.ibi sed in alijs casibus loquuntur: quia in casibus in quibus locum habet penitentia etiam quo ad obligationem. Sed.§.si res.loquitur in cõtractu innominato in quo locus est penitentie.l.si pecuniam.de condi.ob cau.l.si pater. etiã loquitur in actu in quo nulla erat obligatio: vt ibi not. ¶In ea.gloss.ibi: vel dic vt ibi.dic qd ibi emanauit circa id in quo qs non erat obligatus.hic secus. Et eodem modo responde ad sequens
2 contrarium.⁊ facit text.iste † qd mandatum datum per iudicem executori ad mittendum aliquem in possessione etiã finito officio iudicis duret: quia iudex erat obligatus ad faciẽdum ⁊ iustitiam ⁊ cõsequenter ad id mandatũ faciendũ scdm no.in.l.j.ff.de iuris.om.iu.⁊ pro hoc facit.c.si sup gratia.de offi.delega.in.vj. pro hoc etiã allegat Ang.ter.in.§.⁊ hoc vero iubemus.ver.si vero.in auth. vt nulli iudi.col.ix.⁊ facit etiam qd no.in.l.more.§.⁊ quia.ff.de iurisdi.om.iudi.per glo.⁊ doc. Et per hoc etiam videtur qp si iudex dedit licentiam executori siue nuncio vt capiat debitorem Titij. poterit eum capere etiam finito officio. Sed istud limitat Ange. si causa cognita hoc est concessum executori: quia tunc sicut virtus licentie est perpetua.⁊ ita mandatũ executoris.d.c.si sup. Secus si fuisset cõcessa absq3 cause cognitiõe vt fit in tuscia.vbi viso instrumẽto guarẽtilie iudex ex forma statuti dat licentiã capiendi debitorem ⁊ reseruantur defensiones: quia id nõ poterit facere iudex finito officio: quia tunc finita est virtus interlocu.l.j.C.de postu.⁊.l.fi.j.de penis. Et ideo in Perusio sm Ang.seruat̃ qd in aduẽtu cuiuslibet successoris reuocat̃ sententia.⁊ adde qd hoc est tutius cum nõ est necessarium ex quo iudex necessitat̃ ⁊ est obligatus ad id faciẽdum ex forma statuti argu.huius.l.⁊ illius.c.si super gratia.nec ob.d.l.j.⁊.l.fi.quia non necessitabatur ibi iudex ad illam interlocu.quia ex quo sic exorbitanter est lata.⁊ sic sine cause cognitione merito expirat finito eius officio.

Summarium.

1 ☞Error nominis non vitiat.
2 Quodammodo dictio improprietatem notat ⁊ fictionem.
3 Possessio ignoranti per procuratorem potest queri.

Si me in vacuam. Error nois acquisitionẽ possessiõis non impedit sed error in corpore sic et dissensus accipientis impedit perditionem possessionis. hoc dicit.
1 ¶†No.qd error nominis non vitiat: sed error in corpore sic.facit l.si in nomine.C.de leg.¶In glo.super versi.non admittet.ibi in
2 proprietate.†No.bene qd dictio quodãmodo notat improprietatem ⁊ fictionẽ.cõcor.insti.per quas perso.no.acqui.§.nos quoq3. de quo per Bar.j.titu.j.l.si quis pro empto.¶In ea.glo. in fine. hec solu.sm Ang.nullum habet saporem.ideo dicit qd hic fiebat traditio vt a primitiua obligatione se liberaret tradẽs ex eo quia rem vendiderat. Ideo si non liberatur ex eo quia accipienti non queritur nõ est verisimile qd voluerit perdere possessionem.quia cessat causa finalis traditionis. Sed certe ista solu. Angel.nimis restringit literam: quia possibile est qd fiebat traditio ex causa donationis.vnde potes sustinere glo.quia vbi est error in re ⁊ in corpore rei videtur tunc recipiẽs dissentire.l.in venditionibus.⁊.l. in huiusmodi.ff.de contrahen.emp.ideo tunc non querit̃ nec perditur possessio.secus quãdo recipiens non consentit nec dissentit vt est videre in.§.si furioso. Item procedit hec lex quando actualiter traditur.secus quando iubet alij tradi: quia tunc demum videtur velle perdere si acquiratur ei cui tradi iussit.l.cum fundu3.j.de vi ⁊ vi arma.

Sed si non. Per procuratorem querit̃ domino possessio tam ignoranti quam erranti.⁊ procuratoris error domino presenti ⁊ non erranti non nocet.hoc dicit.
3 ¶†Nota qd possessio queritur per procuratorem etiam ignorãti de quo in.l.j.C.de acqui.posses.

Seruus quoq3 Per seruum nostrũ nobis ignorantibus queritur possessio ⁊ etiã per alienam si nostro nomine nãciscatur requiritur tamen tunc ratihabitio si mandatum non precessit.h.d.¶Not.qd dictum est in summario.

Exitus. Possessorium retinende prius debet terminari vt per hoc postea petitorium terminetur.h.d.¶In tex.ibi: possessionis.sc3 retinende. ¶No.qd nõ sufficit nuncium retulisse nihil esse in bonis debitoris ad hoc vt dicatur legitime facta excussio et possit deueniri ad pignorum possessorem secundum formam auten.hoc si creditor.C.de pig.nisi prius iudex pronunciet super hoc videlicet excussionem legitime factam. Sed Jaco.but.in.l.sancimus. C.ad treb.per illum ter.cum glo.sua.⁊ in.d.auth.hoc si debitor.tenuit contrarium: licet Bar.tenuerit primam partem in.l.stipulatio.§.habet.ff.de no.oper.nun.⁊ de hoc etiam But.in dicta autẽ. hoc si debitor. Ang.hic dicit qd via Barto.est tutior propter opiniones euitandas.tamen via But.forsitan sufficit ex eo quia quicq3 apparet ex actis intelligitur esse notorium per id qd no.glo.in.l.vbi pactũ.C.de transac.et in.l.ea quidem.C.de accu.adde no.per Inno.in.c.per tuas.extra de testi.⁊ in.c.ex insinuatione.extra de appel.⁊ bene facit ter.in.c.cum olim.extra de verbo.signi. Sed quãdo est notorium non esse soluendo non est necessaria excussio: vt no.in.l.decem.j.de ver.obli.⁊ in.l.fi.si cer.peta.ergo nec in hoc casu erit necessaria.de quo plene dixi j.d.§.habet.⁊ subdit hic Ang. qd etiam alius modus agendi etiam non facta excussione colligi potest ex no.per glo.quam reputo singularem in.l.nisi hoc actu3. ff.de pac.quam glo.reputat singularem.de quo remittit ad not.per se in.d.§.habet.⁊ in.d.l.decem.⁊ ibi etiam dixi.¶Subdit etiam qd vbicunq3 debitor cõstituit se possidere bona hypothecaria nomine creditoris potest creditor velut possessione priuatus per traditionem factam per debitorem alteri etiam nulla facta discussione agere contra possessorem cõdictione ex.l.fi.C.eo.titu.⁊ sic dicit voluisse But.in.d.auth.hoc si debitor.⁊ ideo cautus debet esse creditor secundum eum: vt semper post obligationem bonorum faciat adijci clausulam precarij.de quo etiam licet non alleget.habetur per Bar.in repeti.l.creditores.C.de pigno.⁊ facit qd dicetur j.eo.peregre.§.quibus.¶In glo.j.in fi.intellige secundum Ray. istam secundam quando vicissim intentant.⁊ idem si ambo intẽtant contra tertium: quia semper est eadẽ ratio.de quo plene per Bar.in.l.naturaliter.§.nihil commune.ff.eo.⁊ per glos.licet non perfecte in.l.certi.C.de interdi.¶In glo.fi.ibi: ab eodem iudice. hoc intellige quando iudex est competens super vtroq3: alias videretur secus per not.in.c.fi.extra de iudi.vbi si ecclesia obtinuit sententiam coram iudice laico super possessorio contra laicum nõ poterit postea laicus reconuenire ecclesiam super petitorio: quia non est laicus iudex competens ecclesie: vt in.c.que in ecclesiarum ⁊ in.c.ecclesia sancte Marie.extra de consti.⁊ in auth.statuimus. C.de epi.⁊ cle. Nec ob.qd no.in.c.at si clerici.extra de iudi.vbi clericus potest reconueniri coram iudice laico: quia ibi loquit̃ quãdo reconuentio fit pendẽte primo iudicio ad finem vt sup vtraq3 causa simul pronuncietur ⁊ nulla erat contrarietas si procedebatur super vtraq3. Sed qd dixi procedit quãdo finita prima lite reconuenitur clericus.

Summarium.

1 ☞Creditor vere dicitur possidere.

Qui pignoris. Debitor prescribit per creditorem possidentem vel si precario rem pignoratam concedentem.hoc.d.¶In ter.ibi: intelligitur.s.quod ad vsucapionem ⁊ bene dicit intelligitur: quia vere non possidet sed creditor naturaliter ⁊ ciuiliter: vt no.in.l.cum notissimi.in prin.C.de prescri.xxx.anno. ⁊ probatur satis ex hoc ter.in fi.dum dicit animo non possidet.
1 ¶†Nota ex ter.qd creditor vere possidet: licet fingatur possidere debitor quo ad vsucapionem.¶No.illud argumen.vulgatum.si illud de quo minus videtur inesse ⁊ inest: ergo de quo magis.de quo etiam in.l.ij.§.quedam.j.de interdi.⁊ extra de elec.c.cum in cunctis.in prin.

Summarium.

1 ☞Creditor locando rem pignoratam debitori possessionẽ non perdit.
2 Colonus quis proprie dicatur.

Rei pignoris. In ter.ibi: a creditore intellige passiue.⁊ sic per debitorem fuit conducta a creditore.
1 ¶†Nota qd creditor cui fuit tradita res pignorata locando ipsam debitori nõ perdit possessionem.imo illam retinet sicut si extraneus locauisset. et hoc sit loco summarij.talis tamẽ possessio creditoris intelligitur etiam esse debitor.quo ad hoc vt compleatur vsucapio per debi-
2 torem incepta.¶Item no.ex ter.† qd colonus proprie dicit̃ esse ille qui habitat in villa.⁊ sic conducit rem existentem in villa. Sed inquilinus est qui habitat in ciuitate. Et ita etiam sentit hec glo. Sed Ray.hic dicit qd proprie inquilinus dicitur qui habitat domum siue illa sit in ciuitate siue extra. Sed colonus qui colit fundum licet inhabitet domum gratia fructuum colligendorum in fundo

fundo existentium per. l. si predium. C. de predi. mino. Et per no
ta. per doctores in. l. certi iuris. C. locati. potes dicere quod opi
nio gloss. attenta communi accidentia procedat: alias de vero iu
re procedat opinio doctoris. Ideo si in ciuitate esset predium
quod coleretur sicut est in ciuitate ista. diceretur tunc colens il
lum colonus ⁊ non inquilinus licet habitaret ibi gratia colen
di eum.

Summarium.

1 ☞ Beneficium absenti collatum quando ei dicatur queri.
2 Campsores literas ad se missas conseruare debent.

Qui absenti. Non perdit quis possessionez
serui absentis donec ad eum li
1 tere libertatis perueniant. h. d. ¶ †No. qd̓ beneficium
collatum absenti non videtur ei queri anteq̄ litere si
bi presentētur seu illius habeat notitiam de quo per Bart. in. l. si
absenti. ff. de donati. ⁊ aliquid in. l. labeo. ff. de iureiuran. ⁊ in tex.
⁊ in glo. ⁊ per Inno. ⁊ Joan. and. in. c. j. extra de conces. prebē. in
vj. ⁊ aliquid etiam de prebē. c. si tibi absenti. eo. lib. ¶ Et per hūc
2 tex. hic Ange. dicit † qd̓ cauti debēt esse campsores ad quos litere
fauorabiles destinantur vt eas habeant ⁊ conseruent: q2 nisi do
ceant de presentatione eis facta nullus videtur fauor eisdem im
partiendus allegat etiam no. in. d. c. j. ⁊ per Jo. mona. in. c. iij. de
procu. in sexto. ⁊ in. l. j. ff. de consti. prin. ¶ In glos. super verbo vt
statim in fi. Sed certe licet ibi fuerit traditus non fuit traditus
parti nec in eius notitiam venit. Ideo hec solu. non videtur per
fecta. vnde potest dicere quod hic agitur de iure querendo absen
ti. ibi de iure querendo ad sui vtilitatem actum facientis quod
videtur posse fieri. sicut patet in citatione que potest fieri etiā ad
domum vt no. glo. in. l. j. §. item contra sacras. ff. que sen. sine ap
pella. rescin.

Summarium.

1 ☞ Dominium sub conditione transferri potest.
2 Dictio ne: modum facit.
3 Emptor colono stare non tenetur.
4 Aditio in solo consistit animo.

1 **Si quis possessionem.** †Possessio
⁊ dn̄iū pōt
sub cōditione transferri. ⁊ defectus cōditionis īpedit
eius translationē. h. d. ¶ In glo. super ver. nec aliter.
in fi. subaudi ſm veram sol. q2 ibi conditio non fuit adiecta trans
lationi dominij ⁊ possessionis. ideo ipsam translationē impedit
⁊ suspendit: q2 de natura cōditionis est suspēdere id cui adijcit.
¶ In glo. super ver. extiterit. ibi non alienes hec est cōmmunis li
tera scd̓m quam glo. facit differentiā an dicatur vt alienes: an ve
ro ne alienes. Sed reprehēditur per Dy. ⁊ doc. q2 ista verba vt nō
alienes. important modum qui non suspēdit substantiam actus
non aūt conditionem: vt. l. meuia. ff. de manu. testa. ⁊. l. j. ⁊. ij. C. de
his que sub modo. ⁊ facit qd̓ no. in rub. C. de fal. cau. ⁊ in rubri. ff.
2 de condi. ⁊ demon. †Et similiter dictio ne facit modum ⁊ exponi
tur pro vt nō quando id qd̓ importatur per eam venit implendū
post emolumētum quesitum vt erat hic. ⁊ probatur in. l. cum pa
ter. §. titio. ⁊ ibi etiam de hoc per glo. que etiam vr̄ huic cōtraria
ff. de le. ij. ⁊ in. l. quibus diebus. §. j. ff. de condi. ⁊ demō. alias habe
tur in glo. si non alienes. ſm Ray. ⁊ tunc glo. bene diceret. tamen
tunc interim nō esset translatum dominiū. Sed quando transfer
tur dominium tunc remanet dubium an sit dare cautelam qd̓ im
pediatur alienatio que fieret per donatarium. Nam ſm hoc glo.
nō posuit aliqd̓ bonum remediū licet reputetur singularis in hac
materia pro isto dubio ⁊ sepe ad eam fiat remissio. pōt tunc recur
ri ad duo remedia que posuit hic Bar. ⁊ pro differētia quā facit
inter verbuz alienabis ⁊ verbum alienaueris: vltra. l. stichus. de
ma. testa. q̄ est notabilis ad hoc. vide etiam qd̓ no. in. l. si quis sti
pulatus sit stichum. in prin. ff. de ver. ob. ⁊ in. l. hec vēditio. ff. de cō
trahē. emp. Et tene etiam mēti precipue illud remediū qd̓ appo
natur pactum qd̓ ille non alienetur. Et sic ꝓmittat donatariꝰ nō
alienare. ⁊ pro hoc obliget omnia bona sua ⁊ specialiter rem illā
que donatur. Nam tunc si postea alienetur alienatio erit nulla ⁊
poterit aduocari per hypothecariam per tex. sing. qui non est ali
bi in. l. si creditor. §. fi. scd̓m literam Pisanam. ff. de distra. pig. vn
de si tunc etiam esset additum qd̓ si alienauerit. ex tunc retro do
nat ⁊ constituit noīe donātis se possidere. posset ēt vēdicari. secus
esset quando simpliciter non interueniēte obligatione bonorum
esset appositum pactum de non alienando. ⁊ dictum esset ⁊ si alie
naueris ex tūc retro donas. ⁊ constituis te meo nomine posside
re. q2 post alienationē perfectam nō posset retransferri dominiuz
per. d. l. seruus meus. vnde tūc debet adijci ⁊ si alienaueris vel ad
aliquē actum alienationis peruenire volueris prout hic tetigit
Bar. Et no. predicta sunt valde vtilia in practica. nam per predi
3 cta potest limitari. l. emptorem. C. loca. que dicit † qd̓ emptor non
tenetur stare colono. Nam illud est verum nisi in contractu loca
tionis fuerit dictum quod promittat colono alteri non alienare
infra tempus locationis nec alium contractum in preiudicium
locationis facere. ⁊ pro hoc obligat omnia bona sua. ⁊ specialiter
rem illam locatam. Nam tūc si postea fiet alienatio erit nulla quo
ad preiudiciū ipsius coloni. Et sic sepe in practica feci dictare con
tractū pro cautela coloni. Et ad cautelā etiā apposui qd̓ ꝓmittit
nō alienare nec alium cōtractū facere in preiudiciū dicte locatio
nis. Et si cōtingat cōtra fieri ex nūc vult qd̓ talis alienatio ⁊ ꝯtra
ctus nō valeat. ⁊ pro hoc obligat omnia bona sua ⁊ specialiter rē
illam locatam.

Si is qui titio. Per seruum hereditarium ex alia
causa quam hereditaria quesitum
etiam hereditariaꝝ rerum queri potest possessio. hoc dicit. ¶ No
ta quod dictum est in summario. Et de materia dic vt. ff. eodem
l. j. §. veteres. ¶ In glossa finali ibi quando ante aditionem here
4 ditatis. †Sed quomodo hoc esse potest cum aditio consistat in so
lo animo. institu. de here. qualita. ⁊ differen. §. finali. ⁊. C. de iure
deliber. l. si auia. Et acceptando seruum ex causa emptionis que
erat hereditaria debet induci aditio per ea que habentur in. d. l.
si auia. ⁊. ff. de acquiren. heredita. l. gerit. Potes dicere ſm Jaco.
de rauen. ⁊ Ray. quod iste erat heres institutus sub conditione
que nondum euenerat. ⁊ sic adire non poterat. tamen forte tra
dens putabat illam euenisse. ⁊ sic indebite soluit: vt infra sequi
tur in glossa.

Summarium.

1 ☞ Possessio rei sequestrate perditur de partium voluntate.
2 Possessio perditur per sequestrum voluntarium.

1 **Interesse.** †Rei sequestrate de partium volū
tate perditur possessio nisi causa cu
stodie sequestretur. hoc. d. ¶ In tex. ibi: non procedet.
Sed quare secus in possessione quam habet creditor
cum illa prosit debitori. potes dicere qd̓ ibi res non est in lite. ⁊ sic
creditor possidet ad vtilitatem debitoris. l. qui pignori. ff. eodem.
Sed hic res erat in controuersia. ⁊ sic non possidebat sequester
precise ad vtilitatem alicuius ex partibus quacunq3 demonstra
ta. ideo tunc interrumpitur vsucapio nec coniungitur possessio
2 sequestri cum possessione partis. ¶ †Notat ex textu quod per
sequestrum voluntarium factum de partium voluntate perditur
possessio etiam in dubio. ⁊ hic probatur coniuncta glos. secus au
tem quando esset necessarium: vt quia esset factum ex mandato
iudicis inuitis partibus: quia tunc non perditur possessio. arg. l.
aliam. cum ibi no. ff. de noua. Et sequitur hic Jac. de are. ⁊ etiam
Jaco. de ra. ⁊ Ray. idem Barto. nisi appareret de mente iudicis
voluisse transferre possessionem in sequestrum per. c. j. extra de se
que. poss. ⁊ fruc. Et de materia sequestrationis dic vt per gloss. ⁊
docto. in. l. j. C. de prohi. seque. ⁊ per gloss. ⁊ canonistas in. c. finali
de seque. pos. vbi gloss. enumerat casus in quibus est permissa se
questratio. licet regulariter sit prohibita nisi fiat de ambarū par
tium voluntate. Et de materia etiam plenius per Joan. an. post
Joan. mona. super regu. locupletari. de regu. iur. in. vj. ⁊ per Ar
chi. in. c. quia res. xj. q. j. ¶ In glossa fina. in fi. quia agetur deposi
ti sequestraria hoc casu. dicit tamen hic Ang. hoc procedere quā
do non recipit mercedem alias daretur sibi prescriptis verbis ex
tacito pacto resultante per. l. si oleum. cum ibi no. ff. de dolo. ⁊ sub
dit Ang. quod quando sequestrum fit per iudicem in nullo dam
no vel commodo debet versari sequester. argu. l. finali circa finem
C. de bonis auto. iudi. possi. Fatetur tamen quod si iudex videret
sequestrarium in damno aduersarij aut afferri sibi tedium quod
poterit interdum esse iusta causa constituendi sibi salarium. arg.
l. j. C. de pre. sal. lib. x. ⁊. l. mulier in opus. ff. de capt. Subdit etiam
ipse Ang. quod si reus fugit ne iudicium finiatur quod tradēda
erit res sequestrata actori facta per eum semiplena probatione de
iure suo secundum Guli. de cu. ⁊ Bal. in. d. l. si oleum. quasi forte
tunc fuga fecerit semiplenam. argumen. no. in aut. de exhibē. §. si
vero etiam quidam iurent. ⁊ facit quod not. per glo. ⁊ Bart. in. l.
admonendi. ff. de iureiuran. ⁊ in. l. cornelia. ff. ad silleia. ⁊ sic iun
cta cum semiplena probatione actoris faciat plenam probationē
per nota. in simili per gloss. in. c. veniens. el. j. extra de testibus vbi
vnus testis cum fama in ciuili facit plenam probationem: licet
vnus testis per se faciat solum semiplenaz ⁊ similiter fama. ¶ Et
nota bene hoc dictum: quia est notabile in se. Et aduerte quia
Bar. in. d. l. si oleum. non videtur velle quod irreuocabiliter tra
datur res probanti per vnum testem: sed quia assignetur sibi re
uocabiliter. tamen q2 dabitur sibi tenuta ex primo decreto. per id
quod habetur in. §. si vero etiam quidam iurent. in autentica de
exhi. col. v. Non autem adiudicabitur secundo decreto secundum
eum nec feretur diffinitiua nisi plene probauerit pro hoc facit lex
properandum. §. sin autem absuerit. C. de iudicijs. vbi non obstā
te qd̓ reus fugerit se absentando quo ad diffinitiuam videtur re
quiri plena probatio. Non respondet tamen rationi quam supra
tetigi. nec illam format. Sed potes dicere quod in ciuilibus non

procedit dicta ratio cum in eis possit vt plurimum fieri ꝓbatio per modos legitimos: sed in delictis procedat in quibus nõ sepe potest fieri probatio: quia committuntur occulte. ⁊ sic in delictis videtur intelligere Barto. in. l. lege cornelia. ad sille. Est tamen plus in delictis: quia fuga licet faceret indiciũ ad torturã: vt ibi voluit Bar. tamen cum vno teste non plene probaret sicut nec fama: vt voluit glo. in. d. c. veniẽs. el. j. que est valde no. ⁊ sing. ⁊ no. Cy. in. l. fi. C. de questioni. Fateor tamen qꝫ etiam in ciuilibus aliqualem presumptionem facit contra fugientem per ea que habẽtur in. d. §. si vero quidam iurent. coniuncta glo.

Summarium.

1 ¶ Possessionẽ ciuilem perdit naturalẽ recuperare negligẽs.
2 Argumentum ex lege correcta est licitum.
3 Origo possessionis est inspicienda an sit iusta vel iniusta.
4 Argumentum a paritate rationis est licitum.
5 Exceptio dominij in interdicto vti possidẽtis nõ debet admitti.
6 Precarium vel clandestinitas quando in re propria consistat.
7 Possessionem habens antiquiorem obtinet contra alium de possessione.

Si de eo fundo. Violẽtia serui proprij quẽ possessione nõ priuat. hoc dicit.

Si forte colonus. ¶ Si colonus recedit nõ animo deserende possessiõis nulla possessio perditur: sed si animo deserende possessionis vel moriatur naturalis perditur ⁊ etiam ciuilis si naturalem negligat adipisci. h. d. ¶ Et secundum primum ⁊ verum intellectum primo loquitur quando colonus exit de fundo animo non deserẽde possessionis. Secundo quando moritur. Tertio quando exit de fundo sponte animo deserende possessionis. Quarto limitat secũdum dictum ex quo etiam in consequentiam ⁊ propter rationis identitatem sequitur limitatio tertij ⁊ etiam forte primi: lꝫ ang. dicat qꝫ limitat omnia superiora: sed re vera quo ad verba limitat solum secundo casu: sed quo ad mentem post tolerari dictum Ang. ¶ In tex. ibi: decessisset id est discessisset animo non tamen deserende possessionis. ¶ In tex. ibi: retineretur. subaudi naturalis per animum coloni licet sit extra fundum. s. eod. l. si colonus. cum ibi no. sed ciuilis per animum ipsius domini. ¶ In tex. ibi quo mortuo. scilicet colono nõ autem dicas dño fundi. ¶ In tex. ibi: etiam scilicet ciuilem possessionẽ domini interpellari. ¶ In tex. ibi: possessionem scilicet naturalem perditam per mortem coloni. ¶ In tex. ibi: idem si habes. idem refert se ad proximum dictum in ver. quo mortuo. Si habes alio refert se ad primũ casũ. ¶ In tex. ibi: sponte. subaudi animo deserende possessionis.

2 cti. ⁊ de ista loquitur glossa vt patet ex. l. quam infra allegat. † Sz bene debet venditor defendere emptorē de iure si questio sibi moueatur in iudicio. l. emptor. ⁊. l. si parentes. ⁊. l. empti actio. C. de euictionibus. ⁊ facit quod notat glossa in. l. si cum fundum fere. § j. de contrahenda emptione. ⁊ in autentica sacramenta. C. si aduersus venditionem. per que posses etiam dicere quod non tenetur defendere ex eo quia non sit liberatus a primitiua actiōe qua tradere tenebatur: quia imo est bene liberatus. Sed bene defendere tenetur in iudicio actione ex empto qua etiam manet ad id astrictus vltra obligationem primitiuam: vt patet in dicta. l. emptor. cum aliis preallegatis. ¶ In eadem glossa ibi: vel naturali hoc verum si constaret de mente: sed in dubio si pretor vel iudex iubet rem restitui. videtur verbum illud plenarie intelligendum. l. videamus. §. in fauiana. §. de vsuris. Et sic videtur etiā comprehendere omnem possessionem. ideo prima lectura videtur verior. Tertia etiam quam tetigi post Jacobū de arena satis pōt sustineri. Quarta autem est valde notabilis. et pro ea facit quod habetur in dicta. l. si cum fundum. ⁊ dicta autentica sacramenta. et quod notatur per glossam in. l. pomponius. §. sed ⁊ his. §. de procuratoribus. Et istam lecturam sequitur hic Bartolus. Sed in contrarium: vt dicit hic Angelus fortiter facit. l. sed ⁊ si possessori. in principio. §. de iureiurando. vbi Bartolus post Guillelmū de cungno tenet contrarium. et sic sibi in hoc contradixit. allegat etiam Angelus ad hanc lecturam. §. de arbitris. l. inter castellanum. et. l. si a te. §. si seruitus vēdicetur. et notat Cynus i. l. seruus C. de penis. vbi si ex sententia vel ex pacto debet res destrui: vt fuit in pactis Januensium ⁊ Venetorum in castro de Thenedo non potest edificium diruptum de nouo construi. Et de hoc remittit ad notata per se in. l. si fideiussor. §. finali. §. de legatis primo. Sed certe per ibi notata per ipsum Angelum non videtur bene declarari iste articulus. Raymun. videtur tenere istam lecturā reprobato dicto Guillelmi in dicta. l. sed et si possessori. per textum i. l. claudius. §. qui potiores in pignore habean. Et ibi etiam Bartolus tenet hanc lecturam et in effectu allegat etiam. l. si fundus. §. si plures. eodem titulo. Sed ille modicum facit. Et pro ista parte etiam facit. l. a diuo pio. §. si post aditam. ȷ. de re iudicata. Bartolus tamen in dicta. l. sed et si possessori. repondet ad istaz quod ibi loquitur respectu tertij contra quem iudex se non intromittit. sed respectu ipsius partis contra quam lata est sententia dicit esse secus ad. l. autem. sed et si possessori. non respōdet Raynaldo nec Angelo hic. posses dicere quod ibi loquitur in iuramento. nos autem in sententia. et in hoc maiorem autoritatem habeat iuramentum. facit quod habetur in. l. prima et secunda. supra de iureiurando. Forte potest dici pro concordia opinionum quod aut sententia lata est declaratoria pro agente et etiam pronūciatum est rem debere restitui: aut simpliciter pronunciauit iudex rem restitui. Si pronunciauit simpliciter rem restitui. tunc aut ille qui restituit virtute sententie ex interuallo prestat impedimentum. ⁊ iudex non tenetur se intromittere ex vi sententie: quia functus est officio suo. facit. c. cum in literis. extra de officio delegat. Sed alias ordinarie erit agendum. et maxime si esset delegatus non poterit se intromittere per dictum capitulum cum in literis. secus si incontinenti et non ex interuallo molestet illum cui facta est restitutio: quia tunc quodammodo non videtur restitutio facta; vt voluit glossa in capitulo querenti. extra de officio delegati. et Jo annes andree. super ea. ⁊ glossa clarius in capitulo commissa. de electio. in sexto. Si autem sententia fuit declaratoria et iussit etiā rem restitui: tūc si molestatus vult implorare officium iudicis ex ea parte qua iussit rem restitui. puta quod sit seruanda distinctio quam supra tetigi: quia aut molestatur incontinenti aut ex interuallo. Si autem vellet implorare officium vel velit agere ex capite sententie inquantum declaratum fuit dominium. videtur q̄d possit per id quod habetur in dicta. l. sed et si possessori. vt in simili hoc contingit in iuramento. et non videtur bona ratio diuersitatis quantum ad hoc inter iuramētum et sententiam. Nec obstat dicta. l. pomponius. §. sed ex his cum sua glossa. quia procurator ibi cauendo de iudicatum soluendo conuentus reali videtur in effectu cauere solum de restituenda. Nam in illa consistit solutio iudicati. et ideo licet in illo feratur declaratoria ⁊ iubeat rem restitui liberatus esset procurator restituendo. ideo expedit ibi q̄d etiam caueat de dando: quia si sententia esset lata cum domino: licet restitueret rem: tamen sententia declaratoria semper contra eum probaret dominium. d. l. sed ⁊ si possessori. ⁊. l. si a te. cum ibi no. infra de exceptio. rei iudic. in principio. ⁊. §. primo. Forte etiā posset dici quod aut autoritate sententie facta est semel restitutio: et tunc non possit amplius iudicis officium implorari si ex interuallo fiat molestatio. Aut autoritate non est facta aliqua restitutio: vt q̄ lata est declaratoria in reali pro reo. vel lata est pro actore. sed reus non possidebat nec fuerat interrogatus an possideret. quo casu absoluitur: quia non possidet lata declaratoria tamen super domino pro actore: vt dicta. l. si a te. in principio. ⁊. §. j. Et isto casu si aduersarius postea reperiatur possidere ex quo nondum facta est restitutio aliqua autoritate sententie. bene videtur posse iudicis officium implorari per ea que habentur in dicta l. si a te. in principio. ⁊. §. primo. ⁊ dicta. l. sed ⁊ si possessori. ⁊. l. pro inde. nam ibi reus conuentus iurauit rem esse suam. Et dicitur quod si possessio postea perueniat ad aduersarium poterit illam petere virtute iuramenti. ⁊ si dicatur cum iuramentum fuerit ibi interpositum ad exceptionem parandam reo quomodo introducit actionem. Et eodem modo posset obijci quando sententia est declaratoria pro reo. Respondetur q̄d illud contingit in quandā consequentiam. argu. l. ij. cum concor. supra de iurisditio. omniū iudicum. ⁊. l. ad rem mobilem. ⁊. l. si ad legatum. supra de procuratoribus. Nam ex quo declaratur dominium consequens est q̄d debeat posse rem suam recuperare. l. j. ⁊ per totū. ⁊. l. in rem actio. supra de rei ven. ⁊ not. Barto. in. l. sed ⁊ si possessori. Ex predictis igitur conclude quod si semel facta est restitutio autoritate sententie si ex interuallo fiat molestia non videtur iudex se posse intromittere. ita intelligatur iste textus secundum lectu. Jaco. de are. ⁊ glo. in dicta. l. claudius. in glo. magna. ⁊ in dicta. l. pomponius. §. sed ⁊ his. secus si incontinenti. Et sic intelligit glos. in capitulo querenti. de officio deleg. ⁊ in dicto capitulo commissa. de electionibus. in sexto. Et hoc quando non fuit etiam lata declaratoria super dominio. Si autem fuisset lata est magis dubium: tamen idem videtur dicendum ex quo semel est facta restitutio autoritate sententie. Si autem est lata declaratoria et non est adhuc facta restitutio aliqua autoritate sentētie: tunc videtur quod possit implorari officium iudicis pro restitutione fienda. Et hoc videtur clarum quando lata est pro agente. d. l. si a te. in principio. Idem videtur si pro reo. d. l. sed et si possessori. nisi dicas quod ibi loquitur in iuramento. Sed quo ad hoc non videtur bona ratio diuersitatis ex quo vtrunq̄ est declaratorium iure dominij. vel nisi dicas quod ibi per viam actionis agi potest: sed non officium iudicis executiuum implorari in sententia ex quo pro illa consueuit competere officium iudicis: licet etiam competat actio in factum l. argentarium. §. primo. cum ibi notatis. supra de iudi. ⁊. l. qui de inofficioso. supra de inoffi. testamen. ⁊ per Bartolum infra de re iudicata. l. intra. licet in iuramento hoc non reperiatur. Et in dictis casibus possit saluari opinio Barto. et Guliel. in dicta. l. sed et si possessori. Illud autem videtur indubitatum quod si per viā actionis agatur quod indubitanter sententia declaratoria facit ius pro agente. l. j. ȷ. de re iudi. Et de hoc articulo etiam tetigi in d. l. si fideius. §. fi. de lega. primo. sed latius hic dixi.

Aduersus. Non summatur. ¶ Nota q̄d possessio vitiosa prodest aduersus extraneos. ¶ In glos. prima ibi: ⁊. l. secunda. hoc secundum exemplum est bonum: quia secundum illud vitiosa possessio prodest aduersus tertium sed non aduersus eum a quo quis vitiose possidet: vt patet ibi in interdicto vti possidetis in quo clandestina et sic vitiosa possessio prodest aduersus tertium: sed non aduersus eum a quo quis vitiose possidet. Sequens autem exemplum de interdicto vnde vi nō est bonum propter id quod hic innuitur in litera a contrario sensu. videlicet q̄d vitiosa possessio nō prosit aduersus eum a quo quis illam habet. Nam in interdicto vnde vi prodest etiam aduersus illum a quo quis eam habet. l. si quis a se fundum. C. ad legem iul. de vi. ⁊. l. si quis in tantam. C. vnde vi. exemplum autem de. l. res alienas. in se potest tolerari: quia vitiose possidens si conuenitur rei. vendicatione a non domino se iuuat: quia actore non probante suam intentionem reus absoluitur. l. qui accusare. C. de eden. secus si dominus agat contra eum.

¶ De vsucapionibus ⁊ vsurpationibus. Rubrica.

¶ In glo. rubrice adde qđ dicetur statim in. l. vsucapio. ff. eo.

Summarium.

1 ¶ Usucapio quare introducta fuerit.
2 Exceptioni prescriptionis vel vsucapiõis quãdo prescribi possit.

Bono publico. Non summatur per doctores: Uel potes
1 sic dicere. † Usucapio propter bonum publicum est introducta. hoc dicit. ¶ No. casum quare introducta fuerit vsucapio. Alia autem causa colligitur in. l. fi. ff. pro suo. vꝫ vt sit litium finis. ¶ In glo. prima. in fi. Sed quomodo prefertur hic rigor equitati cõtra l. placuit. C. de iudi. cõmuniter dicitur hoc ideo: quia rigor est in specie equitas in genere. de quo hic per Barto. ⁊ per canonistas in. c. fi. extra de transactionibus. vel dic ſm Jac. de rauen. qđ põt dici qđ etiam sit equitas in casu vsucapionis quasi sit equum tũc preiudicari domino ex quo est negligens infra tempus a lege statutum alio possidente titulo ⁊ bona fide. arg. l. qđ quis. ff. de reg. iur. Et sic licet sit equum neminem locupletari cum aliena iactura: illud est verum nisi iusta causa suadeat oppositũ. Nã tũc equũ videtur qđ etiam locupletetur ſm eum. Ad materiam facit quod plene notat Jo. an. in regula peccatum. de regu. iur. in. vj. in. v. articulo. ⁊ melius qđ notatur per eundẽ in regula possessor. in questione ibi posita per eũ in nouella. in tertio articulo. vbi late prosequitur hunc articulum: an prescriptio sit contra ius naturale.
2 ¶ Extra glo. tangit hic Bart. † nunquid exceptioni prescriptionis [a] vel vsucapionis possit renunciari ante. scꝫ quam sit quesita. Et distinguit vt hic per eum. ⁊ in. l. nemo potest. de lega. j. simplr dicit non posse renunciari. Bal. ibi in effectu ponit distinctionem quam ponit hic Barto. ⁊ sibi appropriat. dic vt ibi plene dixi. Et adde etiam qđ licet fiat pactum qđ quis non possit vsucapere nõ semper ex hoc induci mala fides. Nam potest esse qđ emẽs putat vendentem esse dñm. ideo non curat apponere pactum qđ possit vsucapere. ⁊ licet etiam adderet etiam si reperiatur rem alienam esse adhuc necessario non infertur istum habere malam fidẽ: qua possibile est qđ nihilominus emptor credit venditorem esse dñm. Item in exemplo qđ ponit Bar. in. d. l. nemo potest. non videtur sibi causari mala fides ex pacto: quia etiam sine illo habebat sciẽtiam iuris alieni. Fateor tamen qđ vbi apparet malam fidem inductam qđ non habeat locum vsucapio cum in ea requiratur bona fides. l. j. ⁊ l. super longi. C. de prescrip. longi tẽpo. ¶ Et adde etiam ſm Ang. qđ si quis obligat se ad aliquid dandum ⁊ faciendum. ⁊ deinde subijcit clausula: scilicet que omnia ⁊ singula promisit dictus talis perpetuo seruare: ⁊ in nullo cõtra facere: vel ad omnem petitionem ⁊ terminum secum contrahentes qđ per hec verba videtur renunciasse exceptioni prescriptionis. ⁊ innuit talem renunciationem tenere. Sed de hoc dic vt in. d. l. nemo potest. de lega. j.

a ¶ Prescriptionis. ad de Bald. in c. j. §. preterea. de ca. cotra. ⁊ i. l. j. de sentẽ. q. p eo. et late p Bar. hic. ⁊ qđ dicit i apostil.

Usurpatio. Non summatur ista lex: quia breuis.

Summarium.

1 ¶ Usucapiens acquirere dicitur.
2 Usucapio in re mobili ⁊ immobili locum habet.

Usucapio. Non summatur. ¶ In glo. prima in fi. ibi non ipsa acquisitio ⁊ bene dicit glossa accipiendo acquisitionem: prout est in esse perfecto: sed prout est in fieri potest procedere diffini-
1 tio iuriscõsulti. † Nã ille qui vsucapit acqrit id est est in actu acqrendi. ¶ In ea. glo. ibi. §. ex plurimis. Ad hoc tamen cõtrarium posset responderi vt ibi voluit glo. ¶ In eadem glo. ibi. C. de prescrip. lon. tempo. l. iij. corrupta est vitio scriptoris. ⁊ debet allegare. l. ij. C. in quib. cau. ces. lon. tempo. prescrip. Et aduerte qꝛ dixit Barto. in. l. seruitutes. la vltima. ff. de serui. ti. ge. qđ olim ante iu-
2 stinianum. † Et sic secundum hec tempora vsucapio habebit locũ in re mobili ⁊ immobili. ⁊ erat idem tempus vel saltez annus vel biennium. insti. eo. in prin. Sed per iustinianũ fuit declaratũ qđ vsucapio solum locum habeat in re mobili: prescriptio in immobili. ⁊ diuisum tempus fiat statutum: vt patet in. l. j. C. de vsucap. transfor. ¶ In eadem glo. ibi: sed Bal. dixit hec opi. communiter tenetur per citramontanos. de quo in aut. nisi tricẽnale. C. de bo. ma. Sed disputatiue satis posset teneri opi. Marti. per istũ text. ⁊ insti. eodem. in prin. vbi etiam patet qđ per vsucapionem queritur exceptio. Et sic est argumentum qđ sumitur per glo. ex. l. si qs emptionis. C. de prescrip. lon. tempo. necessario non probat opi. Bal. Et ad. l. j. in fi. ff. de aqua plu. arcen. posset responderi: quia loquitur in iuribus incorporalibus. Et de materia per Jo. and. in regula possessor. in questione ibi posita in quarto articulo. vbi de hoc satis instat an per prescriptionem queratur dominium directum vel vtile.

Summarium.

1 ¶ Usucapere quis possit.
2 Dominus semel factus vsucapere non potest.
3 Res furtiua vsucapi non potest.
4 Usucapio rei per vim possesse prohibetur.
5 Seruus in re peculiari habetur loco domini.
6 Uoluntas serui non facit rem domini esse peculiarem.
7 Emphiteota vel feudatarius vendens rem domino irrequisito ⁊ redimens ea non priuatur.
8 Res ad aliquem reuersa dicitur cuius estimationem recepit.
9 Heres etiam ignorans in vitium defuncti succedit.
10 Usucapionis spectatur initium.
11 Usucapere qđ suum est nemo potest.
12 Lana ex oue furtiua efficitur bone fidei possessoris.
13 Substantia rei in omnibus debet attendi.
14 Actio furti datur pro re que furtiua non efficitur.
15 Usucapi non potest res vitio violentie expulsiue affecta.
16 Qualitas deficit deficiente substantia.
17 Incorporalia non possidentur.
18 Statutum qđ creditor infra decem annos non petens debitũ cadat a suo iure est validum.
19 Prescriptio non nisi centum annorum contra ecclesiam romanã habet locum.
20 Negligentia non petentis malam non purgat conscientiam prescribentis.
21 Prescriptio fuit in odium negligentis introducta.
22 Debitor late debitum dicitur possidere.
23 Jus ciuile corrigitur in actionis personalis prescriptione.
24 Debitorem ad soluendum arctat deus: sicut lex creditorem ad petendum.
25 Contractus debiti infra decennium non petiti an dicatur fictitius.
26 Sciens non semper in mala fide presumitur esse.
27 Prescribens bona fide si postea sciat rem alienam esse an teneatur restituere.
28 Forus conscientie vt plurimum censetur foro contentioso contradicere.
29 Uiolentia sequens non attenditur quando possessio vacua penitus occupatur.
30 Res affecta vitio reali quanto tempore possit prescribi.
31 Seruitus prescribi non potest.
32 Libertas seruitutis prescribi potest.
33 Seruitus que ⁊ quando causam continuam vel quasi habere dicatur.

Sequitur. Continuat litera se ad precedentia. ⁊ in effectu vult dicere qđ viso quare vsucapio sit introducta. ⁊ viso quid sit vsurpatio: ⁊ quid vsucapio. Restat videre de vsucapiõe quo ad alios effectus scilicet quis possit vsucapere ⁊c. vt in versiculo. sed videamus.

1 **Usucapere.** † No. qui possint vsucapere. Nam videtur qđ regulariter omnes nisi aliqui reperiãtur prohibiti. Et hoc sit loco summe vsq3 ad. §. fructus. vbi incipit tractare que res possint vsucapi. ¶ In glo. §. seruus. in fi. Et sic videtur velle glo. qđ vbi seruus est institutus si adit hereditatez iussu domini non remanet nomẽ heredis in eũ: secus dicũt aliqui secundum hec tempora in filiofa. instituto. de quo plene in l. cum filio. ff. de lega. j. ⁊ ibi plene dixi.

Fructus. Hic incipit tractare que res possint vsucapi. ¶ In tex. ibi: fructus. scilicet aliarum rerum ⁊ fructus fundorum. ¶ In glos. super verbo non fiunt. ibi: respondeo secundum Marti. hec reprobatur expresse per. §. heres. ff. ea. l. alie possent in se saluari: sed alique diuinant. ¶ In eadem glos. ibi: vel dic qđ non est bone fidei. ¶ Nota hanc solu. secũdum quã
2 habes limitationem ad istud dictum vulgatum † qđ semel factꝰ dominus non potest vsucapere: quia illud verum quando est factus dominus irreuocabiliter: secus si reuocabiliter: quia tunc potest vsucapere ac si non esset factus dominus. et pro hoc bene facit. l. in bello. §. si quis seruum. infra de capti. ¶ Et no. etiam ex glo. qđ licet bone fidei possessor faciat fructus industriales suos: tamen tenetur etiam illos officio iudicis restituere si extãt: quod intellige nisi per triennium eos tenuerit: quia tunc prescribit tale ius aduocandi. ⁊ sic debet limitari: quod notat glossa in. l. fructus. ⁊ l. ex diuerso. de rei vendicatio. Et adde secũdũ Ang. quod notat Innocen. in. c. ex literis. de resti. spolia. vbi dicit secundum eum qđ etiam si sunt consumpti fructus industriales debent restitui si sunt consumpti in vtilitatem consumentis. Sed eius dictuz dicit intelligendum solum quando agitur actione per quã quis tenetur solum quando factus est locupletior: vt est videre in condictione indebiti et petitione hereditatis: secus quando conuenitur alia actione: quia tunc non tenetur fructus industriales restituere etiam si sint in suam vtilitatem conuersi. Nam tunc illos

Mos lucratur pro cultura ⁊ labore. Et hoc dictū puto verum per nota. per glos. ⁊ Barto. in. d. l. fructus. ⁊. l. ex diuerso. Non reperio Inno. dicere id ad quod allegatur.

3 **Quod autem.** † Res furtiua ex dispositione legis attinie ꝓhibetur vsucapi donec fuerit reuersa in potestatem domini. hoc dicit. Nota quod rei furtiue prohibetur vsucapio per. l. attiniam. similiter ⁊ per legem. xij.

4 tabularum. vt in. §. furtiue. institu. de vsucapionibus. † Rei autē per vim possesse prohibetur vsucapio per legem iuliam ⁊ plautiā vt habetur in dicto. §. furtiue. ⁊. ff. ea. l. §. si tu me. ⁊. ff. de preca. l. certe. §. iulianus. ¶ Aduerte tamen quia vt purgetur vitium rei furtiue non sufficit rem reuersam in potestatem eius cui est subtracta: sed oportet quod reuertatur in domini potestatem: sed in re per violentiam possessa sufficit quod redeat in potestatem eius a quo per violentiam habet: vt probatur hic iuncta dicta. l. certe. §. iul. Et ratio diuersitatis potest colligi ex his que not. glos. in. l. itaqꝫ fullo. ff. de furtis. ⁊. ff. de vi ⁊ vi arma. l. j. §. qui vi a me. Nam furtum principaliter committitur in re ipsa etiam ignorante eo qui possidet. Sed violentia principaliter cōmittitur in personā eius cui fit violentia. et ideo illius personam qui violentiam recipit attendimus. ⁊ hoc intellige quando committitur violētia in re immobili. Si autem committatur in re mobili cum tūc etiam contrahatur furtum quia et raptor dicitur improbior fur. facit institu. vi bono. rapto. §. penul. requiritur tunc qd reuertatur in domini potestatem. l. fi. ff. vi bono. rapto. facit quod no. per Bart. ff. ea. l. §. si tu. ⁊. §. seq. ¶ In glos. super verbo subrepta. in fine. prima vera. nam res aliena non potest obligari sine domini voluntate. l. res aliena. ff. de pigno. actione.

Labeo. Sufficit qd res furtiua reuertatur ad eū per quē dominus possidebat. et quod reponatur in loco vbi stabat domino ignorāte si furtum dominus ignorauerit: alˀs si sciuerit noua domini scientia ⁊ voluntas requiritur. hoc dicit. Et diuiditur in quinqꝫ partes secundum verum intellectum. Nā primo loquit in re peculiari subrepta ab extraneo domino ignorante. Secundo in re peculiari subrepta domino sciēte. tertio in re dominica subrepta ab extraneo. Quarto in re dnica subrepta seruo quam nō tenuit in peculio. Quinto in re dominica subrepta a seruo quā tenuit in peculio. scda ibi: cōmodius. tertia ibi: nec enim. quarta ibi: ideoqꝫ. quinta ibi: item si eam rem. ¶ Et aduerte quia hec glo. in ver. ⁊ sciero. ponit duas lec. in ver. commodius. ⁊ licet quelibet possit saluari: tamen quo ad literam teneas primam: vt patet ex diuisione. Et similiter ponit duas lecturas in versicu. nec enim. quarū quelibet similiter pōt in se saluari. tamen quo ad literam teneas primā: vt patet ex diuisione. ⁊ distingui debet in materia pro declaratione text. prout tangit glos. in

5 ver. reuersam. ¶ † Nota quod seruus in re peculiari quodāmodo loco domini habetur. facit. l. interdum. §. cum autem. ff. de furtis. et quod not. glos. magna in. l. j. C. de seruis fugiti. ¶ Item nota ꝙ vbi dominus scit furtum esse commissum in re peculiari exigitur postea vt sciat rem reuersam in serui potestatem. Et ratio esse potest: quia quando ignoratur sua voluntas non est interrupta sed continuata. vbi autem sciuit furtum commissum tunc bene fuit interrupta: quia tunc sciuit se per seruum non possidere. ideo exigitur noua domini scientia. argu. l. si rem. ff. eodem titu. ⁊. l. nihil tam naturale. ff. de reg. iuris. ¶ Item nota qd vbi res dominica subtrahitur per extraneum non sufficit reuerti in potestatem serui. Et ratio quia in re dominica seruus non habetur loco domini. licet secus in peculiari: vt not. glo. in dicta. l. j. C. de seruis fugitiuis. ¶ Item no. qd vbi seruus subtrahit rem dominicam sufficit qd reponat eam in eodem loco. Et ratio est quia dominus tūc non fuit possessione priuatus. l. si rem mobilem. ff. titulo. j. secus quādo extraneus subripit: quia tunc fuit possessione priuatus. d. l. si rem. ideo non sufficeret tunc reponi in eodem loco. quod intellige nisi ille extraneus esset talis per quem dominus prius possi-

6 debat: vt patet in. §. sequē. ¶ † Item nota qd voluntas serui non facit rem dominicam effici peculiarem sed volūtas domini. facit quod habetur in. l. quā tuberonis. §. fi. cum. l. seq. ff. de peculio.

Item labeo. Sufficit rem redisse ad eum per quem quis possidebat. hoc dicit. ¶ No. ex textu iuncto precedenti quod aliud est quādo omnino extraneus per quem quis possidebat. nam huius factum propter voluntatem preambulam fortius operatur. In glos. super verbo vendito ris. ⁊ bene quia sine contrectatione furtum non committitur. l. si quis vxori. §. neqꝫ verbo. ff. de furtis. ⁊. ff. tit. j. l. iij. §. si. rem. vnde veritas est quod purgatur hic vitiū reale vt nō dicatur amplius furtiua sed non vitium personale quominus propter dolum teneatur de casu etiam fortuito: vt not. in dicto. §. si rem. ¶ In glo. super verbo gesta sunt. in fine. probatur. ff. titulo primo. l. rem que nobis. ⁊. l. si rem. Sed ad hoc voluerunt respondere quidam qd recuperatur possessio per factum ipsius redimentis vt. ff. in glos. sequen. glo. tamen ibi non approbat istud quod possessio recuperetur. ⁊ in effectu respondet quod non est absonum possessionem esse perditam. ⁊ dici rem reuersam in domini potestatem: licet dominus nō reincipiat possidere per. l. si rem. ff. eodē. Sed certe illa lex non probat dictum glos. vt ibi patet. nec similiter. §. tunc in potestate. ff. eodem. quia ibi dominus habuit rem vere vel interpretatiue: sed hic nec vere nec interpretatiue haberet si non recuperet possessionem: ideo communiter tenetur contra glos. vt recuperet possessio. ⁊ hoc operetur voluntas domini preambula. nam volebat ipse deponens conseruare possessionem sibi per istum depositarium. ideo iste animus operabitur etiam acquisitionem cōcurrente facto ⁊ voluntate ipsius depositarij licet possessio fuerit perdita. per id quod habetur infra eadem. l. §. de illo. ⁊. ff. pro empto. l. seruus. in quibus patet quod animus conseruandi inducit etiā acquisitionem: licet glos. tenuerit contrarium ⁊ non bene in. l. iij. in princi. ff. titulo. j. Et hoc procedit quando domino ignorante furtum fuit factum. idem si eo sciente si sciuit postea rem tunc redemptam ⁊ in eodem loco positam: quia ex quo id patitur videtur habere animum possidendi per illum sicut prius ideo acquiritur sibi possessio propter preambulam voluntatem. arg. l. filius. §. cum heres. ff. de leg. iij. que ratio cessat quādo extraneus omnino per quem non possidebamus rem subtraxit. ¶ Ultimo allega

7 tur tex. iste † qd si emphiteota vel feudatarius vendidit rem domino irrequisito ⁊ postea redimat qd illam non debeat perdere: et sic limitetur. l. fi. C. de iu. emphi. ⁊. c. potuit. extra de locato. scilicet quando rem nō redemit. Sed contrarium communiter tenetur per. c. j. quid iuris sit si vasal. feu. quod alie. rede. Nec obst. iste tex. qꝛ hic purgatur vitiū reale non vitiū personale dolositatis cōmisse per venditorē. l. qui ea mēte. ff. de furtis. ⁊. l. j. §. si rem. ff. deposi.

Si pupilli. Sufficit rem redire in potestatem administratoris legitimi. hoc dicit. ¶ In glos. super verbo sciat. ibi: ⁊ si pupillus. Sed contra hoc facit: quia pupillus quicquid videt ignorat legis interpretatione. l. j. C. de falsa mone. vnde de hoc an sufficiat pupillum scire. dic vt dicetur in. §. si tutor. hic allegato.

Tunc in potestate. Ad hoc vt purgetur vitiū furti requiritur qd res redeat irreuocabiliter in domini potestatem vere vel interpretati-

8 ue. hoc dicit. ¶ † Nota ꝙ interpretatiue dicitur res reuersa ad dominum quando eius estimationē recepit. vel quando de volūtate domini alteri est tradita. facit. l. si abducta. C. de furtis. ¶ In glos. super verbo vsucapietur. scilicet si res erat presens. hoc qualiter intelligatur. dic vt ibi. ⁊ melius per glos. in. l. qua ratione. §. interdum. ff. de acquiren. re. do. ⁊ per Barto. in. l. certi condictio. §. si. cum. l. sequen. ff. si certum petatur.

9 **Heres qui.** † Heres quantumcunqꝫ ignorans succedit in vitium defuncti. hoc dicit. ¶ No. quod dixi in summario. Et sic est casus contra opi. Marti. de qua per glo. in. §. fructus. ff. ea. l. Aduerte tamen quia prout tangit Dy. in regula possessor. circa fi. opi. Marti. potest procedere de equitate canonica: vt sic ex quo vere habet bonam fidem possit prescribere si ex sua persona vult incipere. ⁊ per hoc limitat. d. c. possessor. inquantum dicit possessorem male fidei vllo tempore non prescribere qd habeat locum in vero male fidei possessore: secus in ficto: vt est heres habens bonam fidem succedēs defuncto qui habuit malam. nam tunc illud. c. non habebit locum. qd est no. dignum. Credo tamen qd in foro ciuili non prescriberet talis heres spacio longi temporis per. l. cum heres. ff. de diuersis prescrip. Sed spacio lōgissimi temporis. xxx. annorum bene prescribet de iure ciuili ⁊ de iure canonico si a se velit incipere.

8 **De illo queritur.** [a] Partus ancille furtiue editꝰ penes bone fidei possessorē nō potest vsucapi si fur est in eius potestate: alˀs potest vsucapi si ante natiuitatem scientiam rei aliene nō habuit. h. d. Et qd dixi. ff. editus. subaudi ⁊ etiā conceptus. Et qd dixi si ante natiuitatē. subau-

10 di ⁊ etiam ante cōceptionē per ea que tangentur cum glo. ¶ † Nota spectandū esse initiū vsucapionis adeo qd superueniēs mala fides nō nocet. qd est verū nisi in casu singulari. l. si ancillā. ff. pro suo. ¶ In glo. super verbo si ante. ibi: secus si post conceptionē. hec vera. Et cōclude qd si scit simpliciter alienā sed nō furtiuā. ita demū impeditur vsucapio si sciuit antequā cōciperet: secus si postea etiā si sciat ante partum. ⁊ multominus nocet si sciat post partum. Si autem sciat eam alienā ⁊ furtiuam: tunc noceat etiam si id sciat post conceptionē: ⁊ etiam si sciat post partum saluo nisi denunciauerit domino scdm formam. l. si ancillam. ff. pro suo. si hoc poterat facere. nam alˀs erat excusatus vt ibi. ⁊ de materia plene per glos. in. l. ancille. C. de furtis. ⁊ in. l. si ego. §. partꝰ. ff. de publicia. ¶ In eadem glo. in fine. Et sic cōcludit glo. qd iste ver. si antequā referatur ad omnia predicta qd potest producere preterqꝫ respectu primi casus quando seruus dat ancillam furtiuā domino suo pro libertate habenda. Nam tūc indistincte mala fides serui nocet domino. vt voluit glo. in. l. seruus dno. ff. pro empto. Nā eadē psona reputatur dominus ⁊ seruus sicut ⁊ pater ⁊ filius. l. fi. C. de ipub. et alijs substi. ideo facilius nocet talis scientia domino. ¶ Et no-

a ¶ De illo. ad de tex. in. l. si alienā. ff. pro suo plene p Barto. in. l. ancille. C. de furtis.

bene qđ dominus hic ignorans non credebat nouam possessionē acquirere ancille quā tradebat seruus: quia credebat illam sibi acquisitam per seruum suum per.l.j.§.item acquirimus.s.e.licet re vera non esse quesita cum esset iniusta.s.titu.j.l.qđ seruus. ⁊ tamen per talem voluntatem acquirit sibi possessionem vt hic patet. ⁊ in dicta.l.seruus. Et sic facit ad ea que dixi.s.e.a.l.s.item labeo.⁊.l.iij.in prin.s.titu.j.

a **Lana ouium.** Quod meum est vsucapere non possum[a]. hoc dicit. Et ad hoc quotidie allegatur. ¶ In tex. ibi: contra. subaudi: quia vsucapibilis est. nō tamen per bone fidei possessorem ipsam percipiētem: quia in fructu est. ⁊ statim fit eius vt sequit. ¶ In text. ibi: potest. scilicet per
11 ipsum bone fidei emptorem percipientem eum. ¶ †Not. qđ illud qđ est meum non possum vsucapere. quod est verum quando est meum irreuocabiliter. secus si reuocabiliter. Nam tunc potestati ipsam rem aduocandi poterit vsucapi seu prescribi. supra eodem. l.§.fructus.cum ibi nota.⁊.j.de capti.l.in bello.§.si quis seruum.
12 ¶ †Item no. qđ lana efficitur bone fidei possessoris licet sit ex oue furtiua. Et ratio est quia cū tondetur videt concipi ⁊ nasci: ideo debet effici bone fidei possessoris sicut ⁊ fetus conceptus ⁊ editus penes bone fidei possessorem.j.de furtis.l.qui vas.§.si ancilla. secus autem est in fetu vel partu concepto apud furem. Nam licet nascatur apud bone fidei possessorem non fit eius: quia videt contractus per ipsum furem ex quo erat conceptus. de quo in.l.ancille.C.de furtis. ¶ In glo. super verbo consumpti. in fi. Et plene de materia in.l.ex diuerso.⁊.l.fructus.j.de rei vendi. ⁊ per Cy.in.l. centum.C.de rei vendicatione.

a ¶ Nō possū. Limita istō fm Bart. et Bal. i.l. iij. C. qđ me. cā. Bar. in.l. in bello.§.si qs seruum. de cap. ⁊ in.l.j. C. de ser. fu.

13 **Si et lana.** †No. substantiam rei considerandam. qđ intellige nisi ratio aliud suadeat: vt patet ex glo. ¶ In glo. super verbo furtiua. ibi.§. cum quis. nam tunc propter bonam fidem ex quo deducitur res in aliam speciem facta ipsius specificantis bona fide equum est quod ipsius efficiatur: quia noua res videtur.

Si rem. Si dominus rem pignoratam subtraxit nō efficitur res furtiua. tenetur tamē actione furti creditori cui pignori tradiderat. hoc dicit. ¶ In tex. ibi: vsucapi. id est eam vsucapibilem esse. facit qđ no. glo. in.§.qđ autem. el secun-
14 do. insti. de vsucapio. ¶ †No. qđ interdum agi potest furti: ⁊ tamen non efficitur res furtiua. Ratio patet in litera. ¶ In glo. super verbo posse. ibi: argumentum contra. huic contrario videtur standum. ⁊ per hoc reprobari videtur precedens sol. de hoc tamē dicendum vt dicetur in.l.si ab eo.j.e. ¶ In eadem glo. ibi: vel dic contra hypothecariam. hoc potest procedere si pluribus res fuit obligata ⁊ vni tantum tradita. Nam si subripitur illi per debitorem qui postea alteri vendidit ⁊ tradidit poterit prescribi hypothecaria contra illum cui non fuit tradita: sed non contra illum cui fuit tradita per.l.fi.j.pro soluto. que hoc modo potest solui videlicet qđ respectu dominij bene est vsucapibilis quando debitor subtrahit rem suam obligatam: sed non respectu hypothece creditoris nisi redeat in potestatem ipsius creditoris. ⁊ hoc quando ipse debitor subtrahit. Sed quando extraneus subtrahit: tūc videtur qđ res debeat redire in potestatem ipsius domini debitoris.s.ea.l.§.qđ autem. Forte tamen potest dici qđ tunc non sufficiat redire in potestatē domini nisi quo ad hoc vt possit vsucapi respectu proprietatis. Sed vt possit vsucapi contra hypothecam requiritur etiam qđ reuertatur in potestatē creditoris. sicut in simili dicit Bar. quādo subtrahit res in qua vnus habet proprietatem alter vsumfructum ad hoc vt possit prescribi in preiudiciū vtriusq; requiritur qđ redeat in potestatem vtriusq;. arg.l.inter omnes.§.fi.j.de furtis. Et hoc videt esse rationabile satis ex quo de vtriusq; preiudicio tractat ⁊ vtriq; datur actio furti: vt in.d.§. hec actio. ¶ An autem sufficiat rem subtractā bone fidei possessori redire in ipsius potestatem. Bar. qđ non: sed dicit qđ debet redire in potestatem domini. ⁊ videtur velle qđ sufficiat in potestatem domini redire per.l.cum sit probatum.C.de vsuca.p empto. illa tamen non probat bene: quia potest intelligi prout intelligit l.fi.j.pro soluto. Et contra eam etiam hic videtur esse quedā glo. in ver. domini. dum exponit. id est bone fidei possessoris. Unde forte potest dici qđ vt possit prescribi ad preiudicium bone fidei possessoris: requiratur etiam qđ in eius potestatem redeat ad instar eius qđ dictum est de fructuario ⁊ proprietario. nō autē sufficiat qđ redeat in potestatem bone fidei possessoris tantummodo vt possit prescribi contra verum dominum. ⁊ sic glo. in ver. domini. que voluit oppositum nō videtur hoc bene dixisse. Et ex predictis habes qualiter debet intelligi.§.qđ autem.s.eo. Et ad id qđ dixi de bone fidei possessore bene facit qđ habetur.j.de furtis.l.cū es.§.j.⁊ in.l.furtiuam. Sed in contrarium facit qđ habetur eod. titu.l.si is cui.§.fi. posses respondere prout ibi tāgitur in glos. vel potes dicere qđ non est necesse qđ reuertatur in potestatem bone fidei possessoris. Naz cum reuertitur in potestatem domini illud videtur sufficere: quia ex tunc facta est vsucapibilis respectu dñij querendi contra dominum: ergo multo fortius contra alium habentem publicianam tantū: cum habens dñium preferatur habēti publicianaz.l.fi.s.de publicia. Nec ob.d.l.cū es.§.j. quia potest responderi vt tangit glo. in.d.l.si is cui.§.fi. Et hec pars videtur verior ratione superius alleg. Et similiter videtur qđ nō sit necesse redire in potestatem fructuarij quicquid dixerit hic Bar. nam certum est qđ ille vsusfructus quem habet fructuarius non potest per alium prescribi: quia est ius coherens persone ⁊ variatur ex diuersitate personarum.l.stipulatio ista.§.si quis ita.j.de ver.obli. vnde ipse vsusfructus bene potest perdi nō vtendo etiam dato qđ res sit affecta vitio reali: vt probatur in.l.si plures.§.deiectū.⁊.l.si de fundo.j.de vi ⁊ vi ar. qz venit querēdū dño: vt ibi patet. Quod autē dixi de creditore videt posse tolerari: qz ius hypothece nō extinguit per translatione dñij in alium.l.vsucapio.C.de pigno.⁊.l. distractus.⁊.l.debitorē.eo.titu. Uel forte posset dici qđ si subripit ab extraneo res pignorata creditori tunc sufficit qđ redeat in potestatem dñi quia dñs cuius est proprietas principaliter videtur ledi ex furto accessorie videtur ledi creditor p̄pter hypothecam ⁊ ideo sufficiat redire in potestatē ipsius dñi qui principaliter est lesus. Sed quādo subripitur per ipsum debitorem qui est dñs: tunc solum leditur creditor ⁊ principaliter. ideo tunc sit necesse qđ in eius potestatem redeat vt possit prescribi hypothece. ⁊ ita intelligatur.d.l.fi.pro soluto. Et scđm hoc.§.qđ autez. procedet simpliciter prout litera iacet. Et ista videntur etiam de mente Jac. de ra. in.§.si viam.j.eo. vbi dicit qđ lex attilia videt requirere qđ reuertatur in potestatem dñi. ⁊ sic habuisse respectū ad directe dñm: et per cōsequens nō ad fructuariū vel similes. ar.l.j.§.j.s.si ager vec. vel embi.pe. Et sic videt etiam plus sentire qđ si subtrahit res in qua quis habet vtile dñium qđ sufficiat redire in potestatē directo dñi. qđ satis potest tolerari distinguēdo vt in simili.s.dixi de creditore: qz aut excipit per ipsum dñm directo: aut per extraneū. ¶ In glo. super verbo agi potest. in fi. alios duos casu addit barquorum vltimus est quādo filiusfamilias facit furtum in aduentitijs hodie. nam nō efficitur res furtiua respectu ipsius p̄prietatis: quia res est filij: nec competit actio furti: quia in aduentitijs non est actio inter patrem ⁊ filium.l.cum oportet.C.de bo. que libe.⁊.l.lis nulla.s.de iudi. fit tamē furtū respectu vsusfructus qui spectat ad patrem. ⁊ licet actio non competat in aduētitijs patri contra filium tamen bene videtur posse oriri obligatio inter patrem ⁊ filium ex causa aduentitia.l.iubemus. cū ibi no.C.ad treb. ⁊ per Bar. in.l.si quis pro eo.de fideiusso.⁊ per glo. in aut. vnde si parens.C.de offi.testa.

15 **Si tu me.** †Res affecta vitio violentie expulsiue nō pōt vsucapi etiam si violentia sit commissa cōtra male fidei possessorem: secus si non sit affecta licet pro violentia cōpetat interdictum vnde vi.h.d. ¶ In text. ibi: sed titius. subaudi qui non est particeps violētie fm Dy. ¶ In tex. ibi: nō a dño subaudi vi deiecto. cum dñs non fuerit deiectus sed mala fide possidens. ⁊ hoc faciebat dubiū. ¶ In glo. super verbo deiectū. in fine. subaudi: qz ibi discessit de possessione metu armatorū qui veniebant cōtra eū. hic sec⁹. ¶ In glo. sup verbo possessum. ibi: lex attilia. melius dixisset lex iulia ⁊ plantia: vt in.§. furtiue. insti. eo. tit.

Si fundum. Non potest commode summari. ¶ In glo. super verbo sciens. ibi: nō fit vitiosa: sed contrarium hic tenet Bar. quia satis dicitur vi possessa ex quo contra voluntatē possessoris possidetur: licet inuadēs credat esse suam per.l.j.§.quid sit ius.j.de vi ⁊ vi ar. ⁊ per alias ratiōes hic per Bar. allegatas. ⁊ facit qđ no. in.l.si quis in tantā.C.vnde vi. ⁊ adde dictis Bar. quia videtur velle qđ si occupatur possessio absentis. ⁊ ille postea hoc sciens suspicatus est se posse repelli dicetur res vi possessa per.l.clam possidere.§.fi.cum.l.seq.⁊.l.si quis id qđ.§.fi.s.titu.j. Nam in contrarium est glo. cum tex. secundum vnum intellectū in.l.si nulla.C.de acqui.pos. cum qua glo. transit ibi Cy. ⁊ etiam ipse Bart. potes dicere pro concordia qđ dictum Bar. procedat quādo mala fide quis intrauit possessionē per iura per eum allegata. secus quando bona fide. Et hoc casu procedat dicta glo.

Si dominus. Res affecta vitio violētie in potestatem dñi nō dicitur rediisse si ab eo iuste pōt euelli.h.d. ¶ In glos. super possessorē. ibi: ⁊.l.qui possessionem. ⁊ bene probatur. in.l.si quis a se fundu;.C.ad legē iul. de vi. Et est hic casus expressus qđ agenti possessorio recuperande non potest obijci exceptio dñij. ad hoc etiaz facit.d.l.si quis a se.fundū licet glo. dixerit contrarium ⁊ non bene. in.l.si de vi.s.de iudi.

Si viam. In prescriptione in qua nō requirit possessio prescribētis mala fides nō impedit ipsam prescriptionē ⁊ id qđ nō possidetur non potest dici vi possessum.h.d.
19 ¶ †No. qđ vbi nō est dare substātiā nō est etiam ibi dare qualitatē. facit.l.eius q in prouinciā.s.si cer.pe. Et ideo vbi nō cadit possessio nō cadit etiā qđ dicat res vi possessa. ¶ Itē no. qz incorporalia nō dicunt possideri: nec de illis p̄prie quis dicit deijci: ideo p illis nō cōpetit directū interdictū vnde vi: an autem cōpetat vtile. tangitur in.l.penul.s.de serui.⁊ in.l.sicuti.§.aristo.si serui. vē. ⁊ tangit

et tangit etiam hic Bar. qui in effectu cōcludit qḋ competit vtile interdictum vnde vi. ⁊ idem Inno. in. c. querelā. extra de elec. sed glo. valde notabilis ⁊ singularis in. l. iij. §. vnde vi. ff. de vi ⁊ vi ar. dicit qḋ lȝ expulso a seruitute psonali detur interdictū vnde vi: vt ibi ptȝ. tamē secus in expulso a seruitute reali per hūc tex. sȝ Guli. de cu. in. l. lȝ. C. eo. in pe. char. circa fi. ⁊ in prin. vltime in ver. item alium effectū hȝ ciuilis. ⁊ in ver. ⁊ circa. dicit qḋ interdictum vti possidē. vtile hn̄ daꝛ per no. in. l. pe. de serui. ⁊ in. l. sicuti. §. aristo. si serui. ven. Sed de iterdicto. vnde vi est dubiū: an deꝛ pro reali seruitute ꝓpter no. per glo. in. d. §. vnde vi. Finaliter tenet quod ibi etiam detur vtile per id quod no. glo. in. l. si quis in tantam. C. vn de vi. in glo. magna. versi. super rebus. in. ij. questione. vbi glossa tenet quod vtilis condictio ex lege illa habet locum etiam pro iuribus incorporalibus. Et hanc partem etiam finaliter tenuit hic Barto. vt hic dixi. et plenius examinat in. d. l. iij. §. vnde vi. Et sic text. iste cuȝ similibus debet intelligi de directo interdicto. Et aduerte etiam quia Barto. hic videtur reprehendere rationem iurisconsulti. et dicit quod ratio melior est que colligitur ex not. per glossam in. l. fi. quemadmodum. serui. amit. Sed tu potes sustinere rationem litere quia litera intendit hoc quod non debet impediri prescriptio: quia dicatur res vi possessa. Et ad hoc bene veniunt rationes litere. Sed si queratur an impediatur ꝓpter malam fidem. fateor quod debet inspici illud quod dicit hic Barto. et quod no. glo. preal le. an versetur factum prescibentis in prescriptione vel non. ¶ In glos. super verbo amittam. ibi iure restituas. intellige vi interdicti in casu nostro cum deijcens sit ille qui senserit commodum: sed vbi extraneus deiecisset: tunc primo loco teneretur deijcens ad emendam damni. sed si non esset soluendo tunc in subsidium restitueretur expulsus contra recipientem commodum ex ipsa violentia. argu. l. fin. ff. de eo per quem fact. erit. ¶ Et an requiratur bona fides in prescriptione libertatis seruitutis. recurre ad glos. ff. quemadmodum serui. amit. l. fina. ¶ Et aduerte: quia concludit hic Bart. licet sub dubio forte. qḋ ca. possessor male fidei. de regu. iur. lib. vj. et. c. fina. extra de prescri. non habent locum in debitore prescribēt contra creditorem et cōtra actionem personalem. Mouetur: quia illa prescriptio non causatur a possessione sed a mera negligentia non petentis. l. omnes. et. l. sicut. C. de prescriptio. xxx. annorum. et ideo non habet locum. c. possessor. quia vt ex verbis patet loquitur in prescriptione que procedit a possessione. patet quia dicit possessor ⁊c. Et similiter non habet locum. c. vltimum: quia loquitur de prescriptione reruȝ: vt ibi patet. Et sic que procedit a possessione: nō autem de prescriptione actionis personalis. ¶ Et per hoc infert
8 †quod si statuto cauetur quod si creditor non petat debitum infra decem annos cadat ab omni iure suo quod tale statutum valet. et quia tunc tollitur ciuilis obligatio et etiā effectus naturalis per not. in. l. si quis postquam. ff. de fideiusso. et per eundem in l. fi. ff. rem ra. habe. quod tunc tutus erit debitor nedum in foro ciuili sed etiam in foro ecclesiastico. secus autem si statutuȝ dicat qḋ si non petierit infra decennium non audiatur creditor: quia tunc solum causatur quedam exceptio et elidimur ciuilis: non autem tollitur naturalis. facit quod habetur in. l. j. ad velleia. Et ideo tunc illa naturalis per viam denunciationis euangelice poterit deduci ad forum ecclesiasticum propter id quod not. Innocen. et Joan. an. in. c. nouit. extra de iudi. ipse idem Bart. in extrauagā ti ad reprimendam. in versi. denunciatione. Et hoc dixit sub dubio forte submittendo se determinationi sancte matris ecclesie et theologorum. Ange. hic dicit quod bene fecit se sic submittere. qꝛ canoniste secundum eum. et similiter theologi secundum eum determināt contrarium. et fuit disputata questio quam ponit Joā. And. in mercurialibus super. d. c. possessor. sed certe ibi Joā. an. non dicit aliquid expresse de prescriptione actionis personalis. sed simpliciter quod iura ciuilia que dicunt possessorem male fidei posse prescribere sunt correcta per ius canonicum. Sed bene est verum quod ipse idem Joan. and. in. ca. ij. extra de excep. in vj. expresse hoc tangit. et ibi concludit disputatuȝ fuisse quod tale statutum non iuuet debitorem: nec consequenter valeat. Et ideȝ ibi tenebat dominus Pet. de ancha. Et plus dicit hic Ange. quod non credit Bar. verum dixisse etiam de iure ciuili: quia illa decretalis possessor male fidei emanauit solum ratione eneruationis peccati. et similiter dictum. c. fi. Constat autem secundum eū peccare ⁊ in peccato nutriri illū qui se tuetur iniquo p̄sidio prescriptionis eo qḋ habuit malā fidē. tex. est singularis scḋm eū in auc. vt eccle. roma. §. habet itaqꝫ coll. ij. Et p illū tex. dicit se defensasse multa arbitramēta. Nā multoties arbitratores qui habēt potestateȝ pronunciandi secundum veritatem ⁊ equitatem condēnāt reiecta exceptione prescriptionis reū conuētum ad restitutionē possessionis vel debiti. ⁊ deinde petitur per cōdēnatū reduci ad arbitriū boni viri. Nā dicit arbitramētum nō esse iniquuȝ si de mala fide prescribentis potest doceri: alias secus. cū p̄scriptio tā de iure ciuili quam de iure canonico sit inducta: vt pate in ti. de prescrip. Sȝ aduerte quia tex. in dicta auc. vt eccle. ro. videtur potius facere cō
16 tra Ange. †nam ibi dicitur qḋ ecclesia romana habet priuilegiū qḋ nō possit quis se tueri contra eaȝ iniquo p̄sidio prescriptionis nisi sit p̄scriptio centū annorū. ⁊ sic inquātū cōcedit etiā cū mala fide centum annorum contra ecclesiam facit contra eum. Itē facit contra ipsum Ange. inquātū vult in alijs esse secus quam in ipsa ecclesia romana cum ius singulare ⁊ priuilegium nō trahatur alios. l. ius singulare. ff. de legi. ideo pro constanti tene quod de iure ciuili non reprobat tex. ille opi. Barto. et potissime quia etiam tex. ille loquiꝛ etiā in ignorāte. ptȝ maxime ex implicatiua etiā ibi posita dum dicit ne tutus peccādi locus etiā sciētib⁹ relinquatur. Et tñ ibi appellat iniquū presidiū prescriptionis indifferenter etiā respectu ignorātis: sed forte Ang. voluit dicere qḋ per illū tex. probaꝛ etiā de iure ciuili qḋ ille qui vtitur presidio prescriptionis: ⁊ habuit malā fidē seu scientiā diciꝛ peccare quāq̄ lex nō attēdat tale peccatū in alijs personis quā in ecclesia romana: nec etiā ecclesia romana respectu prescriptionis centū annorū: qꝛ lex ciuilis que tendit in finem conseruationis societatis humane preponderauit finē seu bonū publicū qui oritur ex prescriptione: vt scȝ sit litiū finis ⁊ dominia rerū nō sint in incerto ꝓpter que cōseruatur ciuilis societas. Et preposuit predicta peccato prescribētis qꝛ tollere peccatū in prescribēte esset solū ratificare interiorē actū hominis. non aūt esset ratificare actū exteriorē tendentē solū in finem ꝯseruāde societatis ciuilis. prout plene ꝓsequitur Jo. an. in d. c. possessor. in tertio articulo. Et ideo forte voluit dicere Ange. qḋ ex quo lex ciuilis dicat talē peccare lȝ nō simpliciter illo respectu prohibeat prescriptionē ex quo in materia peccati preualere debet ius canonicum iuri ciuili: vt no. per glo. in. d. c. possessor. qḋ opi. Bar. nō procedat. ipse aūt Ange. idē tenuit in repetitione. l. j. ad fi. C. de iudi. Mouetꝛ ibi: qꝛ lȝ. c. possessor. videaꝛ loqui in prescriptione que ꝓcedit ex possessione: tamē. c. vltimū de prescrip. videtur indistincte loqui in quolibet mala fide prescribēte. Nā alˀs scḋm eum illud. c. fuisset superfluū: qꝛ per alia iura eiusdē tituli. et maxime per. c. vigilāti. eo. ti. erat ꝓuisum de prescriptiōe que procedebat ex possessione cū mala fide. Sed certe huic rationi Ang. posset respōderi qḋ illud. c. nō fuisset superfluū qꝛ lȝ in dicto cōcordaret cum alijs capitulis: tñ satis est qḋ ibi addit rationē que nō erat posita in alijs capitulis p tex. in. l. ij. §. si qd tñ. C. de vete. iur. enucle. ⁊ in. l. si qs prioris. C. de secū. nup. ⁊ p no. p Jo. an. in proemio grego. Ex quib⁹ ptȝ qḋ nō est absonū repetere alˀs dictū dum modo aliquid addaꝛ. preterea nō videꝛ tolli ratio Bar. quā. ff. tetigi.
detur damnata in. c. inter dilectos. de excessi. prela. nisi dicas ibi
damnari

damnari consuetudinem quando ludēdo etiam mutuat ad vsuras. Et forte sic voluit intelligere Jo.an.tamen litera aliqualiter ibi repugnat. tutius tamē videtur esse qd̄ erogetur in pauperes id quod vincitur ex ludo vt tetigit dominus Anto.de But.in dicto.c.clerici.preterea quia vt plurimū ex radice cupiditatis procedit qui dicitur radix omnium malorū.c.quia radix.xlvij. disti. Et intellige eo casu quo tenetur ad restitutionem:alias non posset de alieno facere eleemosynam.j.q.j.c.non est putanda.⁊ in.c.eam te.extra de iureiuran.licet posset dici qd̄ eo casu quo ludus est licitus debeat penitentiam agere de peccato cupiditatis. Et illud sufficiat de iure per id quod dixi in primo casu principali. Item aduerte quia vt dixi post Jo.an.ludum alearum esse licitum.intellige nisi interueniat dolus vel fraus.⁊ dummodo cessent blasphemie:vt voluit Jo.an.in.d.c.clerici. Posses tamen dicere qd̄ vbi interueniat solum blasphemia sufficiat penitentiā de tali peccato agere. Nec propter hoc teneatur ad restitutionē ad id quod proxime tetigi ⁊ quod dixi in primo casu principali.⁊ hoc si tenemus opi. Jo.an. Sed aduerte quia licet ipse faciat differentiam inter ludum azardi ⁊ ludum alearum.tamen glo.non faciūt differentiam:nec Tho.nec Ray.nec Inn.nec alij.de quibus.s.imo indistincte parificāt omnem ludum taxillorum. Et istud forte est verius:qr propter mixturam fortune sepe cōtingunt blasphemie ⁊ alia mala que in alio ludo more fortune occurrunt:vt etiam expresse videtur.d.l.fi.de alea.⁊ docet etiā experiētia. Et sic est eadē ratio prohibitionis in vtroq̄:licet in alieno sit mixtura ingenij. ergo idem ius debet esse vtrobiq̄.ar.l.illud.cum similibus.ad legem aquil. Nec ob.predictis.c.sacris.preallega.qr ibi ratio dictat propter mixturam licitum trahere ad se illicitum hic econtra dictat ratio.ideo inspicitur quod nocet.arg.l.iij.ad filleia. ¶ Ultio pondera diligenter qd̄ Thomas in loco preallegato videt̄ velle
5 †qd̄ ludus taxillorum in se nō sit illicitus:sed propter prohibitionem iuris positiui.pro hoc facit:quia sicut fortune.l.si quis ita stipuletur.siue nauis ex asia venerit.j.de verbo.obli.ita videtur qd̄ possim promittere decem si a fortuna habueris plura puncta quā ego.vel si puncta tua citius veniant q̄ mea. Et tenendo istā opi. posset probabiliter dici qd̄ si aliquid vincitur cessante dolo ⁊ fraude a persona que habet administrationem rerum predictarū in locis in quibus consuetudo nō seruat ius positiuum.d.l.fi.qd̄ nō teneatur ad restitutionē.nec etiā teneatur erogare in pauperes. deberet tñ penitentiā agere de blasphemia si interuenisset tutius tamen est propter opi.vitandas erogare in pauperes. argu.c.iuuenis.extra de sponsa.vbi in concernentibus animam tutior via in dubio est eligenda. Quid autem si aliquis emit rem aliquam ab existente in ludo videtur hic esse de mente glo.qd̄ si est collusor non teneat emptio.secus si extraneus:quia tunc tenebit contract⁹ non tamen tenebitur de euictione. Et ista videtur probari secundum varios intellectus in.l.ij.j.quarum rerum actio non da. an autem manifeste prodigo intelligatur a lege interdictum. tenuit Jaco.de rauen.qd̄ sic. Sed glo.⁊ doct.communiter tenet contrarium.de quo dic plene in.l.si is cui.j.de verborum obligationib⁹ vbi etiam dixi.

Summarium.

1 ¶ Partus quo titulo vsucapi possit.
2 Permutatio late capitur pro emptione.



Uiob pactum. Dominus potest vsucapere partum ancille subtracte ab alio q̄ a seruo subtracte ⁊ per seruum domino tradite.hoc dicit. ¶ In tex.ibi furtiua.nō tamē subtracta a seruo:sed ab alio vt differat a lege sequēti.⁊ voluit gl. fi.in.l.seq.circa fi. ¶ In glo.j.ibi siue furtiua.hoc non pcedit per l.si ancilla.j.pro suo.nisi restringas glo.secundum illam.l.quādo sciuisset licet furtiuam ignorasset cuius fuisset.vel licet sciuisset cuius fuisset non potuit denunciare vel si potuit denunciauit.alias esset sec⁹. Et de materia dic vt plene per glo.in.l.ancille.C.de furtis. ¶ In eadem glo.ibi.dic pro soluto.nam emptio hic non pōt dici cum hic non fuerit precium.l.inter partem.§.sine precio.s.de
1 contraben.emp.† Et no.bene quia glo.videtur velle qd̄ ptus vsucapiatur ex titulo a quo habita est mater. Nam mater hic habet titulo pro soluto.⁊ eodem titulo glo.dicit vsucapi partum. Alibi dicit qd̄ imo nō vsucapiatur eodem titulo:sed titulo pro suo.l.nō solum.in prin.s.de vsucap.⁊.l.ancille.C.de furtis. Sed concorda glo.quia ista procedit quādo ancilla erat pregnans tempore contractus qr tunc saltem in concreto licet non discretiue habetur titulus in partu.l.si qd̄ ex pamphila.de legatis secundo.secus quādo non erat ancilla pregnans:quia tūc vsucapitur titulo pro suo partus cū in eo non possit dici subesse titul⁹ matris ex quo postea est conceptus.⁊ sic loquantur alie glo.

Seruus. Dominus potest vsucapere partū ancille furtiue a seruo manumisso subtracte ⁊ sibi tradi-
2 te.h.d. ¶ † No.permutatio late potest dici emptio.facit.l.j.s.de cōtraben.empti.⁊ qd̄ habetur in.l.statuliberi a ceteris.§.quintus.

de sta.libe. In glo.fi.ibi vel ibi decedit.hoc cōmuniter tenetur:vt sic iura iuribus cōcordentur per.l.j.C.de inoffi.do. Nam videtur ista.l.aperte cōtrariari dicte.l.sequitur.§.de illo.⁊.l.ij.§.si seruus bona fide.s.eo. Et aduerte quia glo.in sequenti solu.in effectu sequitur istum.vnde nō debuit dicere vel melius.sed debuit dicere vel plenius. Et aduerte quia ratio diuersitatis inter casum quando existēs seruus tradit ⁊ casum quando iam factus liber tradit: tunc potest:quia primo casu dominus censet̄ esse quasi heres vniuersalis serui.facit.l.non solum.s.de resti.in integ.⁊ qd̄ not.in.d.§.si seruus.in gloss.fi.ideo scientia serui nocet sibi. que ratio cessat qñ iam liber factus tradit:quia tunc est particularis successor ⁊ recipit ab eo qui tunc erat dominus:vel putabatur dominus:ideo non nocet scientia ipsius autoris singulari successori.

Summarium.

1 ¶ Assertio procuratoris vel serui prebet iustā causam erroris.

Uod vulgo. ¶ Iustissima causa erroris in titulo pro emptore tribuit
1 causam vsucapiendi.h.d. ¶ † No.qd̄ assertio procura-
a toris vel serui [a] prebet iustam causam erroris:⁊ eodē modo videtur in assertione patris vel alterius cui quis successit. quod intellige vt no.per Bar.in.l.celsus.s.de vsucap. In contrarium tamen facit ſm Jac.de raue.quia quis non debet esse credulus.l.j.§.j.de eo per quem factū erit. Et quia in assertione vnius etiam in quacūq̄ dignitate existentis non videtur credendū per l.iurisiurandi.C.de testi.⁊ aliter non bene declarat. Potes dicere qd̄ ibi persuasit forte sibi faciēs forte sibi dici per fide dignas personas.⁊ tunc esset clarum.facit qd̄ dixi.s.eo.l.qui fundum.§.procurator. Posses etiam dicere qd̄ hic verisimiliter potuit ei credere propter mandatum qd̄ ei dederat:cum teneatur virtute mādati id facere. Et sic in dubio est presumptio:arg.l.merito.s.pro socio. Et quia alias esset procurator teneretur actione mandati. Et facit etiam qd̄ habetur in.l.liber homo.s.ad legem aquil. Uel tertio potest dici qd̄ hic fit iusta causa:quia non debet in dubio presumere mandatum.arg.dicte.l.merito. Et quia vult se iuuare ex possessione sua cum lōgo tempore:secus quando alias ex simplici assertione vel agere cōtra alium per id quod habetur in.l. qui cum alio.j.de regu.iur.⁊.l.iij.§.sed si sit.s.de in rem verso. Et per predicta patet qd̄ licet Barto.hic videatur velle qd̄ simplex assertio serui vel procuratoris dicatur prebere iustissimum errorem:tamen videtur quod non proprie dicatur iustissimus cum alius possit esse iustior:vt quando concurrit assertio fide dignarum personarū:tamen forte dictum Bar.saluatur ex eo quia est sufficiēs ad vsucapionem in titulo pro emptore.in quo glo. dicūt requiri iustissimum errorem in.l.celsus.s.de vsu.vnde quo ad dictū effectum ex quo parit vsucapionem potest dici iustissimus. Et pro dicto Bar.facit etiam glo.que est hic. ¶ In glo.prima.ibi.l.proculus. Sed certe ibi erat data pecunia tantūmodo.vnde non poterat tractari de emptione. Ideo nimirum si ibi non habet locum titulus pro emptore:qr sola pecunia vt quantitas fuit in dote data ſm Ray.de forli.

a ¶ Uel serui. Adde Barto.hic ⁊ alexā.in addi. et qd̄ habet in.l.ij.§.procura.s.eod.

Summarium.

1 ¶ Usucapio per pignus pretorium interrumpitur.
2 Pignus pretorium qualiter constituatur.

Isso lega. ¶ Licet possessio nō sit vacua non impeditur vsucapio.h.d. ¶ † No.
1 qd̄ non interrumpitur vsucapio per pignus ptorium. Nec ob.j.de re iudica.l.a diuo pio.§.si super rebus. qr
2 vnde vt ibi p glo. ¶ † Itē no.qd̄ per missionē in possessionē autoritate iudicis constituitur pignus pretorium.de quo per glos.in.l. non est mirum.s.de pigno.act.⁊.l.iiij.eo.titu.

Summarium.

1 ¶ Denunciatio facta post contractum malam fidem non inducit.
2 Fiendum facilius impeditur quam iam factum.

Lienam. ¶ Nunciatio noui operis non interrumpit prescriptionem.h.d.vel
1 sic secūdum alium intellectum.† Denunciatio que fit post contractum per factum non inducit malam fidē. hoc dicit. ¶ In tex.ibi diutinam possessionem id est vsucapionē que procedit ex diutina possessione. ¶ In text.ibi partem.s.forte precij que restabat soluenda. ¶ In glo.super verbo denunciante ibi.non tamen per executorem.imo idem si per executorem si solū pronunciaret rem esse illius pro quo denunciauerat. Nec obstat.l. sicut.quia ibi citabat eum ad iudicium. ¶ In eadem glos.ibi ab initio denunciatum. Nota ex gloss.qd̄ quando denunciatio fit ex postfacto post contractū perfectū non videtur inducere malam fidē ex sola expressione cause iuste etiā si fiat ab eo cuius principaliter interest.secus quando fit ab initio ante actum perfectum. Et sic intelligit Bar. hic istā glo.cum tex.⁊ plenius per eum in.l.nō

solũ.§.morte.l.mã ptestatiõis i scða qõne pncipali circa tertiũ mẽbrũ dicte qõnis.ff.de no.op.nũ. Idẽ sentit Inn.i.c.dilecti.extra de

2 maio.⁊ obe.†Et rõ põt esse q: facilius impedit fiẽdum q̃ iam factum.arg.l.patre furioso.ff.de his qui sunt sui vel ali.iur. Potes tñ dicere vt hic voluit sentire Ja.de ra.⁊ Ray.qð istud hic nõ pbatur nec glo.istud voluit.sed voluit dicere qð licet denũciatio q̃ fit ex postfacto constituat quẽ in mala fide quo ad fructus.vt in.l.si fundum.hic all'.tamẽ non interrumpit incboari: ideo mirum si nocet quo ad vsucapionẽ denunciatio quando fit ab initio.secus quando ex postfacto.dictum tamẽ Bart.⁊ Inno.est multum notabile propter ius canonicum qð vult etiam malam fidẽ superuenientẽ post vsucapionẽ incboatam nocere in.c.possessor male fidei ẽm vnum intellectum.extra de reg.iur.in sexto. Nam ẽm illum sola denũciatio ex postfacto nõ induceret malam fidẽ ex sola expressione cause nisi aliter ostẽderetur eius veritas.secus quãdo a principio denunciatio fit.qð est notatu dignum. ¶In ea.glo.ibi speciale.dic qð ibi possidebat sine titulo ⁊ ex cã lucratiua.ideo quandocũq; fiat denunciatio nocet hic ex titulo iusto ⁊ ex causa onerosa. Nec obstat etiam.l.ij.C.de serui.q: ibi nedũ interuenit denunciatio sed etiam prohibitio per quam interrupta fuit possessio ⁊ consequẽter vsucapio seu pscriptio.vt ibi etiam no.hic secus. Dominus Joannes de Imo.

Protestatus. ¶Qui emit ab aliquo tã q̃ negociorum gestore vel coniũcta persona nõ est male fidei vbi credit eũ habere mãdatũ h.d. ¶In gloss.fi.ibi iustã habuit causam.subaudi: q: forte fecit sibi dici per fide dignas personas vel forte ostẽdit mandatum qð erat reuocatum.

¶Pro herede. Rubrica.

¶In glo.rubrice.ibi hic verus heres dicat: vel etiã putatiuus errore iusto: vt no.in.l.j.ff.eo.⁊.C.e.l.j.⁊ probat in.l.nõ solũ.§.j.ff.de vsuca. Sed in titulo de pet.here.sumit verbũ pro herede p eo qui non est verus heres.sed putat se heredẽ errore iniusto.⁊ idẽ si iusto ẽm Bar.qð est notandũ q: ẽm eũ dabitur petitio hereditatis etiã contra eũ qui habet titulũ putatiuum errore iusto. Cõtrariũ tamẽ licet ipse non dicat: no.glo.in.l.fi.j.p legato.sed nõ bene.vt ibi dicet. Accipit etiam istud verbũ pro herede quãdo quis tenet tanq̃ procurator veri heredis vel etiam putatiui.vt not.glo.in.l.pro herede.ff.de peti.heredi. Et aduerte q: continuatio patet de se huius tituli ad precedentem: quia hic subiungit de alia specie vsucapionis.

Pro herede. ¶Ubi per rerum naturam nõ potest haberi verus titulus non procedit tũc vsucapio titulo putatiuo etiam ex errore iustissimo.h.d. ¶Not.qð dictũ est in summario.⁊ ex ipso no.limitationem ad.l.celsus.⁊.l.non solum.§.j.ff.de vsuca. ¶Itez no.qð vbi non potest habere locum veritas nec etiam fictio.l.si filius.ff.si cer.peta.

¶De re iudica.⁊ de effectu sententie. Rubrica.

¶In glo.rubrice.ibi per sñiam.no.bene q: innuit glo.qð per sententiã acquiratur dominiũ.qð intellige verũ qñ secuta est traditio autoritate sñie. Nam tunc querit dominiũ si ille cõtra quẽ fuit lata erat dñs.alias querit vsucapiẽdi cõdictio.⁊ sic debet intelligi qð no.glo.fin.in.§.fi.insti.de off.iud.⁊ facit etiã qð no.in.l.iij.ff.de pub.⁊ hoc intellige qñ sñia lata est in psonali ⁊ idẽ dicit glo.preal. si sit lata in reali.de quo in.l.põponius.§.si iussu.p Bar.ff.de acq.pos. Et q: hic in rub.fit mẽtio de sñia interlocuto.adde glo.fin.in aut.de liti.§.ad excludẽdas.colla.viij.q̃ dicit qð omnis vox iudicis ad cãm faciẽs põt dici interlocutoria.⁊ bene facit etiã qð not.glo.in.l.cũ clericis.C.de epi.⁊ cle. Et adde etiã qð vbi in dubio fit mẽtio de sentẽtia.intellige de diffinitiua vt est glo.no.in.l.j.§.biduum.ff.quando ap.sit.⁊ facit etiã qð no.in.c.cum olim.extra de testamẽ.⁊ hoc etiã satis videtur probari ex hac rubrica si bene põderetur.⁊.C.de sen.⁊ interlo.om.iudi.iuncto eo qð no.super rub. de iur.⁊ fac.igno.

a ¶Res iudicata. Adde hic notabiliter dñm Gui.pape ⁊ qð ibidez apostillaui in prin.sue lec.vbi iuenies aurea dicta.⁊ vide glo.in.c.j.sup verbo nõ habẽte. de friuolis appellatiõibus.in pragma.sanct.

Summarium.

1 ¶Res quando iudicata dicatur.
2 Pronunciatum extinguitur per appellationem.
3 Sententie due valide super eadem re non debent esse.

Es iudicata ¶Quãdo iudex cõdẽnat vel absoluit diffinitiue tũc dr res iudicata.h.d.

1 ¶†No.qñ dicat res iudicata [a] an aũt hoc pcedat etiã si nõ sit lapsum tps datũ ad appellandũ tangitur cũ gloss. ¶In glo.j.ibi accipit finẽ.supple in seipsa.⁊ sic poterit sustineri glo.lz aliter Bar.hic loquat faciẽs differentiã inter sententiã ⁊ rem iudicatã.de quo dic vt hic per eũ. ¶In ead.glos.ibi

2 fingitur nec iudicatũ.†An aũt per appellationẽ extinguatur pronunciatum.vt qð sic per.l.j.in fi.ad turpil.sed ecõtra videtur qð suspendatur per no.in.c.venientes.de iureiuran. Tu potes dicere qð respectu presentis temporis potest dici extinctum: q: habetur pro nulla interim.sed respectu futuri temporis potest dici suspensa.quia si deseratur appellatio fingitur nunq̃ fuisse appellatum: ⁊ remanet sententia prima.vt no.in.l.furti.§.j.ff.de his qui no.infa. An autẽ res iudicata dicatur dum possit appellari.dic vt hic per Bar.⁊ tene menti tex.singu.⁊ gloss.sing.in.l.si fundus.§.si plures.ff.de pig. Et adde dictis Bar.in tertio membro quod licet verum dicat in se: tamen videtur inepte loqui cum res iudicata non accipiatur pro executione licet mereatur executionem vt patet in.l.j.⁊ per totum.C.de execu.rei iudi. ¶In eadem glo.ibi ⁊ confirmat primam sententiam.supple intra instãtiam cause appellationis.alias si deserta esset appellatio etiam si de voluntate vtriusq; partis feratur sententia per iudicem appellationis erit nulla: vt est casus nota.in cle.si appellationem.de appella. ¶In eadem glos.in fi.ibi dicitur quod agitur ex regula confirmante.⁊ que sit ratio tangitur hic per Bart.quia si super eadem causa nõ possunt fieri due sententie. Sed hanc rationẽ reprobat hic Ang. quia imo possunt fieri plures.dummodo quelibet habeat suam instantiam.⁊ ex qualibet poterit agere actor.allegatur.l.si a te.de exceptio.rei iudi.melius facit.eo.titu.l.duobus.cum ibi no.⁊ allegat etiam no.per glossam in.l.j.C.si plu.vna sentẽ.ideo assignat rationem: quia immediate cum appellatur prima sententia infirmatur.⁊ causa tota deuoluitur ad iudicem appellationis.l.j.in fine.ff.ad turpilia.ideo merito requiritur confirmatio.⁊ ex ipsa cõfirmatoria debet agi.facit.l.si quis exheredato.§.irritum.ff.de in

3 iu.testa. Sed si vis saluare rationem Bart.dic† quod due sententie valide non debent super eadem re esse licet ferantur in diuersis instantijs quando vna illarum est subordinata ad aliam.vt est instantia cause appellationis que subordinatur ad principalẽ propter sententiam latam in principali.facit quod nota.in.l.ita demum.C.de procura.⁊.ij.qð.vj.§.post secundam.sed allegata per Ang.loquuntur in diuersis instantijs nullo modo subordinatis ⁊ propterea illud est etiam valde dubium an etiam tunc valeat secunda sententia per nota.in.l.j.quando prouo.non est necess.⁊ in c.inter mona.extra de re iudica.cum ibi not.per Joan.an. ¶In glossa absolutionem.ibi per equipollentia ⁊ satis videntur equipollentia si iudex dicit videtur mihi titium non debere vel econuerso.vt in.§.quid tamen.hic all'.⁊ in.l.si pretor.ff.de iudi. Idem si dixit credo titium non debere vt est glo.singu.in.l.diem proferre.§.si plures.ff.de arbi. Idem dicit hic Ange.si dicat pronuncio titium ad condemnandum scio in.x.ex causa deducta in petitione per.l.fundus qui.ff.de rescin.vendi.⁊.l.emilius.ff.de mino.⁊ bene facit licet non alleget.l.quero.ff.de edil.edic.quod intelligit si iudex habebat potentiam condẽnandi.alias secus per.l.j.cum ibi not.per Cy.⁊ Jaco.de are.C.si aduer.liber.facit quod no.glo. in.§.si aduersus.ij.q.vj.⁊ Jo.an.in.c.transmissa.extra de electio. Et per hoc videtur qð si iudex dixit pronuncio ẽm consilium sapientis: ⁊ sapiens dixit videtur mihi titium condemnãdum qð valeat sententia iudicis.⁊ hoc tenet hic Ang.sed ipse Bar.tenuit quod imo valeat in.l.fundus qui.ff.de rescin.vendi.tamen tenuit contra in.d.l.j.sed plus placet dictum Ang.vt dixi in.l.j.§.si quis simpliciter.ff.de verbo.obliga. Nam talis videtur fuisse mens iudicis scilicet qð actualiter condemnaret: quia talis fuit etiã mẽs consultoris.⁊ ideo attenta mente habeat vim condemnationis. facit qð not.in.c.in his.extra de verbo.signi. ¶In eadem glos.in fi.de hoc an procedat etiam si prima sententia fuit absolutoria.tetigit glo.singula.in.l.offilius.de lega.iij.sed de hoc dicam in.l.in summa.ff.eo.

Summarium.

1 ¶Tempus iudicatis concessum ex causa minutionem capit ⁊ augmentum.
2 Iudex in sententia tempus executionis prorogare vel minuere potest.
3 Cognitio cause necessaria est in executione sententie.
4 Dilatio que ⁊ quando abbreuiari ⁊ prorogari possit.

Ui pro tribunali. Ista lex legit duobus modis. vno mõ q̃ tota loquat in iudice exequẽte.⁊ hãc sequit glo. Alio mõ qð loquat in principio in iudice iudicãte.sz in ver.sed p raro.loquat in exequẽte.⁊ hoc sequit hic bar.q: alias ille v̄.nil adderet pdictis.sed ob hoc posset saluari gl.q: prio ostẽdit potẽtiã iudicis.scðo instruit iudicẽ dãdo doctrinã regularẽ ⁊

1 breuiter hoc intẽdit.†Tẽpus qð iudicatis indulget ex cã põt minui ⁊ augeri.h.d. ¶In tex.ibi psonarũ obsequio: id est paupertate ẽm Dy.nõ dicitur persona obsequiosa que pter paupertatez habet aliis seruire. ¶In tex.ibi exequenter.supple tamẽ quando fit.vt patet in exemplo sequenti.⁊ sic id quod sequitur respicit hoc subauditum

2 hoc subauditum: non autem expressum in tex. ¶ †Nota qd iudex in sententia potest ex causa prorogare vel minuere tempus executionis. et idem si in sententia nihil est dictum poterit facere iudex qui de executione cognoscit vt hic probatur secundum intellectu3 Bart. ¶ In glo. j. ibi: delegatus autem. an hoc procedit etiam in delegato principis. et an delegatus inferioris aliquo iure possit exequi. dicet in. l. a diuo pio. §. j. ff. eo. de quo etiam per cano. in. c. conquerente. de offi. delega. et in. c. si quis contra clericum. extra de foro competen. ¶ In ea. gloss. ibi cognoscit: ergo hic exequendo.
3 †Nota ex text. cum glo. qd in executione sententie requiritur cause cognitio. et hoc voluit gloss. no. in. l. intra vtile. §. de mino. et per hoc videretur qd requiratur citatio partis presertim cu multe exceptiones possent obijci contra sententiam iuxta no. in. l. j. C. de iur. et fac. igno. de quo per Inno. in. c. ex ratione. extra de appel. et dicetur in. l. a diuo pio. §. si super rebus. ff. eodem. ¶ In gloss. ij. ibi duorum mensium. hoc non erat bene olim declaratum: quia l. debitoribus. ff. eo. loquitur de tempore venditionis pignoris: s3 hodie est clarum. de quo in. d. l. debitoribus. ¶ In glo. iij. in fine.
4 de hoc †an dilatio possit prorogari vel abbreuiari tetigit Cy. in. l. j. ad fi. C. de dila. Barto. hic tenuit qd omnis dilatio etiam si detur a lege sine ministerio iudicantis possit abbreuiari ex causa. et per hoc voluit qd etiam tempus datum ad appellandum possit abbreuiari: sed contrarium voluit glo. in. c. cum sit romana. extra de appellationibus. et in. c. indultum. et ibi etiam per Dy. de reg. iur. in. vj. et per glo. in decre. cupientes. §. quod si per. xx. in ver. xv. de elec. lib. vj. et per glo. in aut. offeratur. C. de lit. contesta. et istud sequitur hic Ang. quia quodammodo intromitteret se de iurisditione superioris. secus vbi se non intromitteret: quia tunc procedat sententia Bar. Adde qd pro opi. Bar. videtur esse glo. fin. in. §. sancimus. in aut. de exhi. reis. coll. v. que videtur indistincte loq. put et Bar. Adde etiam glo. in. c. pia. in ver. octo dierum. de excep. in vj. que dicit qd vbi modicum preiudicium versatur si non fit prorogatio: vt est in casu illius. c. non poterit iudex etia ex causa prorogare. quam glo. reputo singularem. et limitat dicta Barto. Et aduerte quia predicta glo. in. c. pia. videtur innuere iuncta cum tex. qd licet dilatio detur a lege sine ministerio indicantis: tamen ex causa possit prorogari. et sic alterari quonia alias non proroga do posset graue preiudicium parti irrogari. et sic videtur in hoc contradicere illi glo. §. alleg. que vult indistincte qd vbi tempus datur a lege si ministerio iudicis non possit alterari. vnde no poterit prorogare tempus datum ad appellandum. quod videt innuere dicta glo. sed aduerte quia glo. alia sing. in regula indultu. de regu. iur. in. vj. videtur velle reducere ad concordantias dictas glo. Nam quoddam est tempus qd datur a lege non intercedente ministerio iudicis expresse vel tacite: vt est videre in tempore dato ad appellandum. et tunc procedat glo. §. alleg. interdum licet no interueniat ministerium iudicis expressum: tamen tacitum intelligitur interuenire. qd est quando dilatio datur a lege citra intermedia cause et lite iam coram iudice appellationis pendente. Na sic videtur sentire glo. in. d. c. indultum. et patet exemplum in. d. c. pia. in termino octo dierum indulto a lege ad probandu exceptionem excommunicationis. et tunc procedat glo. in. d. c. pia. Et pro hoc potest inferri ad tempus. xx. dierum a lege ad deliberatione respondendu libello iam porrecto vt possit ex causa alterari vel minui per iudicem. Nam videretur qd sic per predicta. et hoc expsse tenet glo. in dicta regula indultum. et idem tenuit glo. in. §. sancimus. in aut. de exhib. re. col. v. Idem etiam hic Barto. sed cotrarium tenuit glo. in glo. in aut. offeratur. C. de lit. cotest. et illam sequitur Ja. de bel. in dicto. §. sancimus. dicens illud tempus non posse mutari ex quo simpliciter est datu3 a lege sine ministerio iudicis. Et ad istam. l. cum si. respondet qd alijs casibus loquuntur pro ista parte etiam videtur esse glo. in. d. c. cupientes. §. qd si per viginti. in ver. xv. vbi glo. concludit qd tempus. xv. dierum ibi datum ad probandum causam excusationis seu impedimenti non potest aliquo modo abbreuiari et sic illa glos. vult otradicere glo. in. d. c. indultum. et in. d. c. pia. a contrario sensu. Si tamen velles saluare contrarietatem posses dicere qd in. d. c. qd si per viginti. agitur de grauissimo preiudicio: quia si no probatur infra dictu tempus causa impedimenti excluditur quis ex toto a prosecutione sui iuris vt ibi patet. Sed si deliberatorie abbreuiantur saltem remanet potestas se defendendi: licet minus deliberate responderit Ja. bu. in. d. aut. offeratur. tenet cum Jac. de are. qudo datur cum ministerio iudicis dilatio a lege in casu. l. per interuallu. cu3 si. ff. de iudi. Sed vbi datur a lege sine aliquo ministerio iudicis. facit motiua contra opi. Bar. que Bar. hic fecit. et finaliter coclu dit qd si dilatio detur a lege ad finem vt plus non detur etia pot arctari per. l. properandum. §. j. C. de iudi. et sic intelligit illud qd dicit: qd potest statui tempus ad agedum ex causa. et similiter potest heredi prefigi tempus ad deliberadum. Et eodem modo potest responderi ad id quod tetigit Bal. hic de exceptione dilatoria que non debet opponi vltra terminum lite contesta. et similiter in peremptoria que non potest obijci vltra terminum sententie. glo. aut in. d. c. indultum. in fi. videtur residere qd vbi dat dilatio a lege sine ministerio iudicantis quod non possit alterari nisi aliud reperiatur expressum per eandem legem vel alia. et hec opi. satis mihi placet. Et per hoc respondetur ad obiecta Barto. que autem fuerit ratio in illis potest dici qd fuit illa quam sensit Butri. Item etiam non ob. tex. quia potest dici qd ideo hoc hic est: qr fuit expressum istud. et ratio expressionis potest esse qua voluit sentire Jac. de are. quia istud tempus videtur dari a lege suppledo defectum vel negligentiam iudicis: quia no debuit imaginari iudex qd veniret statim cum sacco paratus ad soluendum. arg. l. qd dicimus. et. l. ratum. ff. de solu. et sic no debuit aliquem terminum dare. et ideo lex in eius defectum statuit certum tempus qd tamen noluit posse abbreuiari nisi ex causa. et per hoc videtur qd de iure verior esset opi. glo. in aut. offeratur. vt sic inducie ibi date no possint minui. Item aduerte quia ad id qd dixi qd no potest minui tempus quando quis se intromitteret de iurisditione superioris bene facit qd not. in. c. ex insinuatione. de appella. §. de aqua pluarcen. l. pe. cum ibi no. Et hoc facit ad statutum disponens qd declinans iurisditionem tanq clericus debet ipsam probare coram episcopo infra certu tepus. als non valeat. et hoc etia t3 hic Ang. facit tamen qd iudex potuerit statuere terminum infra que compareat coram episcopo per notata in. c. personas. et in. c. cu sit romana. extra de appel. An autem quando aliqua exceptio preiudicialis venit tractanda coram iudice ecclesiastico: quia cora alio iudice habetur tractare q sit causa incoata sit necessarius nouus libellus vel contestatio. tetigit Inno. in. c. lator. extra qui filij sint legi. et ibi coludit qd no cum succedat in effectu loco primi iudicis. Et adde etia qd licet iudex non possit alterare tempus appellandi. tn per statutum et consuetudinem potest. glos. est singu. fm Ang. in. l. prescriptio. C. si cotra ius vel vti. pub. non est tn admirandum qd statutum et consuetudo possit detrahere dispositioni legis: vt. l. omnes populi. de iustitia et iur. et. l. de quibus. §. de legi. ¶ In glo. qualitate. in fi. Hec glos. non videtur bene dicere: qr in reali non datur tempus quadrimestre: sed est tempus mere arbitrarium et solum datur quadrimestre condemnato super actione personali: vt est glo. ordi. in. l. fideicommis. in prin. §. de vsuris. et. l. fi. C. de execu. rei iudi. et in. §. j. insti. de offi. iudi. hic allega. Unde potes ponere exemplum: quia forte est causa dotis. per. l. j. §. solu. ma. cu ibi no. et per alia exempla que posuit hic Bart. ¶ In glos. quatitate. ibi parua. Et que dicatur parua vel magna erit in hoc arbitrio iudicis cosiderata qualitate personarum an sint diuites vel pauperes. facit qd not. i aut. preterea. C. vnde vir et vxor. ¶ In glos. obsequio. ibi. de lib. ho. exhi. melius facit. ff. de lib. exhiben. l. iij. §. secundo. potes etiam ponere exempla per ea que dixi in tex. ¶ Ultimo adde dictis Bar. inquantum tangit quando dat tempus a lege ministerio indicantis. et dicit minus non datur. an si detur minus absq causa teneat dilatio. nam tenet qd sic: sed est iniusta et potest appellari per. c. j. extra de dila. Innoce. vero in. c. ad petitionem. ad fi. de appella. dixit alternatiue qd est nulla vel saltim iniusta. et istud vltimum qd dixi sequitur Bar. tn si velles dicere eam nullam posses respondere ad dictu. c. j. qd etia ab actu nullo potest appellari. l. si expressim. ff. de ap. et qd non teneat facit regula. l. non dubium. C. de legi. et. x. distin. c. vides fili charissime: quia que cotra ius fiunt habent pro infectis. Quis aute3 habeat probare in causa appellationis an appellans qd causa non suberat an econtra appellatus ex quo lex dixit no dari: sed vbi simpliciter lex dicit certum tempus dari per iudicem nec adijcitur: et no plus vel minus dicit qd videtur relictum arbitrio indicantis: et sic intelligit aut. iubemus. C. de iudi. et ideo si facta esset abbreuiatio presumeretur semper et legitime facta qd no.


Ui condemnare. Non summat propter breuitatem.

¶ No. qd habens potestatem in vno contrariorum censetur habere in reliquo. ¶ In gloss. j. ibi. solet. imo ibi non est fallentia vt ibi no. per glo. et de materia per glo. in. c. cum inferior. extra de maio. et obe. et in. c. inferior. xxj. distin. ¶ In ea. glo. in fi. ibi dicitur qd non dissoluit testamentu: quia a prin. illud fecit: sed certe illud ibi contingit propter vitium superuenies. als haberet locum regula qd ex quo fecit potest dissoluere.

Summarium.

1 ¶ Procurator in rem suam ex parte rei precise dicitur fieri.
2 Executio condemnationis expensarum an possit fieri in bonis.
3 Executio condemnationis expensarum an possit fieri in tutore3.
4 Damnatus ad soluendum non auditur satisdare volens.
5 Obligato ad soluendum non sufficit expromissorem dare.
6 Accessorium principale non extinguit.
7 Sententie an dicatur acquiescere tempus in ea statutu acceptas.
8 Statutum de banito loquens de rite banito intelligitur.
9 Exceptio nullitatis sententie executionem impedit.
10 Citatum se negans an teneatur probare.



I se non. Contra tutoré vel actoré municipij condénatũ non fit snie executio: sed
in dominum. nec similiter contra procuratoré nisi se li
1 ti obtulerit aut in rez suã fuerit pcurator. h. d. ¶ † No.
ex parte rei precise fieri procuratoré in rem suam. de quo in. l. plau
tius. s. de procu. ⁊ in. l. plane. s. fa. herc. ¶ Ité no. qd in eo qd facit
tutor vt tutor non fit sibi preiudiciũ. ad hoc qd not. in. l. cum qui
dam. s. de admi. tu. vbi nõ preiudicat tutori expugnatio testamẽ
ti quam facit tutorio nomine in quo effectus sententie extendaꝛ.
¶ Extra glo. tangit hic Bar. an quando procu. se obligat procu
ratorio noie extra iudicium an possit ex illa obligatione conueni
ri de quo remittit ad no. per Cy. in. l. ei. C. qd cũ eo. ⁊ ang. etiã hic
tangit allegãs. l. fi. de insti. sed de hoc dic vt per Bar. in. l. procura
tor qui pro euictione. s. de procu. vbi etiam declarat intellectũ. d.
2 l. fi. ¶ † Ité adde inquãtum tangit an executio condénationis ex
pensarum possit fieri in tutoré in bonis ipsius. nam vr̃ dicẽdum
aliter quã dicat: qr aut constat de euidẽti calũnia ipsius tutoris. ⁊
tunc fit executio in bonis eius. ⁊ sic proprie vr̃ loqui. l. nõ est igno
tum. C. de admi. tu. aut non cõstat de euidẽti calumnia. ⁊ tunc fiet
in bonis pupilli: lz habeat regressum aduersus tutoré. ⁊ sic vr̃ lo
qui. l. qui solidũ. §. qui etiam. de leg. ij. Fateor tamen qd liberareꝛ
3 cedendo actioné per. l. fi. s. de admi. tu. ¶ † Ité adde inquãtũ tan
git an executio condénationis expensarum late in procuratorem
fiat aliquãdo in bonis ipsius procuratoris. Et concludit qd sic si
fuit contumacia procuratoris. Nam Inno. vt refert Jo. an. in. c.
j. ad fi. vt lite non conte. vr̃ dicere oppositum. Nã dicit qd siue pro
curator ɔdénetur propter factum siue propter non factũ qd ipse
dominus necessario habebat expedire siue ipse fuisset in lite. tunc
executio fiet contra dominũ qr imputandum esset sibi quare pro
curatoré indiscretum constituit: secus si fuit condénatus in eo qd
dominus non habuisset necesse facere. puta qr falsos testes vel in
strumẽta produxit. ⁊ hoc sequitur hic Ange. Sed tu adde qd de
isto dicto Innoc. Bal. facit mentioné in. d. l. j. §. si procurator. s. si
quis ius di. non obté. vbi videtur reprobare dictum Innoc. ex eo
qr in generali mandato non vr̃ dominus mandasse qd cõmittit
delictũ. ⁊ sic contumaciã. ar. l. si procurator. s. de cõdi. inde. ⁊ ideo
non potuit fieri executio in dominũ. fatetur tñ qd dominus non
debebit audiri si velit venire ad se defendendũ nisi prius sint refe
cte expẽse aduersario ⁊ sic posset intelligi dictũ Innocé. ⁊ istud de
iure vr̃ verius. ¶ Et adde etiam qr dicit qd si procurator est infir
matus qd etiam potest condénari in expensis. ⁊ fiet executio con
tra procuratoré vel dominum ex quo non substituit cũ posset. Nã
Inno. istud limitat in. d. c. j. ad fi. nisi dominus a principio dedis
set mandatum de substituẽdo in hunc casum: qr vr̃ dominus tunc
fuisse valde sollicitus. ⁊ sic videtur q̄ non deberet fieri executio in
eum. Sed certe pro hoc non tolliꝛ alia ratio qd imputandum vr̃
domino qui minus diligenté procuratoré elegit. l. cum mandato
s. de mino. Ité videretur qd nulla condénatio possit fieri: qr pro
pter infirmitaté procuratoris vr̃ dominus excusari. l. cũ a matri
bus. j. de excu. tut. ⁊. l. quesitũ. j. de re iud. ⁊ qd no. in. l. j. j. de diuer.
⁊ tem. prescri. Et adde etiam dictis Bart. inquantum voluit qd
cõtumacia procuratoris nõ noceat domino quando est contuma
cia ipsius procuratoris. Nam istud vr̃ habere locum quando est
pena talis que potest cadere in procuratoré. sed si esset pena q̃ non
posset cadere nisi in dominum: tunc isto casu videtur qd noceat
domino. casus videtur fin. in. c. ij. de confe. in sexto. vbi cõtumacia
procuratoris non respondẽdo positionibus facit illas haberi p
confessatis. facit qd no. in. l. polla. de his qui. vt indi. ⁊ qd not. per
Bar. in. d. l. j. §. si procurator. s. alle. que omnia bene nota. ¶ Sed
adde dictis Bar. inquantũ dicit de collecta imponẽda per villã.
an ipsa villa possit sibi ipsam imponere. an vero debeat imponi p
superioꝛ considerato qd ipsum imponere videtur esse de regali
bus spectantibus ad solum principé. vt. x. colľ. que sunt regalia. c.
j. Ang. hic dicit se habuisse de facto. q. padue ⁊ obtinuisse qd etiã
ipsa villa põt sibi imponere. allegat pro hoc glo. ordina. in auť. g.
mo. natu. effi. sui. §. si vero nec ciuis. colľ. vij. Sed certe ista gl. si be
ne ponderetur non intendit hoc dubium decidere. Sed videꝛ di
cere qd villa debet cõtribuere cũ castro vel ciuitate sub qua viget.
Et forte potest dici qd vbi imponitur ex causa legitima. puta pro
pter debitum vniuersitatis ville soluendum possit sibi imponere
per no. in. l. j. §. qd si nemo. s. qd cuiuscꝫ vniuer. Sed si ex causa me
re volũtaria velit imponere. forte nõ poterit ad preiudiciũ nõ cõ
sentientium per no. in. d. c. j.

4 **Ait pretor.** ¶ † Dãnatus soluere non auditur volens satisdare nisi ex magna causa. hoc. d. ¶ In
tex. ibi condénatus. supple ab eo cuius de ea re iurisditio est. que
verba colliguntur ex. §. ait pretor. in princi. j. eod. ¶ In tex. ibi. pe
cuniam. id est illud quod in condemnationem deuenit vt sic large
hic sumatur verbum pecunia secundum Dynum facit. l. ij. de con
stituta pecunia. ¶ Item nota euitandum ne obligatio ex obli
gatione oriatur. ⁊ similiter ne lites ex litibus oriantur. facit lex
5 terminato. C. de fruct. ⁊ lit. expen. ¶ † Ultimo no. quod obligato
ad soluendum non sufficit dare expromissorem. ¶ In glo. ex ma
gna ibi. l. si debitori. ex illis legibus videꝛ colligi casus si debitor
confitetur. Sed certe istud non videtur sufficere si alias sit potẽs
ad soluendum. Ideo sequens melior. ⁊ adde etiam quod no. in. l.
eum pro quo. ⁊ autentica ibi posita. C. de solutioni. ⁊ lege finali. §.
⁊ si prefatum. ⁊. §. si in computatione. C. de iure deliberandi. ⁊. l. ij.
§. j. supra si certum petatur. Et dat hic Angelus cautelam quod si
debitum non est liquidum exemplum in eo qui iussus est reddere
rationes per iudicem vel per arbitrum ⁊ sub pena: vt infra cer
tum terminum. ⁊ sunt rationes ita intricate sicut sepe contingit
in rationibus mercatorum. facit lex summa cum ratione. vbi
bonus textus supra de pecu. quod non poterat condemnator vi
dere an esset debitor vel creditor quod tunc condemnatus com
pareat ⁊ dicat calculatis rationibus dico me debitorem in vno
denario ⁊ ecce illum ⁊ si apparebit me plus debere ecce fideiusso
rem pro residuo textus est singula. secundum Dynum in. l. statuli
beri rationem. s. de statu liber. sed bene facit. l. seruus si heredi. §.
fina. eo. titu.

Si ex conuentione. ¶ Priuilegium executiuum sententie non trãsit
in obligationem nouantem. ⁊ in dubio nouatio non presumitur
per adiectionem pignorum vel fideiussorum. hoc dicit. ¶ In tex.
6 ibi cautum. supple de soluendo eo quod iudicatum fuit. ¶ † Not.
quod accessorium non extinguit nec tollit principale: sed potius il
li accedit. ¶ In glossa nouatio. ibi erat olim presumptiue hoc ve
rum erat in stipulatione coequali si secunda continebat plusquã
prima. secus si tantundem vel minus vel tantũdem ⁊ aliud diuer
sum. vt no. in. l. qui vsufruc. j. de verbo. obliga. ⁊. l. scire debemus.
eodem titulo. ⁊ hoc secundum iura digestorum. licet Barto. hic
aliter dixerit ⁊ non bene ⁊ melius dixit in. l. qui vsufruc. prealleg.
sed secundum antiquissima tempora fiebat nouatio quotiescũcꝫ
aliquid noui erat in regula. hodie vero de iure codicis non fit no
natio nisi hoc agatur. l. fi. C. de noua. quod intellige vt ibi notaꝛ. ⁊
plene per Barto. in. l. penulti. j. de preto. stipulatio. In stipulatio
ne autem penali an illa nouet primitiuam: dic vt plene per. Bar
to. in. l. ita stipulatus. de verbo. obligatio. ¶ In eadem glo. in fi.
aduerte si ista lex adducatur ad contrarium eius quod dictum
est de iure antiquo potes dicere quod non obstat imo potius con
cordat cum ibi presumatur nouatio quare tamẽ ibi non fiat ipso
iure sed ope exceptionis: dic vt ibi per Barto. Si autem adduci
tur ad contrarium contra ius nouum potes dicere quod ibi lo
quitur de iure antiquo. vel solue secundum Angelum quod in du
bio nouatio non presumitur: vt dicta lege finali. fallit nisi appa
reant alique coniecture ad oppositum verisimiliter inclinantes
vt est videre in casu dicte. l. penulti. de quo etiam ibi per gloss. ⁊ in
dicta lege finali. ¶ In glossa manebit. ibi. l. a diuo. Angelus ve
ro hic dicebat quod duplex est ordo: quia potest peti executio per
officium iudicis. Item secundo per actionem in factum vel iudi
cati. ⁊ inter istas vias est longa differentia ⁊ in effectu prosequi
tur quod notat Barto. in dicta lege intra dies. j. eodem. vbi di
cam. ¶ In glossa pignora. in fine quare ergo hic non fiebat. forte
glossa voluit intelligere quod hic non fuit stipulatus debitũ prin
cipale. Tu dic secundo quod secundum antiquissima tempora
procedat quod dicit glossa per notata in. l. finali. C. de nouat. ⁊ in
§. preterea. institu. quib. mod. tol. ob. sed ꝫm ista tempora digesto
rum non procedat hec glo. ex quo secunda continebat idem quod
prima quo ad rem principalem: licet contineat plus respectu ac
cessorij. ⁊ ita sit hic casus notabilis limitans not. in. l. scire debe
mus. ⁊. l. qui vsufruct. de verb. obli. ¶ In gl. nõ est. in fi. solue qd
per prouisionem hominis bene intelligitur in dubio recessum a
prouisiõe legis introductum ex iure extraordinario ⁊ speciali. ⁊
sic loquuntur contraria sed non ab interdictis de iure comuni
⁊ sic loquitur hic: de quo per Cy. in. l. ij. C. de iure emphi. in. vij. q.
¶ In ista gloss. condemnatis. in fine. Nota hanc glos. ꝫm Ange.
nam ꝫm eum oportet presupponi qd erat casus in quo sententia
poterat executioni mandari tam contra procuratorem quã con
tra dominum. ⁊ hoc casu dicit glo. notãter qd si domin' animo
nouandi promisit illud qd in sentẽtia erat deductum sola vtilis
nouaꝛ non autem directa. ⁊ sic cessabit ordo executionis contra
dominum. ⁊ non contra procuratorem: sed tu potes intelligere
plene gloss. qd licet executio non possit fieri contra procuratorem
tamen directa actio de mero rigore videtur competere cõtra pro
curatorem propter directum ius instantie quod est penes eum.
⁊ hoc velit hec glos. licet obstet exceptio per not. s. hac. l. in princ.
⁊ per hoc forte possit attẽtari. quod si petatur executio in bonis
procuratoris ⁊ non obijciatur exceptio teneat processus super
quo cogitandum relinquo.

Si quis condemnatus. ¶ Tempus assignatum iudica
tis ad soluendum currit ex tempore late sententie. ⁊ si absꝫ cau
se cognitione tempus fuerit arctatum suppletur ipso iure per le
gem. hoc dicit. ¶ Nota a quo tempore incipiat currere tempus
datum

datum iudicatis ad soluendum. ⁊ adde qd not. in. l. ij. C. de vsur.
7 rei iudi. † An autem acceptans tempus statutum in sententia videatur acquiescere sententie. Inno. tetigit in. c. qd ad consultationem. extra de re iudi. ⁊ in. c. significauerunt. extra de testi. vbi etiā per Jo. an. ⁊ videtur velle qd non sit nōdum appellauit: quia tunc est sub iurisditione iudicantis. ⁊ potest id facere ea de causa: non tamen vt tollat sibi tempus datum ad deliberandum ⁊ appellādum. secus si iam esset appellatum. ⁊ sic limitat in effectu singulariter. l. ad solutionem. C. de re iudi. qd tene menti. Ultimo not. ar. ex tex. coniuncta glo. qd si arbiter expressit tempus legale in sententia ⁊ iussit infra illud solui sub pena qd possit post moram admitti purgatio sicut ⁊ si nō fuisset dies expressa scōm. l. celsus. ff. de arbi. ⁊. l. si cum dies. §. fi. ⁊. l. se. eo. ti. ⁊ hoc tenet hic Ang. quādo expressit per eum modū per quē inerat: vt quia iussit dare infra tempus legale. de quo per eū in. l. si insulam. de verb. obli. ⁊ per Bar. in. l. iij. ff. de leg. j. ¶ In glo. ff. ibi cum causa vel nō ⁊ ſm Host. ista verba pro cause qualitate posita in. l. ij. ff. eod. respiciunt verbum arctat nō autem verbū prorogat saltem quo ad hūc effectum qd prorogatio non teneat facta sine causa ⁊ hoc propter declarationē istius tex. al's in dubio cum pariter respiciat vtrūq; verbum pari formiter determinaret ar. l. iam hoc iure. ff. de vul. ⁊ pu. ¶ In ea. glo. in fi. sic econtra quādo omissum a lege supplet iudex ⁊ sic. bo. mo. l. quesitum. ff. de testi. Dominus Jo. de Imo.

Condemnatum. Non dicitur cōdemnatus qui non est rite cōdemnatus. ideo
8 tunc cessat ordo executionis. h. d. ¶ † Not. ar. qd statutum loquēs de bannito intelligatur de rite bannito. Et sic facit qd si per statutum licitum est occidere bannitum non sit licitum occidere nō rite bannitum. de quo per Bar. in. l. pe. ff. de adul. Et similiter facit qd statutum loquens de contumace intelligat de eo qui fuit rite ⁊ legitime citatus. facit. l. non putauit. §. non quenis. ff. de contratab. ¶ † Item no. qd exceptio nullitatis videt impedire executionem sententie. de quo per Bar. ⁊ Ang. ⁊ per Inno. ⁊ glo. in. c. pastoralis. §. quia vero. de offi. deleg. ¶ Extra glo. tāgit hic Bar. an exceptio nullitatis possit obiici contra executionem sententie. ⁊ concludit in effectu tria. primo qd potest obiici si obiiciēs nihil habet probare: vt quia dicit se non citatum vel illum qui interuenit vt procurator non habuisse mandatum. Secundo qd si habet aliquid probare admittitur si incontinenti possit docere. tertio qd non admittitur si non potest incōtinenti docere. Circa primū adde: quia dicit hic Ang. hoc verum quando petitur executio coram iudicante vel eius successore. secus si petatur coram subdito iudicantis qui potest precise compelli ad executionem sententie. exemplum cum delegatus apostolicus precipit ordinario vt sententiam suam executioni mandet. facit qd no. in. c. sane. ⁊. c. pastoralis. extra de offi. delega. ⁊ eo. ti. c. significasti. Nam tunc nō admittetur talis querela secundū eum si tamen iudex super executione aditionis suspicatur sententiam nullam propter aliqua verisimilia debet consulere iudicantem ⁊ supersedere quousq; secundum mandatū recipit ſm Inno. in. c. cum in iure peritus. extra de offi. delega. de quo per Bart. in. l. a diuo pio. in prin. ff. eo. Si vero peteretur coram iudice non subdito iudicanti forte addito ad pces ⁊ literas iudicātis scōm no. in. d. l. a diuo pio. §. j. ff. eo. tūc ſm Inno. in. d. c. cum in iure. si suspicatur sententiam nullaz aut iniustā admittet hanc querelam ⁊ de ipsa cognoscetur. de quo etiam per Bar. in. d. l. a diuo. in prin. quatenus tamen dicit quando suspicatur de iniustitia non videtur bene dicere ex quo sententia transiuit in rem iudicatam ne elusoria sint decreta pretorū. l. si pretor. ff. de iudi. ⁊ per glo. in. c. quia pastoralis. §. quia vero. de offi. deleg. ¶ Circa secundum adde hoc verum nisi appareat qd gratia differende solutionis opponatur exceptio per not. ibi in. l. ij. C. de fal. ¶ Circa tertium adde quia fallit ſm Ange. vbi allegat nullitas ex eo quia snīa dicitur lata per allegationes falsas ⁊ falso factas contra absentē ex causa necessaria ⁊ probabili vt infirmitatis vel legationis. ⁊ sic intelligit. l. si pretor. §. marcellus. ver. paulus. ff. de indi. Bar. tamen videtur illū tex. intelligere quando incōtinenti posset docere ⁊ istud videtur rationabilius ex regula. l. iij. §. ibidem. ff. ad exhi. quando allegat nullitas. Sed si peteretur restitutio in integrum Bar. hic videt idem dicere: sʒ verius videtur qd causa restitutionis mota impediat executionem sententie sicut et causa appellationis per nota. in rubro ⁊ nigro. C. de in integ. rest. postu. nil innoua. de. nisi forte esset presumptio calumnie contra petentem restitutionez vt est tex. cum glo. in. c. substituta. extra de resti. in integ. An autem via supplicationis intentata impediat executionem: vide no. in auṫ. que supplicatio. C. de preci. impera. offe. ¶ Item aduerte: quia qd dictum est de nullitate pcedit quādo obiicitur de nullitate per viam exceptiōis: sed si simpliciter petatur sententiam pronunciari nullam coram iudice competenti: nunquid poterit ex sola pendentia litis nullitatis impediri quo minus fiat executio per iudicem qui tulit sententiam a qua non fuit appellatum. Inno. valde singulariter vt hic refert Ange. in dicto. c. cum in iure. in prima glo. magna tenuit qd nō: quia nō in uenitur iure cautum qd pendentia cause nullitatis habeat impedire executionem sententie. imo potius videtur reperiri oppositum per. l. vlti. ad fi. C. de ordi. cogni. Sed certe ibi erat pſumptio malicie contra dicentem sententiam nullam. vnde nimiruʒ si ibi non impedit. Erat enim presumptio ibi contra condemnatū qui iudi. dixerat pendente prima lite qd agens esset suus seruus. hāc tamen partem tenent domini de rota in suis nouis decisionibus cōclusione. M. cclxxxj. Et per predicta dicit hic Ang. notabiliter valde qd cum instrumēta guarentigie habeāt executionē paratā scōm formā statutorū tuscie ex eo quia ibi continentur pcepta notariorum qui etiā iudices ordinarij sine administratione chartularij tamē appellantur iuxta no. in. l. j. ff. de iudi. ⁊ in. l. fi. C. vbi ⁊ apud quem. facta in partem sponte recipientē qd licet petatur retractatio instrumenti vt qꝛ forte petatur instrumentū corā epō declarari vsurariū illa petitio nō retardabit executionē instrumenti. ⁊ hoc videtur de mente Inno. in. d. c. cū in iure. ſm eū. Et propterea inoleuit mos secundū eū qd eps inhibet iudici seculari sub pena excōicationis vt super executione supersedeat. An tamē dictum preceptū sit iustū dicit patere ex predictis plus nō dicit. Nā videretur qd non sit iustum. ⁊ istud tenent domini de ro. in dicta conclusione prealle. qd singulariter no. ¶ Item adde inquātum
10 circa primū sensit Bar. † qd dicens se non citatum nō tenet probare etiā dato qd non appellauit. Nam videt qd istud non sit verum saltē qñ in snīa facta est mentio de citatione propter autoritatem sententie ex quo non est appellatū nec suppetit tps appellādi. ar. no. in. c. in pñtia. extra de renū. Et istud aperte tenuit Spec. in ti. de senten. §. vt aūt. ver. ⁊ no. ⁊ sic dicit ibi Jo. an. post Guid. de suza. seruari de consuetudine. dixit tamē idē Guid. qd de iure videtur dicta verba plata a iudice nō pbare per not. in. c. quoniā cōtra falsam. extra de pba. sed illud. c. videt intelligendum quādo esset appellatū pter ibi no. per Jo. an. super glo. fi. ⁊ per Jo. cal. in dist. suis. Fatetur tñ Jo. an. qd probare poterit oppositum producēdo acta ex quorū inspectione appareat nō esse descriptaz citationē per no. in. l. fi. C. de erro. aduo. ⁊ in. c. cū ad sedem. extra de resti. spo. ⁊ qd no. in mera negatiua in decre. bone. el primo. de elec. plus etiam sensit Spe. in loco preallegato qd. etiam si in snīa nō fiat mentio de citatione ex quo tñ non est appellatū presumat pro sententia etiā respectu processus. ⁊ pro hoc facit: quia autoritas sententie videt esse illa que presumptionē inducit quando nō est appellatū: que ratio etiā hoc casu vendicat sibi locū ipse tamē Spe. eo. tit. §. fi. ver. in summa. videt velle qd demū presumat pro sententia respectu processus quādo est lata contra presentem vel contra cōtumacem. ⁊ sic videt etiā sentire Jo. cal. in. d. c. quoniaʒ cōtra falsam. ⁊ Inno. in. d. c. bone. j. Bar. autē in auṫ. si qs in aliquo. C. de eden. sensit solum presumi pro ea quando est lata partibus pñtibus ⁊ facta est mētio de actis in tenore snīe: sed vt apparet ex pdictis saltē qd lata est cōtra presentē vel cōtra cōtumacē licet non fiat mētio videt presumi per sniam pter transitū in rē iudica. idē videt si nō sit lata cōtra presentē nec appareat de cōtumacia. si tñ in snīa iudex faciat mentionē de citatione peremptoria ad sententiā audiēdā. Nā saltē de cōsuetudine videt sic saluari: vt dixi. ff. post Joā. an. ⁊ Guli. Ubi aūt iudex hoc non dixisset nec esset lata in presentem nec appareat qd fuisset contumax ⁊ sic legitime citatus esset magis dubiū. tamē si appareat qd pars habuit notitiā sentētie ⁊ nō appellauit infra debitū tps videretur qd surgat ex hoc pſumptio pro sentētia: vt voluit Spe. in. d. versi. ⁊ no. Et adde vltimo qd vbi partes sunt presentes s nō fuerunt citate licet videat valere sententia per no. per Bart. in. l. j. ff. de in ius vo. ⁊ que not. in. l. in cause. §. causa cognita. ff. de mino. ⁊ per Jo. an. in. c. vlti. extra de elec. in nouella. tñ do cautelam ad omne dubiū tollendū qd iudex moneat partes ad sñiam audiendam.

Soluisse. Soluisse dicitur qui qualitercunq; per creditorem est liberatus. h. d. ⁊ de hac materia vide Bar. in. l. solutionis. de solu.

Celsus. Qui seruū p noxa traditum integre accipientis nō facit pōt denuo cōueniri. h. d. ¶ In glos. fi. ibi solue. iunge istas solutiōes: vt hic patet per Bar. Et adde qd vbi proprietarius non defendit seruū in iudicio sed patit eū duci non pōt amplius agi cōtra eū iuxta no. in. l. locū. §. proprietarius. hic alle. ⁊. l. si hominē. ff. de sol. ⁊ sic limita istū tex. qꝛ loquitur quādo defendit ⁊ fuit cōdemnatus. Itē loquit quando vsufructuarius nō fuit in iudicio. secus si fuisset in iudicio cū ipso pprietario: quia tunc sentētia sibi preiudicaret per no. in. l. si noxale. ff. de noxa. ⁊ q̄ no. in iuribus palle. ¶ In ea. glo. in fi. hec vltima vera: qꝛ ibi non fuit condemnatus sed fuit absolutus ab obseruatione iudicij ex eo: qꝛ dedit seruum pro noxa ante aliquam condemnatoriam. facit qd no. in. §. fi. insti. de perpe. ⁊ tempo. act.

Summarium.

1 ¶ Arbiter nō iurisditionem habet. sed notionem.
2 Sētētia an valeat siue certū in se siue p relationē ad acta cōtineat.
3 Instrumenta de se executionem paratam non habent.

4 Sententia sub conditione lata an sit valida.
5 Probatio non est legitima per testem singularem facta.

It pretor. Uerbum notionis generalius est quã verbũ iurisditiõis. hoc dicit.
1 ¶ †Nota scõm vnam lectu. qõ arbiter non dicitur habere iurisditionẽ sed notionem: sed scõm aliam lectu. potes colligere idem de delegato. de quo hic per Bar. ¶ In glos. non habeat ibi cum pena. Nota bene ex glo. qõ quãdo cõpromissum est factum cum pena emologatur sentẽtia arbitri tacite per cursum decem dierum: ꝛ similiter per expressam emologationem cõtrarium voluit glo. in. l. cum antea. C. de arbitris. vbi vult qõ solum emologetur quãdo est cõpromissum nudo pacto ꝛ sine pena Bar. hic saluat vtrãq; glo. nam prima habet locum quãdo est apposita clausula rato manẽte pacto in compromisso. secũda quãdo non est appositũ. vt voluit glo. sing. in. l. ij. ff. de arbi. de quo etiam per Cy. in. d. l. cũ antea. ꝛ per Joã. an. in. c. dilecti. in nouella. extra de arbi. nam dicta distinctio nõ est sine scrupulo. vt patet ex no. in locis preal leg. Et adde qõ de iure canonico indifferenter videtur procedere glo. hic posita: qꝛ de iure canonico pactum nudum parit actionẽ in. c. j. extra de pac. ꝛ sic si nudo pacto compromissum est stari sententie arbitri: si nõ stabitur poterit agi ad interesse. sicut in simili de iure ciuili potest agi quãdo per stipulationem est promissum stari sententie arbitri. l. diem. §. si. ff. de arbi. ꝛ sic cum emologetur tũc per cursum decem dierum nõ obstante qõ competat remedium agẽdi: ꝛ eo casu in quo si fuisset stipulatio nõ emologaretur de iure ciuili. per not. in. d. l. cum antea. iũcta. d. l. diem. §. si. ergo indifferenter siue sit adiecta pena: siue nõ emologabitur de iure canonico etiam si dicta clausula rato manẽte cõpromisso non sit adiecta. ꝛ pro hoc bene facit qõ no. in. c. per tuas. cũ ibi nota. extra de arbi. Et hec nota propter terras subiectas iurisditioni ecclesie in quibus de iure seruari debet ius canonicũ quando cõtradicit ciuili. vt no. glo. in. c. secundo. de arbi. libro. vj. nisi per statutum approbatũ per superiorẽ aliud disponat. vt est in ciuitate Bononie: qꝛ seruari debet ius ciuile ex forma statuti.

Si iudex. Paria sunt in sentẽtia certam quantitatem fore expressam: vel verba sentẽtie ad acta certam quantitatem cõtinentia referre. hoc dicit. ¶ †Nota qõ valet
2 sentẽtia siue cõtineat certum in se: siue per relationem ad acta. facit qõ no. in. l. in summa. ff. eodem. Et ex hoc etiam no. qõ quid dicitur esse certum etiam si veniat certificandum per relationẽ ad aliud. facit quod not. in. l. si ita. scripsero. ff. de codi. ꝛ demõstra. et ff. de here. instit. l. asse toto. ¶ Item nota qõ aliquid dicitur relictum in codicillis etiam si nulla sit facta scriptura: sed solum corã testibus quinq; relictũ. ꝛ sic verbũ codicillis verificatur siue sit facta scriptura: siue non. ¶ †Item not. argu. qõ instrumẽta de se nõ
3 videntur habere executionem paratam. Et per hoc dicit Ange. qõ statuta dicentia qõ instrumenta publica habeãt executionem paratam sunt contra ius commune. facit quod not. in. l. minor viginti quinq; ann. cui fideicõmis. ff. de mino. secus dicit in statutis disponentibus qõ instrumenta guaren. habeant executionem paratam: qꝛ guarentisia nihil aliud est nisi quoddam preceptum qõ fit per notarium de instrumẽto rogatum parti vt obseruet in instrumento cõntenta. ꝛ fit illud preceptum in volentem ꝛ acceptãtem ꝛ autoritate statuti cõcedentis potentiam precipiẽdi ipsi notario. ꝛ sic sicut preceptum iudicis in cõfessum habet executionẽ paratam. l. si debitori. ff. de iudi. sic ꝛ tale preceptum. Adde qꝛ videretur qõ si notarius ex priuilegio notariatus sit fact⁹ iudex ordinarius prout cõmuniter cõtingit. vt patet etiam ex subscriptionibus notariorũ licet non habeat iurisditionem cõtentiosam videtur saltem habere iurisditionem hanc voluntariã vt parti confitenti corã eo possit preceptum facere. facit qõ not. Cy. in. l. vnica. C. de confes. ꝛ qõ not. in. l. j. ff. de iudi. ꝛ in. l. fi. C. vbi ꝛ apud quẽ. ꝛ sic videtur qõ tale statutũ etiam ex hoc capite habeat cõsonãtiam iuris cõmunis. facit etiam ad predicta qõ no. in. l. ij. §. fi. ff. de offi. procõ. ꝛ leg. ¶ In glo. si iudex ibi: sed specialis petiero. hec tamẽ regula posset saluari si intelligas fideicõmissum vniuersale fuisse relictũ. de quo hic per Bar. ¶ In eadem glo. ibi. qualem ipse habebat ante lit. conte. no. ex glo. in possessorio recuperande fieri debere restitutionem talis possessionis qualem habebat spoliatus. ꝛ sic cum eadem libertate. ad hoc bo. tex. in. c. pisanis. extra de resti. spo. Aduerte tamen qꝛ nõ debet põderari simpliciter tempus ante lit. contest. sed tempus quo fuit spoliatus. facit quod not. in. d. c. pisanis. ꝛ in. c. cõsultationibus. extra de offi. deleg. ꝛ. ff. de vi ꝛ vi arma. l. j. §. deiecisset. ¶ In ea. glo. in fi. lege glo. interrogatiue. ꝛ supple certe non debet dari ratio quare diuersum sit in possessorio recuperande dummodo constet per acta de qualitate possessionis scõm tempus ad quod iudex se refert. ¶ In glo. erit ibi: cum certum sit. supple per acta. non enim sufficeret re vera fuisse relictum coram testibus nisi per acta hoc constaret in quibus appa-
4 reret de cõfessione partis vel pbatione per testes. ¶ †Ulti. Bart. hic tangit an possit ferri sententia sub cõditione a si est probatum: et in effectu cõcludit qõ sic. ꝛ dic vt hic per eum. Et per hoc in effectu dicit subueniri posse assessoribus imperitis vel habẽtibus modicum de tempore ita qõ plene non possunt informari de meritis cause. Nam possunt vti ista cautela vt dicat cõdemnamus eum si est probatum ꝛ si nõ est probatum absoluimus: nõ tamen assessor debet illa vti nisi necessitas vrgeat: qꝛ alr̃s per hoc detegitur eius imperitia. Et adde scõm Ange. qõ alia cautela etiam esse potest. videlicet qõ iudex absoluat reum nõ diffinitiue: sed ab obseruatione iudicij adiecta causa: qꝛ sibi de causa nõ liquet. allegat not. per Inno. in. c. j. ad fi. extra de confir. vti. vel inuti. vbi Inno. hoc notanter voluit. ꝛ facit qõ no. in. l. properãdum. §. sin autẽ ex gestis. C. de iudi. ꝛ. l. si de meis. §. si. cum. l. seq. ff. de arbi. precedens tamẽ
5 cautela minus ledit partes. ¶ †Et adde etiam inquantum dicit quod non sufficit probationem factam per vnum testem cum illa non sit legitima probatio. et de legitima probatione intelligatur in dubio vbi fit mẽtio de pbatione. vt probatur ex tex. cũ glo. in cle. constitutionem. ad fin. de elec. ¶ Item adde quia dixit hic Bar. quod si iudex condemnat si est probatum ꝛ plus non dicit quod si in parte est probatum ꝛ in parte non intellige super eodẽ capitulo per no. in. l. etiam. §. j. ff. de mino. qõ tunc sententia non valeret quia reperitur condemnatoria lata solũ in parte per no. in. l. in hoc iudicio. ff. fami. her. ꝛ que plene no. per doct. licet glos. aliter sentiat in. l. j. C. si aduers. rem iudic. nam debet super toto negotio pronunciari per iura predicta. Et ideo de cautela est vt dixi qõ adijciat ꝛ si non est pbatum absoluo. ꝛ hoc dicunt aliqui verum qñ fertur snĩa super principali. secus si super accessorijs. puta super expensis: quia tunc valebit lata super parte. vt videtur eẽ casus no. in. l. fi. C. qñ prouo. non est necesse. inquantum loquitur qñ in minus fuit facta cõdemnatio. sed certe si bene inspiciatur ille tex. põt intelligi qñ in alia parte fuit facta absolutio. ꝛ sic videt ibi intelligere Cy. Itẽ etiam põt intelligi q iudex condemnauit in minus: qꝛ forte taxauit minus q̃ deberet. vnde nimirum si tũc valet: quia tunc videtur super toto pronũciari. facit qõ no. Bar. in simili in. d. l. j. C. si aduer. rem iudi. in eo qui petebat reliqua cõsignari ꝛ iudex condẽnauit in aliqua quãtitate pro ipsis reliquis cum tamen re vera in maiori summa pro ipsis reliquis esset obligatus poteris etiã dicere tertio qõ ibi expẽse nõ fuerũt petite per partẽ. vnde tũc videtur qõ iudex possit de aliquib⁹ pronũciare ex quo nõ precedit capitulũ specificũ super expẽsis deductũ per partem. ꝛ sic possit notabiliter illa lex intelligi: sed vbi precederet petitio super ipsis expẽsis videt qõ debeat sup toto capitulo pronũciare. p no. in. d. l. in hoc iudicio. saluo tamẽ eo qõ supra dixi scõm scdã responsionẽ: et forte etiã posset dici qõ si facta esset taxatio expensarũ ꝛ iudex condẽnaret in minori quãtitate qõ forte teneret sententia quasi videat reuocare interlocutoriã taxationis. per notata in. l. qõ iussit. ff. eo. ꝛ sic videretur sup toto pronũciare lꝫ male faciat absq; causa reuocando. Et ad materiã facit qõ not. Inno. in. c. fi. extra qõ met⁹ causa. Et per predicta videret quod si iudex condemnat partem in expensis factis a tẽpore publicationis processus. ꝛ de alijs nihil dicit qõ non valeat sententia si expense fuerunt petite. Joannes de Imola.

Summarium.

1 Miles armate militis non exigitur vltra quã possit facere.
2 Actio nulla ad noxe deditionem competit.
3 Sententiam pro se latam nemini licet exequi.
4 Actio est perpetua que descendit ex sententia.
5 Actio iudicati vocatur que ex sententia descendere noscitur.
6 Judicia queq; de ciuili sunt iure.

Miles. ¶ †Cõtra militẽ armate militie nõ fit exe-
1 cutio vltra quã facere possit. h. d. ¶ Nota vnũ priuilegiũ qõ cõcedit militi armate militie. aliud etiã ponit in. l. j. C. de iuris ꝛ fac. igno. ꝛ aliud. ꝛ multa alia in. l. j. ꝛ per totũ. sꝫ de testamẽto militari. ꝛ maxime in. l. miles. §. mulier. eo. ti. ¶ In glo. ij. ibi. respõdeo idẽ Oldra. vt hic refert Ange. tenebat oppositũ: qꝛ imo eget beneficio cessionis p capitulũ odoardus. de solu. ꝛ per no. in. c. puenit. extra de fidei. sed Jaco. de are. in. §. pe. ꝛ vlti. q. institu. de actionib⁹. tꝫ hãc glos. cum qua etiã trãsit Bar. facit qõ no. in. l. j. §. est ꝛ alia. si quis a pa. fuerit manu. Ad. c. odoard⁹ respõdet qõ ibi se nõ defendebat remedio huius exceptionis. ideo egebat remedio cessionis. ꝛ hãc opi. sequitur hic Ang. tanq; equiorẽ: qꝛ nõ dꝫ dari occasio vt aduocentur a diuinis ꝛ idẽ etiã dicit in aduocatis: lꝫ scõm Old. multo fortius in illis esset secus. Sed aduerte qꝛ Bar. in. l. j. ad fi. C. de iuris ꝛ facti igno. videt tenere cõtra hãc glo. qꝛ ibi dicit qõ priuilegiũ illius legis prime cõcessum militi armate militie non dꝫ trahi ad
b militẽ celestis militie. b sed potes saluare qõ ibi loquit de alio priuilegio qõ est magis strictũ ꝛ paucissimas hꝫ fallẽtias. hic de alio qõ videt magis latũ cũ plures habeat fallẽtias. ꝛ sic magis extẽsibile. l. sunt qui putãt. cũ seq. ff. eo. ꝛ de ista materia dixi in. l. si vero. §. de viro. ff. so. ma. in scdo mẽbro principali qñ agert de extẽsiõe sẽda in exorbitãtib⁹ circa fi. illi⁹ mẽbri. ꝛ ibi etiã tetigi an miles celestis militie necessario habeat recurrere ad beneficium cessionis.

¶ Sub cõditione. Adde qõ dicitur in additionib⁹ ad Bar. hic.

¶ Celestis militie. adõ Alex. plene in. l. cẽturio. de vul. ꝛ pu. ꝛ p Pau. et Barto. hic.

Decem

Decem. Si vnum est in obligatione: aliud in solutiõe ex
dispositione legali solum per sententiam ꝯfirma
ta id tantum peti potest qđ in obligatione consistit. h.d. ¶ Nota
qđ vbi lex disponit circa officium iudicantis verba sententie iudi
cis sunt intelligenda ꝛ regulanda scđm dispositionē legis. secus si
lex non disponit de forma iudicādi: sed de ipsius obligationis in
ducenda substātia. l. paulus respondit eos. ī. eo. ꝛ. l. j. C. si plu. vna
2 sen. ¶ † Item no. qđ ad noxe deditionem nulla actio competit: sꝫ
solum ad emendam damni. conuentus tamen habet potestatem
dandi pro noxa ex dispositione legis. ¶ Item nota qđ in obliga
tione alternatiua vtrunqꝫ alternatiuorum est in obligatione. de
quo in. l. si duo. ī. de ver. obli. ¶ Item not. singulariter limitatio
nem ad iura que dicunt qđ stipulatio intelligit secūdum naturā
precedentis actus: vt patet in. l. damni infecti quidam. s. de dam.
infec. ꝛ. l. si stipulatus. s. de vsuris. Nam videntur intelligēda quo
ad hoc ne in plus exigatur ꝙ effectualiter possit exigi scđm natu
ram precedentis actus. non autem omni alio respectu. vt hic pa
tet: qꝛ ista stipulatio si intelligeretur ex toto scđm naturam actus
precedentis vtrunqꝫ alternatiuorum non esset in obligatione: sed
vnū in obligatione: ꝛ aliud in solutione. cuius tamen cōtrarium
hic dicitur. ꝛ ideo singulariter tene menti istum tex. quē forte ali
bi non reperies. ¶ In glo. condemnat. ibi: non ergo in noxe. sup
ple qꝛ non debet condēnare in id ad qđ non competit actio: sꝫ vt
detur pro noxa non competit actio: sed solum in ipsa estimatione
damni. vt hic voluit litera recte intelligendo. si tamen cōdemnat
dicendo condēno in decem aut noxe dedere intelligitur. s. promit
to. ꝛ sic verba alternatiua sententie nō faciunt vtrunqꝫ esse in ob
ligatione. secus tamen est in stipulatione alternatiua per rationē
litere. ¶ In glo. pecuniariā. ibi: nia ex delicto vicarij. quasi velit
qđ si dn̄s habet seruū ordinarium ꝛ aliū seruum vicarium in pe
culio ordinarij pro delicto vicarij non debet dānari in estimatio
ne. aut vt det ipsum seruum ordinarium pro noxa. sed potius de
bet dicere ipso vicario delinquēte. vt in. l. si in iure. §. fi. s. de noxa.
Item videt per illum tex. qđ non debet damnari simpliciter in to
tali estimatione: sed in illa estimatione que haberi potest ex viri
bus peculij ipsius ordinarij. de quo dic vt ibi.

a
3 **Qui iudicati.** [a] Non licet vincenti sentētiam propria
autoritate exequi. h.d. ¶ † No. qđ non
potest quis exequi sentetiam pro se latam. intellige nisi hoc fiat iu
dice permittente. per no. in. l. iuste. s. de acqui. pos. ꝛ. l. dotis. solu.
matri. Et intellige etiam hoc verum nisi forte non posset haberi
autoritas iudicis. per not. in. l. nullus. C. de iude. ꝛ qđ not. Inno.
in. c. olim. ad fi. extra de resti. spo. Extra glo. tangit hic Barto. an
aliquo casu absqꝫ autoritate iudicis propria autoritate possit qs
exequi sententiam pro se latam. ꝛ in effectu considerat an sit abso
lutoria: an cōdemnatoria: an super re corporali: an super iure in
corporali. ꝛ si sup iure incorporali: an super seruitute psonali: an
super seruitute reali: an super causa preiudiciali status: aut super
iurisditione. de quibus dic vt ibi per eum. ꝛ per Inno. in. c. cū no
stris. extra de conces. preben. Et adde dictis Bar. inquantū dicit
qđ petens aliquam in vxorem ꝛ obtinens sententiam pro se non
potest illam propria autoritate capere. per. l. j. C. de rap. vir. nam
posset dici qđ illa lex loquitur quando nunꝙ habuit quasi posses
sionem matrimonialem. Tamen pro eius dicto facit qđ no. Io.
an. in addi. Spec. in tit. qui fi. sint legi. super verbo competit. vbi
dicit qđ vxor non est sub potestate viri. sed potius sub obsequio.
alleg. no. in. l. sicut. de ope. liberto. de facto tamen seruatur contra
rium quando habita fuit quasi possessio matrimonialis. et adde
etiam qđ venditio bonorum pro executione sententie potest fieri
tripliciter. primo qđ iudex vendat vt iudex. secundo qđ executor
de mandato iudicis. tertio qđ vēdat vincens ex potestate sibi at
tributa per iudicem expresse sibi hoc concedentem. vt hic tetigit
Ang. facit quod no. in. l. j. ꝛ. ij. C. si in causaꝫ iudica. ꝛ. l. fi. C. de bo.
auto. iudi. pos.

Iudicati. Non summatur. In text. ibi prosecutionem
continet: licet forte vetus actio non ꝯtineret
4 rei prosecutionem secundum Dy. ¶ † No. qđ actio descendens ex
5 sententia est perpetua ꝛ competit heredi: ꝛ in heredem. ¶ † Item
nota qđ actio descendens ex snia videt appellari actio iudicati de
qua in glo. ¶ In glo. iudicati actio. in fi. cōtrariū tenēt vltramō.
quos sequit hic Bart. s. qđ actio descendens ex sententia vocetur
actio iudicati non actio in factum. ꝛ hoc sequit etiā hic Ange. p
istum tex. fallit tn̄ in actione descendente ex snia arbitri emologa
ta: qꝛ illa appellatur in factū. l. pen. C. de arbi. ꝛ pro ista parte fa
cit vbi possumus habere actionem nominatā iuxta nomen ꝯtra
ctus videtur qđ non sit recurrendū ad aliā qꝛ illud videt fieri in
subsidiū. per no. in. l. nā vera. de pscri. ver. vnde ex ꝯtractu emptio
nis dat ex empto. ꝛ idē in similibus. facit qđ no. in. l. iuris gentiū.
§. quinimo. s. de pac. Sed pro glo. optime facit tex. in. l. actori. hic
allega. vbi dicit qđ ex iuramento dat actio in factū ad similitudi
nem iudicati. nisi dicas qđ ibi sit similitudo quo ad genus actio
nis: non quo ad speciē. Sꝫ ꝯ illud facit: qꝛ in dubio similitudo dꝫ
fieri quo ad omnia si fieri potest. per no. in. l. sacrilegij. §. pe. cū ibi
no. per Bart. ī. ad. l. iul. pecul. ꝛ per eundem in extraua. ad repri
men. in verbo perinde. Itē qꝛ arbitria sunt redacta ad instar iu
diciorum. l. j. s. de arbi. Et sic videtur qđ cum actio descendens ex
sentētia arbitri appelletur in factum. vt. d. l. pe. qđ similiter debet
appellari actio descendens ex sententia iudicis. Et pro hac parte
etiā facit: qꝛ si dicimus hanc actionem pretoriam prout videt per
l. iiij. §. j. s. eo. no. in. l. idem ait. §. j. s. nau. cau. Non ob. iste tex. cum
si. qꝛ debet exponi vt sonat in factum ex quo actio oritur. ꝛ sic iu
dicati. l. in factum ex re iudicata. facit qđ not. in simili in lege ha
ctenus. in prin. s. de aqua plu. arc. Et hanc partem communiter se
quuntur glossatores etiā iuris canonici. vt patet hic. ꝛ in cle. vlti.
extra de appel. non obstat qđ dictum est de nomine specifico quia
nomen iudiciale videtur esse generale etiam ad alios actus non
iudiciales. iuxta illud nolite iudicare ꝛ non iudicabimini: ꝛ quia
etiam iudicat medicus infirmum moriturum vel non moriturū.
ideo tale nomen nō videtur attendi. per no. in simili in rub. C. de
reruꝫ permu. ꝛ. l. iuris gentium. §. sed cum nulla. s. de pac. an aūt
hec actio sit pretoria vel ciuilis. Azo in summa insti. de act. incli
nat qđ sit pretoria per. l. iiij. §. j. s. eo. cui sm Ang. ob. l. actori. C. de
reb. cred. Sed certe parum facit. imo potius facit pro inquātum
dicit dari ex iuramento in factum ad similitudinem iudicati. naꝫ
illa actio descendens ex iuramēto est pretoria. l. ait pretor. s. de iu
6 reiu. Io. an. in arbore actionum videtur dicere eam ciuilem: † qꝛ
omnia iudicia videntur esse de iure ciuili. per. l. ij. §. deinde ex his.
de orig. iur. Sed certe parum facit: qꝛ secundum hoc nulla actio
deberet dici pretoria. vnde Ia. de rauē. dicit eam pretoriā. ꝛ istud
videtur verius per dictum. §. ait pretor. Ange. tamen dicebat qđ
poterat dici ciuilis inuentione ꝛ ptoria approbatione. sicut in si
mili dicitur de actione commodati in lege prima. supra cōmoda
ti. Sed ipsum officiū qđ imploratur pro executione sentētie bene
potest dici introductū de iure pretorio secundum eum. ¶ In glo.
fi. in fi. Sed certe in dicta lege prima nihil dicitur sed bene ibi no.
hoc in magna glo. post medium. pro qua facit quia in reali iudex
non agit inducere sed declarare. lege sicuti. §. sed si querat. s. si ser
ui. vendicetur. Sed certe illud est verum principaliter. nā in con
sequentiam etiam inducit. hinc est qđ per traditionem factā vir
tute sententie late in reali efficitur victor dominus licet ante non
esset si reus erat dominus. vt patet ex notatis institu. de officio iu a
dicis. §. fi. ꝛ lege pomponius. §. si iussu. s. de acquiren. possessione.
ꝛ quia etiam ex iuramento prestito in reali similiter datur actio
in factum. vt hic tetigit Barto. ꝛ in lege sed ꝛ si possessori. s. de iu
reiurando. dicit tamen Ang. quod credit hanc actionem datinā
ꝛ sic intelligit dictam legem nam ꝛ postea. §. fi. ꝛ. l. sed ꝛ si possesso
ri. de iureiurādo. Sed certe imo videtur quod sit natiua: quia vi
detur habere preexistentem materiam propter quasi contractum
resultantem etiam ex iudicio facto in reali. iuxta notata in. l. ij. §.
fina. de pretorijs stipulationibus. iuncto eo quod no. in lege iuris
gentium. §. j. s. de pac. Et sic patet qđ ex sentētia lata in reali oriet
duplex actio. scꝫ actio in factum. ꝛ vtilis rei vendicatio. ꝛ idem vi
detur dicendum in sententia arbitri emologata: licet Ang. dicat
quod ex sentētia arbitri in reali dabitur vtilis in rem per. l. ne in
arbitris. de arbi. ꝛ ex lata in personali competat in factum. d. l. ne
arbitris. ꝛ. l. pe. eo. ti. Sed certe non videtur differentia in hoc in
ter sententiam arbitri ꝛ iudicis.

[a] ¶ Qui iudicati. Adde Bar. in. l. iuste. s. de acq. pos. Andr. barba. hic in addi. ad barto.

Summarium.

1 Tempus concessum iudicatis quam exceptionem paret.
2 Fauoris causa inductum retorqueri non debet in odium.
3 Libellus cum litis contestatione an requiratur in executione sen
tentie.
4 Officium iudicis coram quo iudice implorari debeat.

Intra dies. Dilatio que conceditur iudica
tis per legem ex mero eoꝝ fauo
re est inducta. ꝛ ideo potest iudicatus ante tēpus mul
1 tipliciter liberari. h.d. ¶ † Not. qđ licet tempus qđ in
dulgetur iudicatis detur miserationis causa ꝛ non impediat cō
pensationem. vt est text. singula. in. l. cum militi. ī. de compensa. tn̄
2 parat exceptionē ne qs possit cōueniri infra dictū tp̄s. ¶ † Item
no. illud vulgatū qđ introductū in fauorē nō debet retorqueri in
lesionē. l. qđ fauore. C. de legi. ꝛ de reg. iu. c. qđ ob gratiā. lib. vj. an
aūt liberet cōdēnatus ad speciē si perit infra tp̄s quadrimestre cū
haberet ptātē soluēdi. remittit hic Ang. ad no. in. l. si cū exceptiōe
§. qđ si homo. s. qđ met. cau. Tu tene secure qđ nō liberat. fallit in
3 casu illo in quo releuat per penā tripli. vt ibi dicit. ¶ † Extra glo.
tangit hic Bar. an in executione sententie requirat libell⁹ ꝛ litis
ꝯtestatio. ꝛ in effectu tꝫ qđ si petit offō iudicis qđ tūc pcedit sine li
bello ꝛ extra figurā iudicij. ꝛ videt tūc officiū nobile. vt not. But.
in. l. argentariū. §. noīe. s. de iud. dicit tn̄ Ang. in. l. iiij. §. si ex cōuē
tione. s. e. qđ citatio erit necessaria maxie qn̄ peteret executio ꝯtra
heredes ꝯdēnati. p no. p Inn. ex de iud. c. qꝛ. V. ꝛ p glo. i. l. edictū.
s. de iud. ꝛ p eūdē i repetitiōe sua. l. j. C. de iu. Sꝫ de hoc qꝛ Inn. tꝫ

contrarium in.c.ex ratione. extra de appel. dicit vt dicetur in.l.a diuo pio.§.si super rebus.j.eo. Sed si petitur executio per actionem in factum vel iudicati scdm aliam opinio.tunc libellus offerretur et procederetur scdm Ang.in figura iudicij summarij.et ita intelligit.l.a diuo pio.§.si super.j.eo.et.l.iij.§.eo.de quo in Spec. in tit.de sen.exequu.§.breuiter.et per Cy.in.l.ab executore.C.quorum appel.no reci.Et subdit Ange.†qd quado officium iudicis
4 imploratur debet hoc fieri coram iudice qui tulit sententiam vel successorem.non autem poterit peti coram alio nisi fuerit requisitus per literas iudicatis.et ita intelligit.l.a diuo pio.j.eo.et.l.properandu.§.et si quidem.C.de iudi.et.C.de epi.audi.l.si quis litigantium.et.j.de bo.auto.iudi.possi.l.cum vnus.§.pen.sed vbi agitur iudicati vel in factum no sunt necessarie alique litere dummodo al's iudex sit competens.de quo in Spec.in tit.de execu.senten.§.nuc videndu.ver.sed pone.et per Bar.in.d.l.a diuo pio.§.j. Sensit tamen Bar.hic qd vbi agitur iudicati vel in factum ordinarie procedatur.sed glo.sensit otrariu in.l.qui de inofficioso.de inoffi.testa.et.l.minor.xxv.annis cui fideicom.§.de mino.Et p istis glo. videtur esse casus si non cauillet in.l.pe.C.de arbi.vbi litera aperte videtur velle qd per actionem in factu executioni sententia madetur.licet Bar.hic cauillet illum tex.Et hac partem puto posse sustineri de iure licet omuniter teneatur qd dixi.§.No obst.huic opi.qd habetur in.l.j.in prin.§.de eden.vbi ages aliqua actione debet libellum offerre:q2 debet intelligi quado ex aliqua actione ex pacto non deciso per setetiam que trasiuit in rem iudicatam al's secus ne lites ex litibus orianf.per.l.iiij.§.ait pretor.§.eo.No obst.l.item veniut.§.idem recte.§.de peti.here.q2 ibi non dicitur qd libellus sit offeredus nec lis cotestanda.sed qd durat potestas dandi seruu pro noxa donec quis coueniatur iudicati.ita possum intelligere qd durat donec fuerit conuentus cora iudice per actionem iudicati.Et licet al's no dicaf quis agere sed agere velle ante litis cotest.l. amplius.§. rem rata habe.illud procedit in actionibus in quibus lis est cotestanda.non in alijs in quibus no est cotestanda.argu.l.ita autem.cum ibi no.§.de admi.tuto.et.l.iij.§.toties.§.de dam.infec.et extra de iureiu.c.ad nostram.el.ij.et qd no.in.l.fi.C.sine censu vel reli.in practica tamen tutius est practicare secundum opinionem communem propter opi.vitandas.

Summarium.

1 Instantia non expirat re perempta absq3 possessoris culpa.
2 Fructus qui in libello petuntur non necessario exprimuntur.
3 Sententia incerta non potest ferri super fructibus perceptis.

Si homo. Specie perempta post litem contestatam adhuc durat instantia propter fructus.h.d. No.scdm vnum intellectu†qd etia
1 re perempta sine culpa possessoris post lit.conte.no ex toto expirat instantia.de quo in.l.non vtiq3.per glo.et docto.§.de rei vendi.et Inno.in rub.extra de re iudi. In glo.j.ibi:et sic videtur culpa et hoc casu ex quo fuit in culpa intellige qd no fiat absolutio ab ipso seruo petita:sed potius codemnabitur in eo propter mora ipsius coueniti.et executio fiet in estimatione ex quo est res perempta post mora.l.si seruum.§.fi.j.de ver. obliga.Et hoc casu quado erat in mora.et sic no habebat iusta causam differedi non est vis an ex culpa possessoris homo perierit vel no.per no.in l.qd te.§.si cer.pe.et.l.si ex legati causa.j.de verb.obli. Sed vbi no esset in mora.vt q2 haberet iusta causam differedi.tuc bene deberet attedi an ex culpa possessoris perierat homo vel non:q2 si eius culpa perit adhuc codemnabitur in homine et executio in estimatione.per nota.in.d.l.si seruu.§.fi.Sed si sine culpa possessoris perit tunc si perit ante litem cotest.absolueretur reus ex toto:q2 nec ad hominem nec ad fructus teneretur:cum in stricti iuris iudicijs no quado petitur qd no fuit agetis no veniunt fructus nisi a tempore cotestate litis.l.cum fundus.§.si cert.pet. Sed si lis esset contestata tunc in effectu absolueretur ab homine petito.sed non a fructibus.nam durat officium iudicis quo ad illos ex quo est fundatum per otestatione.vt no.in.l.no vtiq3.§.de rei vendi. Et scdm predicta intellige qd habetur in glo.seque.et seq.et de forma setetie quado perit sine culpa et no erat in mora tetigit hic glos. et plenius habef in.d.l.vtiq3.et plene per Inno.sup rub.de re iud. In glo.fi.in fi.hec glo.no videf bene dicere:q2 in iudicijs stricti iuris quado petif qd no fuit agentis non veniut fructus ante lit.cotest.l.cum fundus.si cer.peta.et supra dixi. Extra glo.teti
2 git hic Ang.†an sit necesse in libello in quo quis petit fructus in eo eos declarari.et dixit qd no.sed sufficit eos peti sub taxata quatitate.puta peto rem cum fructibus perceptis qui ascendunt ad tantam quantitatem.allegat no.per Cy.in.l.cu propria.C.si quis alte.vel sibi.Et plus dicit Ang.qd pcedit libell9 si peto rem mihi restitui cum fructibus perceptis et percipiedis ex eo:q2 tuc petuntur accessorie.et ideo no est necessaria alia declaratio.alleg.no.per Cy.in.l.certum.ad fi.C.de rei vendi.et no.per Inno.in.c.inter dilectos.extra de dona.Sed melius facit qd ipse no.in.c.ij.de libel. obla.et idem scdm eum videretur in sententia vt sufficiat codemnari reum ad restitutionem rei cum fructibus perceptis et in executione setetie declarabitur quatitas fructuum perceptorum.et pro hoc videtur casus scdm eum insti.de offi.iudi.§.et si rem.et videtur de mente Inno.in.c.cum.ad sedem.extra de resti.spo.fate
3 tur tame qd Perusij iudicatu fuerit contrariu in sententia.s.†qd in fructib9 perceptis no sit possibile ferri setetia incerta.pro quo facit licet no alleget qd habef in.l.in summa.§.si quis fortis.j.eo.et in.§.curare.insti.de actio.et qd no.de setetia que habet ferri su per interesse que h3 rem certa:licet petitio possit esse incerta.l.certi condictio.in prin.§.si cer.pe.Sed posses dicere qd ibi principaliter petebatur interesse:hic accessorie fructus petebanf.et ideo satis est qd sit certa sup principali:et sine dubio cautius est qd ages liquidet in iudicio quantitate fructuu perceptoru.vt sic possit ferri certa setetia sup eis:tu l3 no fecerit dicit Ange.de iure procedere qd valeat setetia equiparado fructus expesis factis in iudicio in quib9 pcedit setetia icerta certificada postea ex postfacto per liquidatione et declaratione iudicis.iuxta no.in.c. fine litib9. extra de dolo et cotu.fatef tame qd si fruct9 peterenf principaliter et de per se qd tuc quatitas esset certa designada in libello et in sententia.per.l.si in rem.§.de rei vedi.et per no.per Inno.in.c.significantibus.de libel.obla. Tu adde qd inquantu dictu est pcedere libellum in quo petif res cu fructib9 no expressata quantitate fructuum.idem voluit Bar.in.l.j.§. de ede.sed in.l. ex diuerso.§.j.§.de rei vedi.videf dicere qd hoc no procedat in fructib9 iam perceptis:q2 illi debet exprimi in libello.per.l.ediles.§.item sciendu.§.de edil.edic.Sed fructuu percipiedorum post lit.cotest. bene procedet Inno.in.c.tanta.extra de exces.prela.in glos.j.magna videf indistincte tenere qd dictus libellus pcedat.et respondet ad.§.ite sciendu.qd ibi no dicif expressione fienda in libello:sed qd debuit fieri in edicto de quo ibi dicitur.Sed aduerte q2 ista solu. videtur probari qd debeat fieri etia in libello.vnde ipse ide Inn.in.c.grauis.de resti.spo.et sup rub.de re iudi.videf voluisse qd in pceptis ante lit.cotest.debeat fieri expssa petitio. et forte posset dici qd illi no veniut nisi petanf.secus in perceptis post lite cotest.et sic intelligatur.§.ite sciedu.sed tame ex quo accessorie petanf sufficit eos peti etia si quatitas no exprimaf.et sic forte fuit de mete Inno.in locis preelleg.et facit ad materia qd ipse no.in.c.ij.de ordi.cog.et in.c.certificari.extra de sepul.cautius tamen est propter opi.vitadas in perceptis ante litem contest.declarare quantitatem.

Summarium.

1 Sententia nec pro nec contra furiosum est ferenda.
2 Furiosus non potest in contumacia constitui.

Furioso. In tex.ibi furioso.i.ad vtilitatem furiosi.per no.per glo.in.l.j.§.de cositi.
1 prin.et sic multominus ad eius preiudiciu. †No.qd setetia no pot ferri pro furioso nec otra ipsum. In glo.j.ibi at hic no ita.dic clarius qd cotumax habetur loco presentis:q2 eius cotumacia dei presentia repletur vt dicitur in.d.§.sin
2 autem.†Sed furiosus no potest cositui in cotumacia.et ideo simpliciter loco absentis habetur.Et ex hac glo.nota qd sententia lata pro absente no contumace no valet et sic hoc casu est deterioris conditionis no cotumax qua cotumax.et ratio est quam dixi licet glo.aliter sentiat in.l.properandu.§.sinautem.in verbo contradictionem.Cum ista cocor.glos.in.l.ea que. C.quomodo et quando iudex. Extra glos.tangit Bart.an si iudicium est agitatu cum procuratore et dominus citetur ad setetiam audiedam an si non compareat teneat sententia.et cocludit notabiliter qd no.de quo dic vt hic per eum.Et subdit qd si spote comparet valebit sententia ppter ius vtilis instatie qd habet.vt.l.in cause.§.causa cognita.§.de procu.Sed hoc forte no est sine scrupulo:q2 procurator inuitus vel ignorans no potest reuocari a prosecutione cause.l. que omnia.et.l.post litem.§.de procu.Et sic videtur qd ignorate procuratore non possit assumere prosecutionem litis.

Qui cum se. Nullus dolosus vtitur beneficio ne conueniatur vltra quam facere possit. hoc dicit. Et pro declaratione huius.l. recurre ad notata in.l.j.et.ij.supra quod cu eo. imo melius in.l.iiij.§.j.eodem titulo.

Si calendis. In obligatione facti succedit obligatio ad interesse tempore more.hoc dicit. In glo.j.in fine.bar.hic reprobat eam:q2 vbi venit iure actionis interesse non variatur ex tempore.secus quado officio iudicis.vt in.l.alleg.in glo.et hoc tenet licet Ange.hic videatur transire cum glo.

In depositi. Quando dolus purgatur per actionem descendentem ex contractu cedende sunt actiones ei qui dolo desijt possidere.hoc dicit. In glo.j.in fi.Bar.hic reprobat hac solu.quia maior est perfidia in contractu bone fidei.et sic minus deberet succurri.facit quod not.in.l.eleganter.in prin.§.de dolo.Et q2 rei vendi.licet sit stricti iuris est arbitraria.l.in actionibus.supra de

pra de in litem iurã. ꝛ sic debet equiparari bone fidei. Sed forte hec sol. potest saluari: quia licet minus debeat succurri in bone fidei iudiciis quando domino non esset consultum: tamen vbi dño esset consultuz quia habet estimationem rei sue satis videtur esse equum. ꝛ suggerit bona fides qḋ non velit bis idem habere. l. bona fides. de regu. iuris. Et per consequẽs qḋ debeat cedere actionem. nam al's posset etiam rem exigere. ꝛ sic bis in effectu idẽ consequeret̃. ꝛ licet multum possit iudex in arbitriis tamen latiores habenas habet in bone fidei. vt in. §. bone fidei. insti. de act. Bar. tamen dedit tertiam solu. que habetur in. l. is qui dolo. de rei vẽ. qꝛ ibi deliquit circa possessionem pro qua conuenitur: sed hic conuenitur ex contractu ꝛ deliquit circa possessionem. Sed certe nõ video quin etiam dicatur delinquere circa contractum. nã ꝛ contra dolosum agitur actione ex eo cõtractu. l. qḋ nerua. §. depositi nisi salues Bar. qḋ principaliter deliquit circa possessionem: ꝛ in consequentiam circa contractum. ꝛ adde inquantum dicit ꝙ vbi possidens soluit estimationem qḋ non potest fieri cessio respectu rei: sed respectu alias competentium occasione rei. nã hoc potest dici verũ si dicamus transire directum dominium in possessorez. sed si solum trãsiret vtile tunc posset fieri cessio etiam respectu rei per quam transiret exercitium directarũ. ꝛ sic forte voluit intelligere Dy. in. c. pro possessore. de reg. iu. in. vj. vbi plene tãgit de materia. l. si culpa. de rei ven. ꝛ huius. l. de qua etiam per But. in. d. l. si culpa. ꝛ per Bar. in. l. litis estimatio. §. pro emptore. Aduerte tamen qꝛ qḋ dixi. §. possidenti non queri directum dominium non videtur fuisse de mente Dy. per ea que ipse no. in. d. c. pro possessore. in quarta questione. ꝛ conclude qḋ in casibus in quibus queritur ius sine cessione soluenti estimationem. ꝛ in casibus in qbus cedi debet ei actio. qḋ qñ sit patet ex his que no. Bar. in. l. j. de vsuca. pro emptore. ꝛ in. d. l. litis. ꝛ hic potest agi pro euictione. vt hic etiam tetigit Bar. ꝛ plenius in. d. l. litis. licet Dy. aliter dixerit in d. c. pro possessore. Sed attende qḋ vbi cessio fit ei qui nõ possidebat nõ vr̃ transire dñium in cessionariũ: licet trãsire videtur vtilis rei vendi. vt voluit Dy. in dicta regula pro possessore. ꝛ Ang. hic. ꝛ no. glo. in. l. plane. familie herciscunde.

Summarium.

1 Timor vanus non estimatur.
2 Obligatio ad interesse post moram succedit in obligationibus faciendi.

Si quis ab alio. Obligatus ad satisdandum si non satisdat ad interesse tenetur. ꝛ si creditoris in nullo interest stipulatio non committitur. h. d. ¶ In tex. ibi tantundem eris. subaudi si in nihilum sit soluendo debitor. ꝛ qḋ subdidit minus. dic si in parte est soluendo in parte non. ꝛ qḋ subdit in nihil. intellige quando ex toto est soluendo. ¶ 1 † Nota qḋ vani timoris[a] nulla est estimatio. ¶ In glos. sup verbo neqꝫ est ibi. §. põpo. So. qḋ no. in. l. diuortio. qꝛ in contrariis illud contingit rõne pcedentis doli vel culpe. ꝛ hec est bona solu. lꝫ Ang. hic aliter soluat.

2 Si quis. † In obligationibus faciendi post morã succedit obligatio ad interesse. h. d. ¶ In fi. gloss. ibi ꝛ hec placet. imo non placet: qꝛ cõmuniter tenet̃ qḋ interesse etiã in petitione de quo in. l. j. in prin. de act. empti. ꝛ in. l. stipulatiões non diuiduntur. ver. celsus. ꝭ. de verb. obli. vbi plenissime de hoc. ¶ In eadem glo. ibi tertii. alias opi. vide in. l. hereditatem. §. de dona. Sed de hoc dic vt plene per Bar. in. d. ver. celsus. qꝛ regulariter non cogitur quis precise ad factum saltem quando est in obligatione ex dispositione hominis nõ legis vel testatoris. de quo dic plene vt ibi per eum.

Summarium.

1 Sententie appellatione diffinitiua intelligitur.
2 Exceptio emergens que sit ꝛ que incidens.
3 Sententia interlocutoria non transit in rem iudicatam in iudicis detrimentum.
4 Interlocutoria que reuocari possit ꝛ que non.
5 Actio in factum non oritur ex sententia interlocutoria.

Quod iussit. Interlocutoria contrario imperio potest tolli ꝛ remitti. secꝰ in b diffinitiua[b]. h. d. ¶ 1 † No. tex. cõiuncta glo. vlti. qḋ appellatione snie in dubio intelligitur de diffinitiua. de quo ista glo. expressa in. l. j. §. biduũ. ꝭ. qñ appel. sit. ¶ Itẽ no. ar. ꝙ iudex si duo vicini habeant guerram adinuicem ad euitandum scandalum ꝛ etiam periculum qḋ posset incurrere qḋ iudex possit vtriqꝫ precipere ꝛ vetare ne alter iuxta domum alterius transeat facit quod no. in. l. equissimum. de vsufru. ¶ In glo. j. in fi. hec gl. per aliquos habetur in verbo iussit: sed melius staret in verbo vetuit. ꝛ facit ad id qḋ dixi in tex. ¶ In glo. ij. ibi: vel quilibet iudex ꝛ pro hoc facit qꝛ lato sumpto vocabulo istud nomen pretor comprehendit quẽlibet iudicem. vt not. in. l. si nautem. §. fi. §. de aqua plu. arcẽ. ¶ In ea. glo. ibi: ꝛ idẽ in qualibet. pro declaratiõe glos. premitte qḋ quedam sunt interlocutorie que tẽdunt ad litẽ prepa randam vel ordinandã. vt qñ iubet aliquem adesse calendis vel idibus. Et qd sit idus vel calẽda. dic vt in. l. cũ bissextus. ꝭ. de ver. bo. sig. ꝛ dixi in. l. cũ qui calendis. ꝭ. de ver. obli. Quedã decidunt incidẽs vel emergens. ꝛ quid sit incidẽs vel emergẽs. glo. infra tã 2 git. † Sed melius dic qḋ exceptio emergẽs est illa que ꝓprie respicit ꝓcessum. Incidens que respicit merita cause. vt exceptio compensationis pacti vel similis: vt plene no. in. l. j. C. de ordi. co. ꝛ in c. j. extra de ordi. cog. Quedã cõtinet aliquid dari vel restitui: vel equipollens: vt est videre in interlocutoria super expẽsis. vel si feratur super possessorio tenendo qḋ fit interlocutoria. veritas tamen est qḋ snia que fertur super possessorio est diffinitiua. vt. ꝭ. tãgit glo. ꝛ probat̃ in. c. fi. extra de iudi. ꝛ facit qḋ habetur in. c. cum ad sedem. de resti. spo. in prima specie omnes sunt in cõcordia. in secunda specie fuerunt opi. nam Azo tenuit idem: sed alii tenuerunt contrariũ: vt. ꝭ. tangit glo. concordant tñ cum Azo. in tertia specie. Tertia fuit opi. extra glo. qḋ indifferenter quelibet interlocutoria possit mutari. ꝛ hanc posuit glos. in. l. j. C. de sen. rescin. non pos. Quarta fuit opi. Inno. ꝛ Abba. quam etiam hic tetigit Ang. qḋ si snia interlocutoria trãsiuit in rem iudicatã: vt qꝛ nõ est appellatum deserta est appellatio. tunc licet claret officium iudicis: vt qꝛ nõ est finita lis principalis nõ poterit reuocari pte inuita pro qua est lata. secus si nõ transiuit in rem iudicatã. puta quia pendet tempus datũ ad appellandũ: vel est appellatum ab ea. nã tunc poterit reuocare iudex qui tulit eam dummodo hoc faciat anteꝗ desinat esse iudex. ꝛ sic anteꝗ sit facta sibi inhibitio secũdũ formam. c. non solum. ꝛ. c. romana. ꝛ. c. si a iudice. de appel. in. vj. dũtamen faciat refici expẽsas appellanti si quas fecit. Sed Host. 3 in. c. cum cessante. tenet tertiã opi. §. positã † qḋ licet snia interlocutoria trãseat in rem iudicatã quo ad preiudiciũ partis: vt ca. dilecti. de elec. nõ tamen transit quo ad preiudiciũ iudicis. per no. in c. cum clamor. extra de testi. ꝛ que no. etiam per glo. in. §. qꝛ vero in aut. de testi. colla. vij. Joan. an. in. d. c. cum cessante. dicit primo attendendam consuetudinem fori. nam illa est optima iuriũ interpres. l. minime. §. de legi. extra de cõsue. c. cum dilectus. Et illa cessante dicit quãlibet interlocutoriam ex causa posse reuocari. et ita intelligit. l. istam. ꝛ qḋ habetur in. l. j. in fi. ꝭ. de preto. stipu. sed sine causa nõ. allegat no. per Inno. extra de sen. excommunica. c. sacra. in ver. reuocare. ꝛ ibi in effectu concludit qḋ de mero rigore tenet reuocatio per hãc. l. tamẽ si hoc faciat sine causa grauat partem. ꝛ sic possit appellari. videtur etiam facere litem suã. vt hic tetigit Bar. per. l. sancimus. in fi. C. de iudic. Bar. hic finaliter non recitatis opinionibus predictis tenet qḋ possit quelibet interlocutoria reuocari nisi sit talis per quã expiret officium iudicis: qꝛ si expiraret tunc est eadẽ ratio que in diffinitiua. per. l. iudex. ꝭ. eo. Et hec opi. placet hoc addito: quia non videtur fienda differẽtia an sententia interlocutoria fuerit missa executioni vel nõ: lꝫ glos. videatur facere in. d. l. j. de preto. stipu. ꝛ Bar. hic. nam videt̃ contra tex. in. l. pe. de pretoriis stipu. vbi iam erat missa sententia executioni: qꝛ stipulatio erat iam interposita ad certum diem. patet qꝛ ibi dicitur qḋ propter secundum preceptum obstat exceptio prime stipulationi: ꝛ tñ inuita parte ibi fuit mutata. patet qꝛ ꝓtulit ibi verbũ precepit inquantũ iussit caueri postea in lõgius tẽpus qḋ verbum habet importare necessitatẽ. l. j. cũ ibi no. §. qḋ iussu. ꝛ l. more. ꝛ. l. qꝛ. cũ ibi not. §. de iur. om. iudi. Et sic inuita parte fuit facta mutatio interlocutorie etiam iam execute. ꝛ sic intelligit. l. illam Jo. an. post Dy. s. qḋ inuita parte fuit facta mutatio in. d. c. cũ cessante. sup glo. nec apparet ibi qḋ ibi cã cognita fecerit. Et sic videt̃ qḋ siue est executa siue nõ: possit fieri reuocatio etiã inuita pte. fateor tñ qḋ si absqꝫ cã faciat ꝛ snia trãsierat in rẽ iudicatã tunc videt̃ grauare ptem: vt dixit Inno. Itẽ aduerte p ea q̃ hñr in. c. fi. de ap. in. vj. videret̃ posse dari alia noua opi. vcꝫ qḋ vbi ab interlocutoria nõ est appellatũ ꝛ est talis interlocutoria q̃ nõ piudicat negotio principali nec reddit iudiciũ nullũ tũc illa nõ possit reuocari. secus qñ piudicat negotio pncipali vel reddit iudiciũ nullũ. nã tũc cũ in appellatiõe a diffinitiua possit refricari in dubiũ de iuribꝰ talis snie interlocutorie vt ibi pꝫ nõ cẽset̃ pfecte trãsiuisse in rẽ iudicatã. iõ poterit reuocari. nã si põt reuocari p iudicẽ appellatiõis a diffinitiua: illud est ex eo qꝛ succedit in locũ primi iudicis. Et ideo etiã primꝰ iudex cause principalis dꝫ posse: sed vbi nõ facit piudiciũ negotio pncipali nec lata est sup eo qḋ reddat iudiciũ nullũ vr̃ pfecte transiuisse in rẽ iudicatã ex quo nõ est appellatũ a tali iterlocutoria. nec de illa poterit cognosci in appellatiõe a diffinitiua: vt dꝫ i. d. c. fi. cũ Jo. an. sentiat oppositũ in. d. c. cũ cessante. qḋ ẽt hoc casu poterit iudex cãe pncipalis ex offõ reuocare cã subsistẽte lꝫ id nõ possit iudex appellõis a diffinitiua. Mouet̃ p gñalitatẽ huiꝰ tex. ꝛ facit ẽt qḋ no. Inn. i. c. qḋ ad ꝯsultationẽ. ex dõ re iu. vbi ẽt Inn. posuit illã opi. ꝙ lꝫ trãseat i rẽ iudi. quo ad ptem nõ tñ quo ad iudicẽ. Sꝫ mirũ vr̃ qḋ iudex cause principalis possit reuocare ex cã. ꝛ tñ nõ possit iudex appellatiõis a diffinitiua ꝯsiderato qḋ appellatio rescindit sniam: ꝛ reducit rem ad terminũ cõtestate litis exclusiue in cã principali. iuxta no. in. l. ita demũ. C. de procu

a ¶ Vani timoris. Adde glos. in. c. ij. §. itẽ nec. i verbo precibus. de elec. i pragma. sãc.

b ¶ In diffinitiua. Adde istud intelligendũ scdm tex. in. l. si vt pponas. C. quo ꝛ qñ iu. Et istud vide plene per Bart. hic et qḋ dicitur i apostil.

ra. Et sic videret qd eadem ratione deberet posse iudex appellationis. vnde videretur dicendum vel quod vterque possit ex causa: ⁊ neuter possit sine causa. super hoc tamen cogitãdum relinquo.
4 ¶ Item adde qr dixit hic Ange.† qd licet regula sit quod omnis interlocutoria per quam non finitur officium iudicis possit reuocari tamen hoc fallit in duobus casibus. primus est in interlocutoria expẽsarum lata pretextu iuramenti iudicialis. alleg. not. per Inno. de senten. excom. c. sacro. in ver. reuocare. ⁊ quod habetur in. l. sancimus. cum aut. ibi posita. C. de iudi. sed certe Innocen. in dicto. c. sacro. hoc non dicit. imo dicit oppositum in. c. fin. ad finem. extra quod metus causa. vbi limitat dictum aut. vbi iudex reuocet taxationem: quia videat eam minus legitime factam per hunc tex. quam limitationem tene menti. ¶ Item fallit sm Ange. in interlocutoria per quam iudex interpretatur verba ambigua sue sententie: quia similiter non reuocabit. per not. in. l. quicquid astringende. ff. de verborum obliga. Sed ibi tenet contrariũ dicens quod ibi loquitur in iure declarandi competenti patri. secus si competat iudici per hanc legẽ. ¶ Item adde quia dixit idẽ Ange. quod sententia qua iudex pronunciat aliquam sententiã vel processum fore cassandum: aut nullum potest dici diffinitiua: ⁊ sic non reuocabitur. Sed certe videtur quod proprie sit interlocutoria: quia non diffinit negotium principale. per no. per Bart. in. l. titia. ff. de accus. fateor tamen quod tenendo qd non possit reuocari interlocutoria post executionem quod tunc non posset ista reuocari cum videat secum trahere executionem. facit quod not. Bart. in. l. miles. §. penul. ff. eo. ⁊ quod no. in. l. j. §. fina. de preto. stipu. vel potes dicere secundo quod si principaliter petitũ est sententiam pronunciari nullam ⁊ fuit ordinarie processum oblato libello ⁊ lite contesta. satis poterit dici diffinitiua. arg. no. in. l. fi. §. illud. C. de tempo. appel. ⁊ licet non diffiniat ex toto negotium principale satis est qd diffiniat id de quo queritur principaliter in hoc iudicio. sicut in simili patet in sententia lata super possessorio que licet ex toto nõ decidat negotium principale: qr remaneat causa proprietatis: tamẽ qr decidit negotium possessionis de quo principaliter fuit disputatum dicitur diffinitiua. vt hic tetigit gl. ⁊ superius dixi. ¶ Item adde quod dixit Inno. quod ĩterlocutoria que licet potest ferri etiam parte absente non per contumaciã licet secus sit in diffinitiua. vt ipse notat in. c. auditis. extra de procura. ⁊ in. c. querelam. eo. titu. Et videntur tenere domini de rota in suis nouis decisionib9 in cõclusiõe. xcij. ⁊. ccccxiij. ⁊. ccccxxij. ibi, tamen dicunt hoc verũ nisi sit interlocutoria habens vim diffinitiue. vt illa que fertur super desertione appellationis. Sed certe ista opinio non videtur vera in interlocutoria requirente cause cognitionem: quia illa consequenter debet ferri parte presente vel contumace. per no. in. l. a procedẽte. C. de dila. iuncta. l. in cause. §. causa cognita. ff. de mino. ⁊ voluit etiam Bar. in. l. si opus. et
5 ibi etiam dixi. ff. de ope. noui nuncia. ¶† Item adde quod ex sententia interlocutoria non videtur oriri actio in factum. vt est glo. singu. in cle. fina. extra de appel. Sed contrarium videtur sensisse glo. in. l. cum non solum. §. necessitatem. C. de bo. que libe. ⁊ illam tenet Bar. ff. eo. l. a diuo. circa finem prin. licet non faciat mentionem de glos. dicti. c. fi. Et verior videtur opi. Bar. ⁊ dicte glo. per iura allegata per ipsum in loco preallegato. Item adde qr videt quod cum sententia primi ⁊ secundi decreti sit interlocutoria. vt no. glos. singu. in. l. presenti. §. j. C. de his qui ad eccle. confu. ⁊ feratur ex officio iudicis nobili. per nota. per glo. ⁊ Bar. in. l. si finita §. iulia. de dam. infec. ⁊. §. si plures. ff. ea. l. poterit reuocari ex causa. per ea que hic no. Bar. circa finem. licet secus in diffinitiua. qd singulariter not. ¶ Ultimo adde quod licet interlocutoria etiam executa possit reuocari saltim de partium voluntate vel ex causa. per ea que supra dicta sunt. ⁊ per nota. in. l. j. §. fina. ff. de preto. stipu. tamen secus est in diffinitiua: quia illa etiam non executa nõ poterit reuocari etiam de partium consensu. vt est gloss. no. ⁊ singularis in. l. si diuersa. C. de transac. Nec obst. quod habetur in. l. acta. ff. eo. quia illud est renunciare sententie. quod fieri potest. argu. l. pe. C. de pac. Aliud consentire secundam ferri cum isto casu: cum secunda sit nulla consequenter ⁊ sensus illi accessorius. l. non dubium. C. de legi. nec obst. huic solu. l. secũda. C. commu. vtriusque iudi. vbi licet non valeat sententia vi sententie: valet tamen vi pacti: quia hic consensus stetit in puris terminis consensus. ibi deuẽtum fuit ad facti executionem ⁊ per hoc etiam patere potest an secundum laudum vel arbitramentum valeret de partium voluntate: quia in arbitramento videtur qd sic cum censeatur quedam transactio. vt plene not. in. l. si societatem. §. arbitrorum. ff. pro socio. ⁊ in aut. vt diffe. iudi. §. j. colla. ix. Sed a transactione potest per partium consensum recedi. d. l. si diuersa. ergo ⁊c. In laudo vero arbitri si habet vim rei iudicate vt in casu. l. pe. C. de arbi. videretur idem qd in iudice: qr secunda sententia reperiretur absque instantia. Si autem nõ haberet vim rei iudicate: sed tantum metu pene pareretur: vt quando cõpromissum est cum pena nõ adiecta clausula rato manente compromisso. iuxta nota. in. l. ij. supra de arbi. tunc videtur quod consensus veniret ad derogandum pene ⁊ non sententie que de se nulla esset. l. j. C. de arbitris.

Summarium.

1 Iudex ordinarius sententiam arbitri debet exequi.
2 Delegatus inferioris a principe suam non potest exequi sentẽtiã.
3 Delegatus inferioris a principe potest mulctas imponere.
4 Cognitio ei non mandatur cui executio committitur.
5 Executio commissa an contineat etiam cognitionem.
6 Executor merus non potest cum violentia exequi.
7 Sententia interlocutoria actionem in factum parit.
8 Iudex conuentionem coram se factam quando exequi possit.
9 Iudex alterius territorij alium vt suam exequatur sententiã requirere potest.
10 Executio sententie arbitri non potest per officium iudicis peti.
11 Interlocutoria sub conditione ferri potest.
12 Res dotalis pro debito mulieris vel viri non potest capi.
13 Citatio quando requiratur in sententie executione.
14 Presumptio iuris ⁊ de iure aliquo casu oritur contra quam nõ admittitur probatio.
15 Sententia que in summario iudicio fertur in plenario nocere non censetur.
prior est tempore potior est in iure. prout not. in. l. priuilegia. ff. de
priuile. credi. ꝛ de reg. iur. l. qui prior. in. vj. ¶ In ead. glo. ibi: sint
minorata: qꝛ glo. obscure loquitur. potes exemplificare si agit for-
te contra patronū qui habet ducenta ꝛ quinquaginta in bonis. ꝛ
tenetur mihi in centum ex causa societatis ꝛ liberto in alijs centū ex
causa forte mutui. Nā si egi primo ꝛ obtinui sniam de ducentum.
primo ne egeat. ꝛ sic centum pone si forte illa sufficerent pro alimē-
tis scđm qualitatē persone. ꝛ sic cum restent centū quinquaginta
fiet cōdemnatio ad solida centum. ꝛ si postea libertus agat dedu-
centur centum pro alimentis. ꝛ centum in quibus est facta mihi
condemnatio. ꝛ qꝛ solum supersunt quinquaginta solū in effectu
liberto cōdenatur in quinquaginta. ꝛ si cōtingat casu amitti quin-
quaginta antequā fiat executio dictarū sententiarū postea in exe-
cutione hac forma procedetur. qꝛ de istis centū que supersunt debe-
bo habere duas partes ex tribus. ꝛ tertiā debebit habere libertus
sicut ex centum quinquaginta duas partes habebam. ꝛ sic in effe-
ctu ad damnum vtriusqꝫ pro rata cedat amissio nō tātūmodo ad
damnū vltimo agentis. ꝛ hoc est qđ in effectu voluit glo. Et attē-
3 de etiā ex predictis † qđ tēpore cōdemnationis non deducitur es
alienū. sed solū quātū sufficit ad alimenta scđm cōditionē perso-
ne. fallit tamen in donatore conuento a donatario ex causa dona-
tionis qui pōt ante omnia es alienū deducere nisi sit es alienum
cui ex simili causa debeatur. vt hic in. §. is quoqꝫ. Et de residuo de-
bet etiā sibi tantū seruari qđ etiā ad alimenta sibi sufficiat. ꝛ si qđ
super. est in illo debet donatario cōdemnari. Quidā tamen dixe-
rūt qđ solū illi qui tenentur alere agentes si conueniuntur ab eis con-
demnantur cū hac modificatione ne egeant. alij autē cōdemnabun-
tur in solidum sed non poterunt detrudi in carceren ꝛ sic non ege-
bunt remedio cessionis. nec post tempora quadrimestria current
eis vsure centesime. vt no. glo. in. l. in cōdēnatione. de reg. iur. pri-
ma tū tenetur. Et qđ dixi. ff. vtriqꝫ satisfieri pro rata qñ diminuta
sunt bona. intellige qñ cōcurrūt in executiōe. secus si alter eorꝫ pri-
mo veniat ꝛ petat executionē: qꝛ tūc illi prio satisfit nō habito re-
spectu ad aliū. ꝛ sic in exemplo supra posito si petā executionē snie
pro me late in centū ipsa centū integraliter obtinebo. ꝛ libertus
postea veniens petens executionē sue snie in quinquaginta nihil
habebit ex quo nihil supererit. Si vero ecōtra libertus prio petie-
rit executionem snie in quinquaginta obtinebit quinquaginta ꝛ
ego postea veniēs nō potero consequi nisi residua quinquaginta
que supersunt. Et hoc fuit de mēte glo. hic in fi. ꝛ etiā Dy. ꝛ Bar.
¶ In eadē glo. in fi. nec obstat. l. is a quo. ꝛ. l. is a quo. ff. de rei vē.
vbi oīno vinceti debet satisfieri. qꝛ solue scđm Ang. qđ ibi agebatur
ex causis oīno diuersis hic ex causis saltē ijsdē existentibus in gene-
re. vel dicat qđ ibi est casus omnino diuersus: qꝛ ibi agitur actiōe
rei vendicatione ad eandem rem. hic autem agitur actione perso-
nali ad rē oīno diuersam. ¶ In glo. fin. ibi quandoqꝫ post sniam
forte voluit glo. qđ miles possit opponere post sniam: qꝛ sic viden-
tur sonare verba in. l. item miles. qꝛ dicunt condemnatus soluere
cogitur eatenus ꝛc. sed secus sit in alijs: qꝛ in eis dicitur qđ cōue-
niuntur quatenus facere possunt. vt patet in. l. sunt. Sed cōiter te-
netur idē in alijs: qꝛ hec exceptio nō venit ad impugnādā sniam sed
potius ad moderandā executionē. facit. l. nesennius. §. fi. ff. eo. ꝛ. l.
ex diuerso. ff. j. ff. sol. ma. de quo dic vt ibi dixi. ¶ In ea. glo. in fin.
Sed certe ipse Joā. in. l. iij. ff. de excep. dicit eā peremptoriā. ꝛ sic sibi
cōtradixit. potes dicere qđ vere est dilatoria solutiōis. facit qđ ha-
betur. ff. de mu. ꝛ ho. l. cura. §. j. ꝛ. l. si defunctus. C. arbi. tu. de quo
per Bar. in. d. l. iij. ꝛ per Cy. in. l. exceptionē. in sexta questione. C.
de proba. Et vt dixit hic Ang. post Ray. possunt cōcordari dicta
Joā. vt dicamus qđ quo ad ꝓcessuꝫ censeatur peremptoria ex eo qꝛ
nō impedit litis cōtestationē sicut nec perēptoria regulariter. vt
in. c. j. de litis. cōte. in vj. vnde pōt obijci vsqꝫ ad sniam. ꝛ etiā post
vt est dictum vel inducendam repetitionem soluti dicatur dilatoria

Summarium.

1 Deberi dicitur qđ cum effectu debetur.
2 Beneficium perditur propter mendicium.

on tantum. Maritus nomie dotis vel
etiam si cōueniatur ex alio
cōtractu inito cōstante matrimonio cōuenitur solum
quatenus facere potest. ꝛ similiter vxor ꝛ socer vxoris
pro dote cōuentus habet hoc beneficiū. sed socer viri non habet si
cōuenitur soluto matrimonio secus si eo constante. hoc dicit cū. l.
sequēti ꝛ principio sequē. ¶ In glo. super verbo cōdēnandus. ibi
etiā si durante matrimonio cōtraxit. imo videtur qđ si contraxit
durante matrimonio habeat priuilegiū etiā eo dissoluto per istū
tex. qui indistincte loquitur. argu. l. de precio. ff. de publicia. ꝛ hoc
sequitur Dy. ꝛ Bar. hic ꝛ in. l. maritum. vbi plenius tangit. ff. so-
lu. matrimonio. Nec obstat. l. diuortio. qꝛ iste nō cōuenitur ex con-
tractu inito durante matrimonio sed actione negotiorū gestorū
ex quasi cōtractu gestiōis inito soluto matrimonio in quā actio-
nem deuolutū fuit debitum contractū cōstante matrimonio pro-
pter culpam mariti nō exigentis a se cum posset. ¶ In eadē glos.
ibi imitatur naturā primi contractus. Et hoc clarum si maritus
constituit se simpliciter soluturū qđ debebat ex causa dotis si au-
tem cōstituisset se soluturum decē que debebat ex causa dotis: an
tunc maritus habeat priuilegiū si conueniatur actione de consti-
tuta est maius dubium. Nā videretur qđ non per ea que no. glos.
in. l. si prior. ff. solu. matri. ꝛ in. l. nesennius. ff. eod. ꝛ que habentur in
l. eū qui. §. si mulier. ff. de iureiuran. Sed in cōtrariū facit hec glo.
ꝛ pro ipsa videtur tex. in. l. iij. ff. de consti. pecu. que videtur proprie lo-
qui hoc casu. Nā loquitur quādo maritus cōstituit se soluturum
plusquā possit exigi ex dote vt ibi patet. Et sic non loquitur eo ca-
su qđ simpliciter cōstituit se soluturum qđ debebat nomie dotis.
Nam tūc nō cōstituisset plusquā deberet. Cuius cōtrariū dicitur
ibi. Et pro hoc etiā facit: qꝛ quādo cōstituitur debitor in quo ob-
stat exceptio videtur qđ eodē modo obstet actioni de cōstituta. vt
probatur in. d. l. iij. §. j. ff. de consti. pec. Et hec pars videtur verior
per ꝓdicta. nō ob. qđ habetur in. d. l. si prior. ꝛ. l. nesennius. qꝛ ibi
loquitur quādo per stipulationē fit promissio. quo casu videtur remit-
ti exceptio si qua prius cōpetebat. iuxta no. in. l. si dari. ff. de verb.
obli. hic qñ quis se obligat per constitutū. quo casu si exceptio ob-
stabat priori obligationi videtur obstare etiā actioni de ꝯstituta. vt
patet in. d. l. iij. §. j. nec ob. huic so. qđ in cōstitutū pōt deduci debi-
tum naturale. qđ tamē nō pōt peti. l. j. §. debitū. ff. de cōsti. pe. quia
efficacius censetur esse debitū naturale quā debitū vtroqꝫ iure qđ
per exceptionē pōt elidi. vt patet ēt in. l. qđ natura ꝛ. l. quodcūqꝫ.
ff. de cōpensa. etiā inuita pte. ꝛ tamē nō de debito qđ pōt elidi per
exceptionem istā. ꝛ licet posset agi si nō excipietur qñ est debitum
vtroqꝫ iure. ꝛ nō est debitū naturaliter tm̄ iuxta no. in. l. vbi pactū
C. de transac. non procederet illud inuita parte sed ex culpa ꝛ taci-
to consensu non obijcientis exceptionem illud nō procederet. ꝛ sic
per hoc non debet dici efficacius. ¶ Item nō ob. d. §. si mulier. qꝛ
ibi loquitur quando res deciditur per iuramentum quo casu in-
spicienda sunt verba iuramenti. ꝛ ideo si mulier iurat se dedisse
decem in dotem habebit nihilominus maritus priuilegiū: quia
per hoc non venitur contra iuramentum: quia stant simul quod
illa debeantur. ꝛ qđ maritus non possit illa integraliter restitue-
1 re. secus si iuret sibi deberi decem ex causa dotis. † Nā deberi dicitur
qđ cū effectu debetur. l. debitor. de ver. sign. facit. l. iij. §. j. ff. qđ quisqꝫ
iur. Et sic si maritus vteretur beneficio veniret contra iuramen-
tum ꝛ detegeretur periurium mulieris qđ non est fiendum per
no. in. l. iusiurandum. §. procurator. cum se. ꝛ. l. qui iurasse. §. si pa-
ter. de iureiurā. Nec ob. qđ iuramentū debet intelligi scđm natu-
ram contractus. l. fi. C. de non nu. pec. qꝛ ibi loquitur in iuramen-
to confirmatorio contractus qđ in dubio recipit tacitā conditio-

nem ex mente cõtrahentium sicut ⁊ contractus cum ad illius confirmationem accessorie veniat. arg. de reg. iur. c. accessoriũ. lib. vj. Sed hic loquitur in iuramento litis decisiuo in quo quid decidatur inspici debet id super quo iuratur. ⁊ per consequens diligenter ponderanda sunt verba iuramenti. d. l. si mulier. facit. l. non erit. §. dato. eod. ti. Et ex predictis patet quod quãdoq; maritus conuenit̃ actione de dote. quãdoq; conuenit̃ alia actione. Et hoc secũdo casu aut conuenitur ex contractu inito cõstante matrimonio. aut ex contractu vel quasi cõtractu inito soluto matrimonio ⁊ hoc vltimo casu aut conuenit̃ actione que imitatur naturã prime. vt est actio de cõstituta. aut alia actione. vt patet ex p̃dictis. de quo etiã per Bart. in. d. l. maritũ. sol. matri. ⁊ per Dyn. in. §. item si de dote. insti. de actio. ⁊ aliquid etiam per glos. in. d. l. diuortio. Et hec adde ad ea q̃ dixi in. l. qui id qd̃. s. de dona. ¶ In. l. sicut. in glo. super verbo vtimur. ibi sed hoc soluto matrimonio. Et aduerte q: etiam soluto matrimonio videtur indistincte qd̃ nõ perdat socer hoc beneficium sed demum in certo casu. s. quãdo induxit generum per dolum sub contemplatione dotis ad contrahendum matrimonium cum filia cũ sciret se non esse soluendo. alias si nõ esset in dolo videret̃ qd̃ haberet beneficium etiam soluto matrimonio vt est casus sing. in. l. pe. s. de iu. do. Et aduerte q: hec. l. ⁊ illa loquitur in socero viri ⁊ sic patre vxoris in socero autem vxoris ⁊ sic patre viri non loquitur. nec videt̃ adaptari ꝓprie distinctio illius. l. si bene cõsideretur. Et propter hoc Bar. fecit hic differentiam inter socerum vxoris ⁊ socerum viri. allegat tamen aliam rationẽ que non placet videlicet q: socer vxoris obtinet locum parentis cum eadem sit ratio. ⁊ bene facit. d. l. q: parentes. indistincte intelligendo. vnde melior videtur ratio quam. s. dixi. q: in socero vxoris non adaptat̃ proprie distinctio illius. l. pe. secus in socero viri. Forte tamen posset dici qd̃ si similis dolus daretur in socero vxoris. vt q: mulier nõ fuisset cõtractura m̃rimonium si sciuisset socerum nõ esse soluendo qui obligabat se pro dote. cuz ille fingeret se esse soluendo. nam tunc videtur qd̃ etiã soluto matrimonio talis socer non habeat beneficium. arg. d. l. pe. ⁊ q: tunc videt̃ eadẽ ratio ⁊ que in socero viri. Et sic debet idẽ ius dici. ar. l. lege. §. hoc interdicto. cum suis concor. ĩ. de fonte. ¶ Item attende q: clarũ est qd̃ soluto matrimonio qñ interuenit dolus. de quo in. d. l. pe. socer nõ habet beneficiũ vt ibi patet ⁊ hic. Sed an constante matrimonio si agatur forte ſm. l. vbi adhuc. C. de iure do. habeat hoc beneficium est maius dubium. nam videretur qd̃ nõ propter dolum. arg. l. sed hoc ita. §. j. ⁊. l. si reũ. ĩ. eo. In contrariũ fortiter facit q: alias non videtur differentia an soluto matrimonio an constante conueniat̃. ꝙ videtur esse cõtra mentem ⁊ expressum tenorem istarũ. ll. ⁊. d. l. pe. Et si velles hoc tenere posses respõdere qd̃ in. d. l. sed hoc ita. cum similibus. loquitur in dolo alio cõmisso ex postfacto. hic in dolo commisso a principio ad finem inducendi quem ad matrimonium in quo lex facilius pertransiuit ⁊ mitius egit. vt sic saltem cõstante matrimonio quo tempore durat affinitas habeat hoc beneficium non obstante dicto dolo. facit quod tangitur in. l. se. in glo. super verbo succurrendum super hoc tamen cogitandum relinquo: quia non reperio bene declaratum. Et adde vnum secundum Ang. quod qui donat ob causam non videtur habere hoc beneficiũ ne condemnetur nisi inquãtum facere potest: q: non est mera donatio. ¶ In. l. sed hoc ita. in glo. super verbo succurrendum. ibi durat affinitas. bene facit. l. cui eorum. §. affinitas. s. de postu.

a ¶ Quod autem Adde bar. in. l. iij. de fideius. qñ dicit̃ nego narrata ꝑut narrantur ꝙ nõ icidit in penã.

a 1 **Quod autem.** [a] Qui mentit̃ in eo qd̃ est causa beneficij perdit beneficiũ. h. d. ¶ † No. qd̃ propter mendacium quis perdit beneficium. facit qd̃ no. Specu. in ti. de positio. §. octauo. ver. primo. Et hoc verum secundũ Angel. ⁊ Jaco. de ra. si perseuerat in mendacio vsq; ad litem contest. alias secus propter. l. electio. §. neq;. s. de noxa. Quid autem si nõ neget quis distincte se socium. sed respondendo libello neget narrata ꝑut narrantur. an perdat hoc beneficium. vide singulare dictum Bar. in. l. si dubitetur. §. j. ĩ. de fideius. vbi concludit qd̃ non de quo dic vt ibi. ⁊ ei qd̃ dicit hic propter dolũ perdi beneficium. adde qd̃ dixi. s. l. proxi.

Summarium.

1 Heres mariti non habet priuilegium marito concessum.
2 Priuilegium personale personam non exit.

Si cum procurator. Exceptio mere personalis competẽs dño cõpetit etiã defensori ⁊ ꝓcuratori sꝫ nõ fideiussori vel hẽdi. h. d. vsq; ad. l. si cõuenerit. ¶ † Not. qd̃
1 heres mariti siue cõueniat̃ per ꝓcuratorẽ vel defensorẽ siue in pro
2 pria persona nõ habet priuilegiũ cõcessum marito. ¶ † Itẽ no. qd̃ priuilegiũ personale nõ trãsit ad heredẽ nec ad fideiussorẽ. de quo per Bar. in. l. q: personale. supra sol. ma. ⁊ per glo. in. l. sordidorũ. C. de excu. mu. lib. x. ⁊ per Dy. in. c. ꝑuilegiũ. de re. iur. in vj. ¶ In glos. sup verbo facere põt. ibi siue se obtulit actione mandati. Caue si habet actione mandati nõ videt̃ se offerre. l. iiij. in prin. s. eo. Sed potes dicere qd̃ d: se offerre. s. solutioni spõtanee cũ executio tũc non possit fieri in eũ. d. l. iiij. Itẽ attẽde q: hec ratio nõ est bona cũ fideiussor habeat recursum etiã aduersus principalem. ⁊ tñ nõ habet hoc beneficiũ. Ideo dic qd̃ vera rõ est q: fideiussor cõuenit̃ ex sua obligatione. l. pap. s. mã. Sed ꝓcurator vel defensor ex obligatione principali vt sentit glo. in. l. alia. s. so. ma. Et adde casum singularẽ in. l. idẽq;. §. generaliter. s. mã. ibi si cõuẽto fideiussore cõpareat reus principalis ꝓ suo interesse ad defensionẽ fideiussoris bene poterit obijcere exceptionẽ sibi competentẽ. Et hoc modo per indirectũ competit etiã fideiussori ⁊ non ex sua ꝑsona ⁊ ꝓpter hoc fideiussor ꝯuẽtus dꝫ denunciare principali vt veniat ad eũ defendendũ. l. fideiussor. §. quedã. s. man. Alia ratio huius tex. colligit̃ etiã ex glo. seq. Et sic in effectu aut fideiussor cõuẽtus denunciauit principali qd̃ veniat ad suscipiẽdum in iudiciũ etiã sc̃dm formam. d. §. generaliter. aut non. Si non: tũc imputabit sibi ⁊ nõ habebit regressum cõtra ꝓcuratorẽ nisi eatenꝰ ipse principalis fuisset exactus opposita dicta exceptione vt. d. §. generaliter Aut denũciauit ⁊ tũc aut principalis cõparuit ⁊ iudiciũ suscepit ⁊ bene. Si quidẽ aũt non venit ⁊ tunc fideiussor insolidũ exactus habebit insolidum actionem mandati contra ipsum principalez qui sibi habet imputare quare ad defensionem fideiussoris non comparuit vt in ista glo. hic inquantum dicit qd̃ insolidum agat mandati que in hunc casum videtur intelligi. ⁊ sic predicta cessat inconueniens quod prima facie videbatur insurgere. s. quod illud quod vna via concedebat tali persone priuilegiate. scꝫ vt non exigeretur nisi inquantum facere posset ex alia videbatur prohibitum. scilicet per exactionem fideiussoris insolidum qui insolidum haberet regressum contra principalem ⁊ sic modicum prodesset ei habere tale priuilegium sc̃dm illa tempora sc̃dm que poterat prius conueniri fideiussor ad libitum creditoris. vt in. l. qui ratione. C. de fideiuss. vel etiam hoc. s. beneficium de fideiussoribꝰ esset renunciatum. ⁊ fideiussor primo conuentus non opposuisset excepti. ordinis. nam per suprascripta videtur hoc cessare. ¶ In glossa. j. l. ⁊ fideiussor. in fin. subaudi ⁊ alijs personis. ⁊ hoc dixit gloss. quia maritus non videtur posse dare fideiussores pro dote l. j. ⁊. ij. C. ne fideius. do. dẽ. Sed potest dicere qd̃ soluto matrimonio dedit. de quo latius hic per Bar. ¶ In. l. ⁊ si fideius. in gloss. sup verbo insolidũ. ibi eiusdẽ matrimonij. cõcor. glo. ĩ. eo. l. sciẽdũ ⁊ sic secus si sit alterius matrimonij. Et hec vera. lꝫ glo. teneat cõtrariũ in. l. etiã. s. so. ma. ⁊ nõ bene. ¶ In gloss. sup verbo ei. ibi. ⁊ insolidũ agit mãdati. Si hoc est ergo ꝑ interdictũ priuabit̃ principalis priuilegio cõtra no. in. l. fi. C. de vsu. rei iud. Sed dic ꝙ imputet sibi q: fideiussorẽ dat vel quare nõ suscipit defensionem fideiussoris in se ꝑ. l. idẽq;. §. ⁊ generaliter. superius allegatã. ⁊. s. tetigi nec obstat. d. l. fi. q: loquit̃ in exceptione reali ⁊ nõ ꝑsonali. nec obstat etiã p̃dictis qd̃ habet̃ in. l. marcellus. ĩ. de fideiuss. q: ibi est eadẽ rõ respectu fideiussoris q̃ respectu principalis põt teneri in tm̃ in quantũ facere põt. ⁊ tñ fideiussor tenet̃ insolidũ qd̃ vr̃ cõtra l. grece. §. illud. de fideius. vbi fideiussor nõ obligat̃ in plusq̃ principalis. Sed dic qd̃ hic nõ obligat̃ in plus cũ etiã principalis sit insolidum obligatus facit. l. nesennius. §. fi. ĩ. eo. Sed obligat̃ efficacius q: nõ habet priuilegiũ qd̃ habet principalis. Nec etiã obstat quod habetur in. l. ij. §. parui. ĩ. de priuileg. credito. quia ibi priuilegium concernebat naturam actionis. hic autem solum datur persone.

Summarium.

1 Iudex talem sententiam ferre debet qualis partibus placet.
2 Ordini substantiali non potest renunciari.
3 Pactum qd̃ matrimonio soluto maritus insolidum excutiatur est inualidum.
4 Sententia lata hoc modo: pronũcio prout talis in tali causa pronunciauit an valeat.

Si conuenerit. Ista. l. hꝫ varios intellectus vt colligit̃ ex glos. iõ
1 nõ põt commode summari. ¶ † No. qd̃ iudex dꝫ ferre sñiam talẽ qualis placuerit partibus. qd̃ intellige vt patebit ex glo. ¶ In glo. j. ibi hic in iudicio. gl. ĩ. nõ vr̃ tenere istã. nec etiã glo. in. l. j. C. de iur. om. iud. Sed Jaco. de are. ibi vt refert Cy. tꝫ illã rationẽ diuersitatis assignat q: arbiter debet assumi super lite ⁊ controuersia. l. quãuis. s. de arb. q̃ ratio hoc casu cessat. Sed certe hec ratio non vr̃ bona. nec etiã vr̃ placere Cy. q: etiã iudex assumit̃ sup lite ⁊ cõtrouersia decidẽda. l. j. in princ. s. eo. Sed Bar. hic nulla facta mẽtione de p̃dictis tenet hãc primã so. ⁊ rõnẽ diuersitatis assignat: q: sñia iudicis aliqd operabitur: q: pariet actionẽ in factũ. Sed sñia arbitri hoc nõ põt operari sc̃dm ista iura. l. j. C. de arb. Et ꝑ hoc infert qd̃ cũ hodie sñia arbitri emologata expresse vel tacite pariat actionẽ. l. pe. C. de ar. idẽ erit hodie in arbitro. Et sic vult in effectu qd̃. l. qualẽ. hic all'. hodie sit correcta. Sed hoc nõ placet hic ang. cũ legũ correctio sit euitãda. l. precipimus. C. de appel. ideo sequendo istam primam sol. dat aliam rationẽ. videlicet qd̃ de substantia arbitri videtur esse libertas arbitri

bitri in arbitrando. quia ei debet stari siue sit equa siue iniqua.
l. diē. §. stari. ff. de arbit. Sed potestas iudicis est modificata vt fe-
rat sniam iustā ⁊ iuri consonam allegat. l. iudices. C. de iudi. s3 me-
lius facit qd no. in aut. iusiu. qd presta. ab his. col. iij. Esse autē iu-
ri consonū videtur quando partes sunt in cōcordia per no. in. l. j.
§. ⁊ post operis. ff. de no. ope. nun. Et per hoc infert idem dicēdū
in arbitratore qd in iudice cū similiter ei potestas sit limitata. l. si
societatē. §. arbitrorū. ⁊. l. vnde ⁊ si nerue. ff. pro socio. Sed aduer-
te qr pro ista ratione qd de substantia arbitrij sit libertas: melius
facit qd habetur. l. item si vnus. §. pompo. ff. de arbit. vbi videtur
casus pro ista ratione. Item quatenus Ange. dicit secus in arbi-
tratore. nō videtur bene dictū: qr saltem stat ratio Barto. qd nil
operabitur tūc sententia arbitratoris cū illa etiā hodie non emo-
logetur expresse nec tacite cū hoc non sit iure cautū. vt no. idē Bart.
in. d. §. arbitrorū. vnde placet qd idem sit in arbitratore qd in ar-
bitro. ⁊ qd dicta. l. qualem. etiā hodie non sit correcta per ea que
ff. dicta sunt contra opi. Bar. posset etiā adduci qr nō videtur posse
emologari sententia arbitri antequā feratur. l. pe. cōiuncta gloss. C.
de arbit. Sed ab hoc potest defendi: qr aliud est emologare id qd
sententia habetur per arbitrum ex suo ar. aliud cōsentire de certa snia
ferēda per eū: qr hoc vltimo casu iniquitas arbitri nil posset ope-
rari. secus in precedenti. Et ad materiā facit qd habetur in. l. pen. §.
fi. ff. a quibus appel. non licet. ¶ In ea. glo. ibi vt vnum tantū pe-
terem. si intelligas hanc vltimā so. qd plures erant petitiones di-
uersarum rerum nō habet in se magnā dubitationem per. l. scire
debemus. ff. de verb. obli. ⁊ qd habetur etiā in. l. etiā. §. j. ff. de mi-
no. Sed si intelligas qd erat vna petitio continens in se plura: pu-
ta centū: ⁊ actū sit qd solū super quinquaginta vel super vno tan-
tum feratur sententia. hic erit casus singularis qui nō est alibi limi-
tans. l. in hoc iudicio fami. her. ⁊ no. in. l. j. C. si aduer. rem iudi. qr
vbi alias sententia lata super parte nō valeret vt no. in dictis iu-
ribus hoc casu ppter conuentionē partiū valebit. qd tene menti.
¶ In eadem glo. ibi vel hic iam lite agitata. ⁊ sic forte iam cōte-
stata. Et ratio huius so. esse pōt: qr lite nō contest. nō pōt dari dif-
finitiua. l. fi. §. illud. C. de tempo. ap. qd procedit etiā si de partium
voluntate id fieret vt hic est casus scdm istā lect. Et etiam tenuit
2 Spec. in ti. de sen. §. iusta. ver. quid si de partiū voluntate. † Nam
ordini substantiali non pnt partes renunciare. vt no. in. l. j. ⁊ aut.
offeratur. C. de litis contesta. ⁊. C. de sen. l. prolatā. ⁊. c. de causis. ex-
tra de offi. dele. ⁊ in. c. j. de lib. obla. ⁊ de li. cōtest. c. j. ¶ In ea. glos.
ibi tu dic. hanc sequitur Ja. bu. in. d. l. j. C. de iur. om. iu. ¶ In ea.
glo. ibi ratione cōtractus. ⁊ pro hoc qr priuilegiū datū contractui
intelligitur scdm naturam cōtractus argu. l. plenū. §. equitij. ff. de
vsu ⁊ habi. contractus autem ex conuentione legē accipiūt. l. j. §.
si cōuenerit. ff. depo. ¶ † Et no. glo. que videtur sentire qd etiā so-
luto matrimonio nō valeat pactum qd maritus insolidum excu-
tiatur. de quo dic in. l. alia. §. eleganter. hic alleg. ⁊ eo. ti. l. ex diuer-
so. ¶ Extra glo. adde dictis Bar. inquantum tangit de iudice fe-
rente sniam scdm consiliū sapientis. Et concludit qd possit cōue-
niri in syndicatu: licet de partium volūtate causa fuerit commissa
cōsilio sapiētis: qr stare nō tenebatur nisi hoc fuisset dictū. nā tūc be-
ne teneretur stare per hāc. l. videtur etiā qd si stare nō tenetur nisi cōsiliū
euidentē contineat iniquitatē qd iudex debeat excusari quasi in
dubio habuit iudex iustam causam standi illi consilio ex quo par-
tes approbauerunt cōsultum p perito: ⁊ sic approbauerunt perso-
nā argumento eius quod habetur in lege hoc edicto. ff. quod
quisq3 iur. facit quod dicitur in simili qd habens iustam causam
litigandi excusatur ab expensis. l. qui solidum. §. etiā. de leg. ij. ta-
4 men tene menti dictū Bar. ¶ † Item adde scdm Ang. quid si iu-
dex dixerit pronuncio prout pronūciauit talis iudex in tali causa
de quo in spec. in ti. de sen. §. qui aliter versi. quid si iudex. vbi etiā
per Joā. and. in additione. ⁊ ibi cōcludit qd nō valet. Nec obstat
quādo non sufficit sniam esse certā per relationem ad aliud. l. ait
pretor. in prin. ff. eodē. ⁊. l. iij. C. de sen. que sine cer. quanti. qr respō-
det singulariter qd illud est verum quādo sententia pōt certifica-
ri ex act. eiusdē instātie. alias secus. vt est in casu proposito. Et hoc
singulariter not. pro limitatione dictorū iurium. ¶ Quid autē si
iudex dicit pronuncio prout in consilio cōtinetur ⁊ causa fuit cō-
missa consilio sapientis qui consuluit reum absoluendum. an va-
lebit pronunciatio. Bar. tenuit qd non in. l. j. C. si aduer. lib. Cyn.
ibi sentit contrariū. Joā. an. tangit in ti. de excep. §. viso. sup ver.
porro in italia. Et videtur cōcordare opin. q si sententia sit inter-
locutoria teneat qd illa de necessitate nō est ferenda in scriptis. l.
j. ⁊. ij. C. de sen. ex peri. reci. ⁊ de re iudi. c. fin. in vj. Sed certe videtur
qd indistincte valeat sententia per ea que dixi in. l. j. ff. eo. ⁊. l. j. §. si
quis simpliciter. ff. de verb. obli. Nā sufficit qd sententia cōtineat
absolutionē vel condēnationē expresse vel equipollenter. l. in sum-
ma. ff. eod. ⁊. l. quid tamen. §. si arbiter. ff. de arbi. ⁊. l. si pretor. ff. de
iudi. hic enī videtur cōtinere equipollēter. Nam cōsultor qui cōsuluit
reū absoluendū vr in effectu cōsulere qd debeat absolui p iudicem
nō aūt qd debeat pnūciari p iudicē eū absoluēdū. Et ideo iudex
postea pnūciādo put in cōsilio cōtinetur videtur in effectu absoluere

sicut in effectu voluit consulēs qd faceret. inspici enim debet mēs
potius quā verba extra de verb. signi. c. in his. ⁊. l. cū virum. C. de
fideicommis. Si nautē consultor dixisset consulo pronunciandum
fore talem absoluendum. ⁊ tunc esset magis dubium. ⁊ forte tunc
posset tolerari opi. Joan. and.

Nisi Reses. Appellatio nō rite interposita nō im-
pedit nec retardat executionē snie. h.
d. ¶ No. qd snia lata cōtra legē ⁊ cōstitutionē valet qd
intelligēdū dūmodo error nō sit expssus in ea. ¶ Item
not. qd dixi in summario. Et idē dicas si appellatio fuerit rite in-
terposita sed postea deserta. Et ideo est cōsiliū scdm Ange. qd ille
qui prio vicit redeat ad primū iudicē ⁊ petat illā sniam executiōi
mandari Et si obijciatur de appellatiōe replicetur de desertiōe. Nam
de hoc emergēti poterit ipse iudex cognoscere licet nō possit pnci-
paliter super hoc adiri. allegat. l. si cōtra maiorē. ⁊. l. qm̄. C. de ap.
⁊ per no. in. l. eos in glo. mag. eo. ti. C. de tēp. app. aut. ei qui. ⁊. l. ij.
§. qd si ab arbitro. de quo etiā per Bar. in. l. j. ad fi. ff. nil no. appel-
la. pen. ¶ In glo. secunda in fine. prima communiter tenetur.

Summarium.

1 Effectus sententie in pendenti potest esse.
2 Tempus appellandi ex tempore late sententie non cedit vbi sen-
tentia confirmationem superioris exigit.

Duo iudices. Si duo iudices delegati in
sentētiādo discordāt illi⁹ sen-
tentia preualebit quā delegans cōfirmauerit. h. d. fm
vnā lec. p qua est etiā casus in. c. fin. extra de re iudi. vel
sic scdm aliā lec. In iudicijs duplicib⁹ in quibus nō pōt discerni
quis sit actor vel re⁹ si duo ordinarij diuersas sentētias ferāt illi⁹
snia pualebit quā superior cōfirmabit. h. d. fm aliā lec. fm quā hec
1 lex non est alibi fm Bar. ⁊ Ang. ¶ † No. qd effectus snie interdū
est in pendenti. ⁊ sic facit ad materiā de qua habetur in. l. vsufruct⁹
de stip. seruo. ¶ In glo. prima in fi. quasi velit qd. d. l. in trib⁹. pro-
cedat quo ad ordinaria iudicij. sed quo ad decisionē seu quo ad
decisoria pcedat hec. l. Nam ⁊ interdū qui ad iudiciū puocat in
istis iudicijs. ⁊ sic licet sit actor quo ad ordinationē iudicij fortas-
se cōdemnabitur. ⁊ istud sequitur Ang. Sed aduerte qr cōtra istā sol.
fortiter facit qd not. in. l. j. C. vti. possi. vbi etiā si in interdicto illo
si vterq3 equaliter pbet. poterit ferri snia absolutoria prouocato.
⁊ sic reo tāquā actore nō probante. iuxta. l. qui accusare. C. de edē.
facit qd not. Bart. in. l. si duo. in prin. ff. vti possi. ⁊ per canonistas
in. c. l3 causam. extra de pba. pōt dici qd illud pcedat quādo vni-
cus esset datus iudex ⁊ respectu illius regule qui accusare. sec⁹ qñ
duo sunt dati diuersas snias ferētes. vt hic est casus scdm hāc lec.
que singulariter limitat illā. l. in trib⁹. Posses etiā dicere tenēdo
hāc lec. qd hic simul venerūt ad iudiciū. ⁊ sic nō apparet qs prius
prouocauerit. ¶ Itē aduerte qr prima lec. posita in glo. circa dele-
gatos pcedit quādo eis fuit commissa cognitio ⁊ decisio. secus si
sola cognitio: qr tūc neutrius snia valeret. ff. de pcu. l. qui pcura-
torē dat. coniuncta glo. scdm Ang. de quo plene dictū fuit in. l. a
diuo pio. in prin. ff. eo. ¶ Quid autē si ex pluribus iudicibus vn⁹
tulit sniam corruptus pecunia an aliorū sententia teneat tetigit
Joā. and. in ti. de senten. §. iuxta. ver. ⁊ ratione iudicis. ⁊ ibi con-
cludit qd valeat sententia duorum si erant tres. Si autem erant
duo ⁊ sic numero pares. ⁊ tunc valebit sententia iudicis non cor-
rupti si erat ibi clausula qd si ambo vel neutrius sentētia tenebit.
facit qd habetur in. c. prudentiam. extra de offi. dele. ¶ Quid au-
tem si essent duo iudices vnus ordinarius alius delegatus: quia
forte per principalem fuisset alius adiunctus ordinario vel forte
cum duo essent college ordinarij ⁊ procederēt in eadem causa ali⁹
delegauit vices suas alteri non college cuius preualebit sententia
si ferant sententias contrarias. Jaco. de raue. ⁊ Ang. hic post eū
tenet qd valebit sententia ordinarij ⁊ non delegati. Sed Barto.
hic videtur velle qd erit in potestate superioris approbare quam
velit per id qd dicitur hic in prima lec. iuncto eo qd no. in. c. super
questionū. §. si vero duo ⁊. c. si duo. de offi. deleg. in. vj. Tu potes
cōcordare opi. qd sententia Bar. procedat quādo per principem
adiungitur delegatus ordinario. nā tunc illa delegata tanquā
potentior trahit ad se saltem vt debeat esse in potestate principis
approbare quā velit prout hic voluit Bar. Non autem debet pre-
ualere simpliciter sententia delegati. qr hoc nō reperitur iure cau-
tum. nec etiam reperitur qd vbi sunt duo ordinarij sententia al-
terius preualeat nisi fm not. in. l. inter pares. Si antem esset dele-
gatus a collega: tunc quia ille representat vices college satis vi-
deretur dicendum qd tunc seruetur distinctio. l. inter pares vt va-
leat sententia in dubio pro reo. ⁊ istud forte videtur verius quā
id quod dixit hic Ange. ¶ In glo. ij. ibi contrarijs quasi secus si
simpliciter essent diuerse. vt si forte vnus condemnasset in maio-
ri summa: alius in minori. Nam tunc valeret sententia in mino-
ri. l. diem proferre. §. plures. ff. de arbi. ⁊ in. c. j. de arbi. in. vj. ¶ In
2 glo. iij. in fin. † No. bene qd vbi sententia exigit confirmationem
superioris tempus appellandi non cedit ex tempore late senten-

tie.Et pro hoc est casus in.l.j.in prin.§.quando appel.sit.nam potest appellari ex tempore sententie ⁊ etiam ex tempore confirmationis vt ibi.secus si confirmatio penderet ex alicuius conditionis euentu inserte in sententia:quia tunc currit ex tempore date sententie.l.j.§.biduum.§.quando appellã.sit.¶In glossa finali ibi.l.inter pares.Nam tunc preualet sententia pro reo preterq̃ in causa liberali vt ibi patet.Et idem dicas si feratur sententia pro matrimonio vel pro dote vel pro testamento.nam illa preualebit sicut ⁊ lata pro libertate etiam pro actore dummodo non sit euidenter iniqua.vt habetur in capitulo finali extra de re iudicata.⁊ in.l.si pars.ff.de inofficio.testamen.Et adde hic glossam aliam magistram in materia in.l.cum ⁊ magistratus.C.quando prouoca.non est necess.⁊ quod not.per gloss.in.d.capitulo finali.vbi excipit duos casus in quibus oportet omnes iudices esse concordes vt sententia teneat.vnus est quando episcopus criminaliter accusatur.Alius est quando est contentio an per secundas literas sint reuocate prime.quo casu simul debent cognoscere primi et secundi in capitulo pastoralis.extra de rescriptis.de quo dicendum vt ibi.

Summarium.

1 ☞Dilatio data iudicatis de iure pretorio ꝓdest heredib⁹ suis.
2 Beneficium dilationis non est personale datum iudicatis.

1 Tempus.†Dilatio que datur iudicatis prodest heredibus ⁊ successoribus de iure pretorio.h.d.¶†Not.quod beneficium dilationis
2 datum iudicatis non est personale.¶In glossa prima in fin.Sed certe potest dici quod illa.l.finalis loquitur de tempore dato ad ꝓsequẽdam appellationem.hic de tempore quadrimestri quod datur condemnatis.⁊ sic diuerso casu loquitur secundum Raynal.

Cum ex causa.Si dubitetur an facultates donantis sint sufficientes ad satisfactionem rei donate adhibebitur diligẽs inquisitio super hoc.h.d.¶In gloss.prima.ibi hodie sufficit nudo pacto.⁊ hoc clarum in donatione inter viuos super quo adde quod dixi in.l.in edibus.§.j.ff.de dona.An autem idẽ in donatione causa mortis vt ⁊ illa perficiatur nudo pacto.gloss.est que allegatur pro singulari in.l.cum pater.§.meuio.de lega.ij.⁊ sequitur etiam hic ang.⁊ idem glo.in.l.ij.C.de iure do.Sed aduerte q2 forte probabiliter posset teneri nil esse correctum in donatione causa mortis.ex eo q2.l.si quis argentum.§.fi.non videtur de illo loqui.ergo remaneãt iura antiqua incorrecta in donatione causa mortis.ar.l.precipimus.cum concor.C.de appel.Quod autem.l.si quis argentum.§.fina.non loquatur donatione causa mortis videtur probari potissime ex duobus.primo quia ibi dicit necessitatem imponi donatori tradere quod donare estimauit.⁊ subdit etiam ⁊ necessitatem habeat donator rem vel partem substantie quam nominauerit vel totam tradere.Et sic loquitur in donatione inter viuos.quia donator causa mortis ad id non cogeretur cum posset reuocare ⁊ penitere.l.non omnis.ff.si certum peta.⁊.ff.de donatio.cau.mor.l.si mortis.cum se.Et quia ibi etiã dicit monumentorum obseruatione secundum quod specialiter in huiusmodi casibus est dictum obseruantia.Constat autem qd̃ in donatione causa mortis non requiritur insinuatio nec consequenter obseruatio monumentorum.l.finali.C.de donatione causa mortis.ergo ⁊c.¶In glo.secunda in fine.Quid autem si donator dicit se non habere nisi domum ⁊ fundum ex quibus percipit alimenta ⁊ donatarius dicit oppositum dic quod donatario incumbit onus probãdi per no.in.l.cum de lege.ff.de proba.⁊.C.de iure delib.l.fina.§.in computatione.⁊ hoc sequitur hic Angelus ¶In glo.super verbo relinquatur.in fine.prima vera per nota.in.l.nesennius.§.fina.⁊.l.quod si maritus.in principio.ff.de constitu.pecu.

Summarium.

1 ☞Dilatio non nisi eam petenti datur.
2 Ordo qualis in executione seruetur.
3 Tempus quantum detur iudicatis ad soluendum.
4 Iudex in causa ciuili penam in sententia adĳcere potest.

Debitoribus.Tam dãnatis diffinitiue q̃ ꝯfessis daꝛ terminus ad soluendũ.⁊ ex cã etiã prorogatur.quo elapso pignora capiunꝛ in cãm iudicati.⁊ deinde elapsis duobus mensi-
1 bus distrahunꝛ.h.d.¶†No.dilationẽ,nõ debere dari nisi petẽti.facit.l.ij.C.vt infra cer.tẽ.⁊.l.ad peremptoriũ.ff.de iu.¶Not.ar.
2 qd̃ nõ possit incipi a captura ꝑsone cõdẽnati.†Nã in executiõe est ordo traditus vt p̃rio mobilia scd̃o immobilia ⁊ tertio noia capiant.si tñ debitor non habet pecuniam potest de melioribus rebus dare in solutũ creditori scd̃m formam aut.hoc nisi.C.de solu.Et sic pertransit hic Ang.Sed de hoc dic vt dixi plene in.l.a diuo pio.§.in venditione.supra eodem.Et quod dicit si pecuniam non habet.intellige nec etiã mobilia.vt p3 ex dicta aut.hoc nisi.⁊ in corpore vnde sumiꝛ.Nã est verisimile qd̃ illa de facili reperirẽt emptorẽ.⁊ ideo tũc nõ cogiꝛ creditor aliquid in solutũ accipere.Quid autẽ si ẜm formã statuti creditor debeat recipere bona scd̃m estimationẽ repertã in archiuo publico.Nũquid forte fuerit fundus estimatus ꝑ mille in quo sit notabile edificiũ ⁊ creditor velit ex illa pte vbi est edificiũ.dicit qd̃ d3 haberi cõsideratio quãtũ pl⁹
3 v3 illa pticula quã alia.vt no.Bar.in.l.si ex falsis.C.de trãsa.facit qd̃ no.glo.in.l.j.C.cõi diui.⁊.l.ij.C.de cõi.re.alie.¶†Itẽ no.argumentũ qd̃ duo menses darenꝛ solũ de iure isto iudicatis ad soluẽdum.hodie vero danꝛ quatuor.l.ij.C.de vsur.rei iudi.⁊ hec est cõmunis opi.glo.Sed veritas est qd̃ hic loquiꝛ de tẽpore duorum mensiũ in quo supersederi d3 in venditione pignoris capti ex causa iudicati post lapsum terminũ datũ ad soluendũ.Et sic põt dici qd̃ tẽpus datũ ad soluendũ ⁊ olim ⁊ hodie sit quadrimestre.⁊ hoc sequiꝛ hic Ang.re vera tamen non est bene clarũ de iure antiquo.¶In glo.prima.in fi.dic melius qd̃ de vtroq3 loquiꝛ.vt patet ex tex.⁊ facit qd̃ tangit glo.in verbo dãdi.⁊ glo.se.in verbo parentibus.¶In glo.super verbo aut ex re.ibi vel dic hec vera imo nõ est vere condemnatus sed habetur pro cõdẽnato.l.j.de vsur.⁊ bene cedunt statim tẽpora sicut si vere esset condemnatus.¶In gloss.super verbo reddere.in fi.prima cõmuniter approbatur.vt patet ex no.in dicta.l.proinde.⁊ per ea que no.spec.in ti.de sentẽ.§.infra.ver.quid si de partiũ voluntate.ibi tamẽ scd̃m Joã.and.in additione tenuit contrariũ dicens qd̃ in hoc breui cursu poterat ferri snĩa.Sed certe istud ibi nõ dixit.sed bene dixit.eo.tit.§.ij.ver.est quoq3.non credo tamen qd̃ voluerit contrariũ a glo.sed voluit dicere qd̃ si fiat cõfessio non in figura iudicij.vt patet libello non oblato nec lite contesta.fit tunc preceptũ nec fertur diffinitiua.vt no.glo.in.c.dudum.el scd̃o.extra de elec.⁊ in.c.ex parte.el primo super glo.fi.⁊ ibi Joã.an.super ea.de verb.signi.Si autem fiat confessio oblato libello.⁊ sic in figura iudicij.⁊ consequenter lite cõtest.prout tũc in dubio videtur fieri ex quo sit tũc respondẽdo libello vt no.per glo.⁊ Joã.an.super ea in dicto.c.dudũ.⁊ tũc põt iudex eligere duplicem viam in tali breui cursu.vel ferre diffinitiuam vel etiã facere preceptũ in confessum.facit qd̃ habeꝛ in.l.si debitori.ff.de iud.⁊ ita intelligo Joan.an.in dicta additione
4 †An autẽ iudex in causa ciuili possit adĳcere penã in snĩa si non satisfiat iudicatis infra terminũ.posuit Specu.in fi.de senten.§.ij.ver.sed nunquid iudex.⁊ concludit qd̃ sic.si suspicetur de cõtumacia.alias sec⁹.de quo etiã per Joã.an.post Inn.in.c.Raynal.extra de testa.Et ad materiã facit qd̃ dixi in rubrica.ff.de publi.iudi.Et adde etiã qd̃ no.in se.ver.post dictũ ver.sed nũquid.vbi tangit an iudex possit facere preceptũ qd̃ soluat infra octo dies si non probet solutionẽ infra dictũ tempus.facit etiã qd̃ habeꝛ eo.ti.§.iusta.ver.sed certe.¶In glo.fi.ibi a die captionis.Hec vera per hunc tex.in hoc pignore iudicia li qd̃ capitur pro executione iudicati.sed in pignore pretorio qd̃ capitur per contumaciã partis non comparentis fuerũt multe opi.de quibus in spec.in ti.de primo decre.§.iusta.⁊ in.l.si finita.§.iul.ff.de dã.infec.Et de hoc ꝓprie loquitur qd̃ no.in.l.cũ ꝓponas.hic allegata.⁊ cõiter tenetur qd̃ sit tempus arbitrarium vt patet ex notatis in.d.c.cũ proponas.⁊.l.fi.C.de execu.rei iudi.⁊.d.§.iul.Post scd̃m autẽ decretum interpositũ.vt q2 sit facta venditio vel adiudicatio in solutũ.An audietur volẽs reddere sumptus ⁊ interesse no.in.d.§.iusto.ver.quid si ille redeat.⁊ cõcludit qd̃ non.qd̃ videtur verum.licet Bar.aliter senserit in.§.iul.de quo dicendũ vt ibi.Quãdo autem possit vendi pignus cõuẽtionale habetur in.l.C.de iure do.impe.Nã cõmuniter teneꝛ per illã.l.qd̃ debet expectari per bienniũ numerãdũ a tẽpore more.sed Ang.dicit hoc verũ si creditor est fenerator.Nã hoc casu videtur loqui.d.l.fi.scd̃m eũ.⁊ sic si non est fenerator remanebunt iura antiqua incorrecta.⁊ per cõsequens si de pignore vendendo est facta cõuentio illa seruabitur si cõuenit de non vendendo post trinam denunciationem poterit vendi si nil erat conuentũ vendi poterit cũ debitor constitutus fuerit in mora etiam per interpellationem extraiudicialem per.l.si conuenit.cum ibi no.ff.de pig.act.Et hec opi.videtur probabilis tamen si vis tenere communem pro ea facit.d.l.fi.que indistincte videtur loqui in sui pncipio in quolibet creditore.Itẽ quia videtur dixisse de feneratore propter facti frequentiam q2 non cõmuniter contingebat mutuari gratis ⁊ sic se retulit ad cõem facti accidẽtiam facit.l.nam ad ea.ff.de legi.ideo non videꝛ per hoc negasse idem iuris non esse in non feneratore.arg.eorum que no gloss.in simili in cleri.j.extra de rescrip.¶Vltimo quod hic dicit dari confesso tempus quadrimestre etiam quãdo solum fit preceptum in confessum.dixit Guido de suza.vt refert Joã.and.in ti.de execu.sen.§.videndum restat.in prima additione parua.qd̃ hoc de consuetudine non seruatur.Et pro hoc bene facit qd̃ not.glo.in.l.si debitori.ff.de iudi.

Summarium.

1 ☞Appellatio non est necessaria a sententia nulla.

Dilationẽ. adde q̃ dilatio in dubio õr ꝯtinua nõ vtilis glo.in rub.ff.de diaer.⁊ tẽp.ꝑscri.bal.in.l. .C.de fer.no ta in.l.in pecuniarĳs.et ibi bal.ff.eo. qd̃ est verũ si ne ꝑgaꝛ añ lit.ꝯtest.fiue post spe.i ti.d dila.§.j.Itez verũ nisi ꝑhigaꝛ a statuto q2 tũc est vti lis in dubio bal.i.l.ij.C.d edil.act.⁊ in .l. fiue ps.C. de dila.Itez pex nisi dies feriati absor beãt dilatio nẽ ꝑ maiori ꝑte vel in to tũ ẜm hosti. .c.l3 cãm.de probationi.

2 Iudicans secundum opinionem nõ bene intelligentium legez an possit conueniri tempore syndicatus.

Cum prolatis. Sententia lata cõtra ius litigatoris vel etiã cõtra ius legis extrauagantis nõ clause in corpore iuris. vel etiam cõtra legẽ cuius intellect⁹ est dubius nõ est ipso iure nulla. ꝛ iõ necessaria est appellatio. h. d. ẜm cõem intellectũ. ¶ In tex. ibi dedisse subaudi quo ad hoc vt dicatur lata contra ius constitutionis. ꝛ sic dicat̃ nulla ꝑ ea que habent̃ in. c. j. extra de re iudi. ꝛ in. l. j. §. j. j. que sen. sine appel. re. ꝛ. l. ff. C. qñ ꝓuo. non est neces. ¶ No. tex. ẜm vnũ intellectũ ꝙ sñia lata ꝯ expressuz tenorẽ extrauagãtis. vel etiã cõtra expressum tenorẽ legis habẽtis plures intellectus. ꝛ sic dubie nõ redditur ipso iure nulla vt hic est casus quem reputo singularem ꝛ nõ esse alibi. facit ad secundum quod habetur in prima constitutione Codicis. §. quibus. ver. certus. ꝛ quod habetur in. l. dos a patre profecta. C. solu. matri. Et idem voluit Inno. si sit lata contra expressum tenorem legis nõ loquẽtis specifice super dicto casu super quo lata est sententia sed

1 sup simili. vt in. c. speciali. in ver. suspectus extra de ap. ¶ † Item no. qd a sentẽtia nulla nõ est necesse appellari. posset tñ ꝑ no. in. l. si expressim. j. de appellatio. ¶ In gl. prima in fi. hoc dixit glo. q2 sententias etiã diffinitiuas inferioꝝ a principe nõ tenetur iudex sequi vt. l. nemo. C. de senten. q2 nõ exemplis sed legibus est iudicandum vt ibi. idẽ in interlocutoꝛijs principis q2 in illis non versat̃ cõiter plenaria cause cognitio. secus in sententijs diffinitiuis latis vtraqꝫ parte presente. q2 ille habent vim legis ꝛ possunt dici lex extrauagans extra corpus iuris. l. fi. C. de legi. secus si altera parte presente essent late. vt probatur in. d. l. fi. a contrario sensu. ꝛ bene facit. l. qui repudiantis. §. fi. ff. de inoffi. testa. ¶ In glo. secunda ibi bene estimaui. subaudi inquãtum estimauit illas necessario nõ sequendas tamen estimauit male non iudicando. idez si ille erant rationabiles. ¶ In eadem glo. ibi. idem etiã si credidisset. subaudi ꝫ iõ dixit. eo ꝙ nõ estimat ꝛc. q2 si credidisset iuuari verisimiliter pronunciasset secundum illas. Nam verisimiliter non fecisset contra conscientiam. argumentum. l. merito. ff. pro socio. ¶ In ea. glos. ibi. vel quia sic non intelligat̃. Ex hoc collige qd vbi lex nõ certa in suo intellectu ꝫ dubia lꝫ ferat̃ cõtra expssuz tenorẽ vnius intellectus quẽ aliqd sequunt̃ ꝛ aliqui nõ qd isto casu sñia non redditur nulla vt hic est casus no. ꝛ sing. secus quãdo esset lata cõtra certum ꝛ indubitatum intellectum legis expsso

2 erroꝛe. ¶ Et adde dictis bar. inquantum dicit † qd iudex qui iudicauit secundũ quorundam opinionẽ nõ bene intelligentiuz legem poterit conueniri tempore syndicatus ꝛ mitius cõdẽnabit̃. Nã hoc est verũ ẜm Ang. si contraria opi. est communiter approbata. facit lꝫ ipse nõ alleget. quod no. bar. in. l. fi. C. de pena iudi. ꝛ Jo. an. in. c. j. extra de constitu. Sed si neutra esset communiter approbata. vt quia vtraqꝫ habet famosos doctores pro se. tũc nõ peccaret iudex qui alteraz elegit nec veniret ex hoc aliquo modo puniendus. allegat not. per Innocen. extra de consti. c. ne innitaris. intellige tamen qd non debebit ferri contra conscientiam sed secundum illam que videbitur magis iusta secundum suam conscientiam. vnde licet non posset puniri in foro contentioso isto casu si alteram elegit: tamen inquantum ad deum peccat si aliquã elegit contra cõscientiam volens forte fauere alteri parti. ar. no. in. c. literas. extra de resti. spo. ꝛ de re iudi. c. j. li. vj. Quid aũt si iudex tulit sententiã ꝑ bannito cui ex forma statutorũ. non debebit ius reddi an sit nulla tãqꝫ lata cõtra formam statutorũ. Jo. and. post Jaco. de are. tenuit ꝙ sic si iudex tulit illam pro bannito hoc expresso i ti. de feu. §. iusta. ver. si ex ratione litigatorũ de quo etiã ꝑ bal. in quadam sua. q. que incipit statuto ciuitatis cauetur ꝙ si fenerator non petat debitum. j. quinquẽniũ ꝛc. An aũt statuta ꝛ reformationes eiusdem ciuitatis in qua litigatur sint ꝓducẽda in iudicio. tetigit Jacob. but. in. l. fi. C. que sit lon. con. etiam concludit qd sic si aliquod est statutũ non redactum in volumine statutorum. alias secus.

Summarium.

1 ¶ Sententia reuocatur que pretextu falsorum testium fertur.
2 Agi potest de falso criminaliter ꝛ ciuiliter.
3 Astringere se ad vtrũqꝫ probandũ qñ quis dicatur.
4 Periuro non est adhibenda fides.
5 Sententia propter corruptelam testium reprobatur etiam si falsitas non probetur.
6 Sententia per falsos testes lata est aliqua.
7 Falsitas triplex reperitur.
8 Remedia que ꝛ quot reperiãtur si sñia ꝑ falsas allegatiões ferat̃.
9 Exceptionis vel replicatiõis via qñ cõcurrat cũ ea q̃ est restõnis.
10 Sentẽtia põt peti retractari qñ accusatio criminalis intentatur.
11 Corruptela multiplex reperitur.
12 Sentẽtia est ipso iure nulla si iudex corrumpatur pecunia.
13 Corrumpens falsum testem non ob hoc causam perdit.
14 Sententia an reddatur nulla propter corruptelam aduocati.
15 Remedium quod detur pro expensis ꝛ ceteris dãnis.
16 Sententia quando reddatur nulla ob aduocati corruptelam.
17 Corruptela arbitri an reddat sententiam inualidam.

1 **Diuus adrianus.** ¶ † Sñia lata ꝑtextu falsorum testiuz retractatur beneficio restitutionis in integrum. h. d. ¶ No. argu. ꝙ non sufficiat probare sententiam latam propter falsos testes nisi probet̃ etiã illos fuisse corruptos. de quo etiam dicetur cum glos. ¶ Item no. qd sufficere videtur probare testes corruptos fuisse etiam si non probetur illos falsum dixisse. qd videtur verum quando testis pecunia fuit corruptus. per. l. j. j. de fal. secus videtur si non pecunia a cõtrario huius tex. Et hoc etiam videtur sequi hic Bar. Et hoc casu dicit procedere Inno. in. c. licet causam. extra de proba. Sed quod indistincte sufficiat ꝓbare corruptelã videt̃ facere: quia redditur testis periurus ex q̃ corrupt⁹ fert testimoniũ. ꝑ ea que no. gl. in. c. fraternitatis. extra de testi. ꝛ sic videt̃ ꝙ indistincte nõ sit eis fides adhibenda. ꝑ no. in. c. testimonia. extra de testi. Et ꝑ hoc etiã bene facit qd no. Jo. an. in. d. c. licet causaz. super glo. ij. vbi indistincte videtur velle ꝙ testi corrupto nõ credat̃. videt̃ tñ dicere ꝙ sufficiat ꝓbare hãc corruptelam ante sententiã. sed nõ post. de quo an ꝓcedat. j. dicatur Satis tñ videtur ꝙ vbi est corruptus pecunia incidat in corneliã de falsis. lꝫ rex dicat ꝑ. l. j. §. aduocationẽ. j. de falsis. secus vbi nõ fuisset corruptus pecunia. arg. no. a cõtrario huius tex. ꝛ quo ad

2 ¶ † Itẽ iuxta predicta põt dubitari qd in testibus si plures sint quoꝝ vnus deponat de decẽ alius de .xv. alius de .xx. si foꝛte deponãt super valoꝛe rei vel si deponant super tempoꝛe possessionis ꝛ vnus dicat de decẽ annis. ꝛ alter de .xv. ꝛ alter de .xx. An saltim probetur valoꝛ in decẽ vel possessio decẽ annoꝝ videretur qḋ non per no. per Joan. an. in .c. j. de arbi. in .vj. in nouella. ꝛ per no. per Archi. in .c. nihil dñs. iij. q. ix. vbi expresse tenet qḋ non ꝓbat̃ etiã possessio decẽ anno. qꝛ secũdum eũ in quolibet facto probãdo per testes requirit̃ pluralitas testiũ ꝛ qḋ ad minus sint duo per .l. vbi numerus. ff. de testi. Sed foꝛte hoc dictum nõ procedit qꝛ nõ põt negari qḋ testis qui deponit de possessione .xv. annoꝝ cõtinua nõ deponet etiã de possessione .x. annoꝝ cũ in maioꝛi summa necessario insit minoꝛ adeo ꝙ dixit glo. singularis in .d. c. j. qḋ si vnus arbitroꝝ condẽnat in decẽ alter in .xv. ita qḋ non in .x. ꝛ alter in .xx. ita qḋ non in minus qḋ qꝛ protestatio videt̃ cõtraria facto nihilominus valebit in .x. ar. no. in .c. cũ. M. ferrariensis. extra de cõsti. Et eadẽ ratione videt̃ ꝙ si testis vnus dicit rem valere decem et qꝛ sic venderet̃ cõiter cuilibet volenti emere. ꝛ pro tanto etiã precio ipse sciret emere. Et alius dicit de .xv. alter de .xx. ꝙ saltem videt̃ probatus valoꝛ in decẽ qꝛ in illo non videt̃ in effectu deponere vnicus testis sed pluralitas testiũ. Et sic cessat ratio Archidi. Et hec pars videtur verioꝛ. ar. d. c. j. in ratione sui. Sed dubium põt esse circa predicta quid si duo testes dicãt qḋ res valet decẽ. ꝛ non plus alij duo dicant ꝙ valet .xv. gl. multũ singularis in .d. §. si plures. dicit ꝙ preualebit dictum illoꝝ dicẽtium qḋ valebit .xv. etiã si foꝛte essent duo tñ. ꝛ alij deponentes qḋ valet decem ꝛ non plus essent multo plures: qꝛ plus scḋm gl. credi debet duobꝰ affirmãtibus ꝙ̃ mille negantibus facit quod no. Inno. in .c. qd ꝑ nouale de verbo. sig. vbi idem videtur in simili velle. Sed super hoc recurrẽdum est ad no. per Bart. in .d. §. si plures. ꝛ in .l. j. §. j. ff. de ven. inspi. qꝛ illa glo. nõ videtur ꝓcedere qñ testes deponunt contrariã assertionem super eo quod põt cadere in eoꝝ sensum ꝛ sic videretur qḋ in casu predicto stari deberet maioꝛi numero. Et si essent pares inspiceretur dignitas testium. ꝛ qui verisimilioꝛa dicerent ar. .l. ob carmen. §. fi. ff. de testi. vbi aũt essent omnino pares in numero alijs foꝛte tunc plus credetur affirmãtibus vt ibi voluit sentire Bar. facit quod habet̃ in .c. cũ ecclesia sutrina. de cau. poss. ꝛ ꝓprie. ꝛ quod no. Joan. an. in .c. bone. el primo super glo. in materia negatiue extra de elect. ꝛ Cy. in .l. actoꝛ. C. de preb. Et hec qñ testes deponũt de valoꝛe eiusdem rei. Sed vbi deponerẽt super alio particulari facto puta super petitis ex causa mutui et vnus testis deponet quod vidit mutuari decem alter quod vidit mutuari .v. an saltem in .v. poterit fieri condẽnatio ꝛ dr̃ facta probatio plene super eis tãgit Jo. an. in .d. c. j. in nouella. Et finaliter pro ꝛ contra tenet qḋ non probet̃ plene etiam debitũ de quinqꝫ. Et idem tenet Arch. sequẽdo laurentiũ in dicto .c. nihilominus vt refert lapus in .d. c. j. mouetur quia ex diuersitate summarũ resultat diuersitas cõtractus. ꝛ eius de quo agimus. Nam aliud est mutuũ de quinqꝫ aliud est mutuum de decẽ. facit qḋ habet̃ in .c. abbate. de re iudi. in .vj. Et hec pars videtur vera per rationem preallegatã in hoc actu qui momento expeditur. ꝛ vbi summarũ pluralitas inducit diuersitatẽ actuũ secus dicit Joã. an. in actu habentem causam successiuam. ꝛ qui non diuersificatur ex diuersitate actuum ꝛ sic dicit posse procedere qḋ no. Spe. in ti. de teste. §. antepe. post prin. ff. quia si testes deponũt de decima collecta. et vnus dicit de decẽ coꝛbibus alter de quinqꝫ. vel si deponãt super articulo iurisditionis. ꝛ vnus deponat qḋ cõdẽnauit quinqꝫ homines loci alter de decem quod tunc bene probant. qꝛ tũc non est questio principaliter de numero vt est in casu proximo ſꝫ de vno iure vniuersali quod cõprehẽdit in se plura indiuidua vt est ius decimarũ ꝛ iurisditionis de quo etiã per Inn. in .c. qualiter ꝛ qñ el. ij. extra de accusa. vbi plus vult qḋ si agatur de probãda possessione iuris decimandi ꝛ vnus deponat quod vidit percipi decimam fabarũ alius de decima grani ꝙ nihilominus probant. Et idem videtur ibi velle Jo. an. ꝛ specu. in ti. de teste. §. iam de interrogatorijs. ver. itẽ de tempoꝛe. ꝛ idem accursius velle videtur in .l. ob carmen. §. fi. ff. de testi. vbi glo. singularis que foꝛte nõ est alibi. Sed aduerte quia cõtrariũ voluit glo. in .d. c. nihilominus iij. q. ix. ꝛ Host. in summa de testi. §. que diuersitates. ver. quid si agatur de decima. ꝛ idem Gofre. vt ibi refert Hostiẽ. Et pro hac parte facit ratio: qꝛ dictũ testis regulatur secũdum eius causam. Hinc est qḋ interrogatus de causa si non reddit causam vel minus sufficientem non probat. iuxta no. in .l. solã. C. de testi. ꝛ extra de rescriptis. c. si quãdo. Si ergo testis sit singularis in causa sui dicti. ergo videtur qḋ non debeat probare per regulã que habet̃ in .c. cum dilecti. ꝛ .c. bone. extra de electione. ꝛ extra de accusa. c. cum dilecti. ꝛ .c. licet causam. ꝛ bene facit. C. de testi. l. iurisiurãdi in quibus patet qḋ testes singulares non probãt. Cũ ergo hec regula non reperiatur vitiata in casu in quo queritur in dubio nõ videtur discedendũ a dicta regula per id quod no. glo. sing. in .l. omnis diffinitio. ff. de reg. iur. Et ideo hec opi. videretur de iure verioꝛ. licet foꝛte alia seruaretur in practica propter autoꝛitatem Accursij Inno. Jo. an. ꝛ Spe. Et pro dicta parte qḋ non ꝓbent etiam bene facit. qꝛ possibile est qḋ vna ecclesia percepisset decimas fabarum in aliena parochia ꝛ tamẽ nõ percepisset aliam decimam nec cõsequenter ꝑscripsisset: qꝛ in tantũ ꝑscribit inquãtum fuit possessum. facit qḋ habetur in .c. cũ contingat. extra de decimis. ꝛ quod no. in .l. j. §. iul. ff. de iti. actuqꝫ priua. ꝛ in .c. auditis. extra de prescri. Item etiã si esset ecclesia parochialis que diceret se turbari in possessione iuris decimarum. licet probaret de possessione percipiendi decimam fabarum. nõ per hoc sequitur quod fuerit in possessione percipiẽdi decimam frumenti. lꝫ in iudicio proprietatis iure decimarũ habeat fundatã intẽtionẽ suã

3 de iure cõmuni. vt in .c. ad decimas. de resti. spo. † Et ideo nõ videt̃ ꝙ tales testes singulares probẽt: qꝛ etiam si duo essent testes de perceptione decime fabarum non per hoc necessario infertur probatio receptionis decime frumẽti. Et similiter in iurisditione quando dicit de condemnatione quinqꝫ hominum. alter de decem videntur isti singulares. qꝛ necessario non concludunt qḋ in numero decem hominum fuerint illi quinqꝫ. de quibus alter deponit. ꝛ sic necessario non sunt contestes etiam in quinqꝫ facit qḋ habetur in .c. in presentia. extra de proba. ꝛ in .l. non ob hoc. C. vnde cogna. Et per hoc videretur qḋ etiã si duo essent contestes super potestate abscindẽdi membrũ ꝙ non per hoc esset probata possessio decapitandi vel prescripta iurisditio in illo qḋ est maius. ar. no. in .d. c. cum cõtingat. ꝛ eo. ti. c. ex parte. Sed econtra si fuerit probatũ per testes nõ singulares ſꝫ cõtestes quẽ exercuisse merum imperiũ in faciẽdo decapitari. an per hoc dicatur esse in quasi possessione faciendi abscindi mẽbrum videretur qḋ nõ: qꝛ in prescriptionibus nõ videtur posse argui de maioꝛi ad minus per no. in .c. cum cõtingat. ꝛ .c. ex parte. extra de decimis. Sed in contrariũ videtur dicendum per id qḋ habetur in .l. nec in ca. §. j. ff. de adul. ꝛ qḋ no. Cy. in .l. j. C. que sit lon. consue. ꝛ hec pars foꝛte est verioꝛ. non obstant no. in preualleg. c. qꝛ loquuntur quando argueretur de vna re ad aliam diuersam. hic autẽ quando de toto ad partẽ. quia si potest occidere totum coꝛpus. multo foꝛtius eius partem per notata in .d. l. nec in ea. ꝛ .d. l. j. Si autem probaretur de quasi possessione decapitandi. an ex hoc arguatur quasi possessio suspẽdendi vel econtra foꝛte inspici deberet quod illorum reputaretur maius secundum moꝛes patrie. vt sic de minori ad maioꝛem non inferatur per ea que supra dicta sunt. Et hoc quando agitur de acquisitione possessionis. ꝛ de prescriptione. Sed vbi ageretur de retẽtione iurisditionis de qua certum esset quem habere videtur quod sufficeret constare quod aliquid pertinẽs ad iurisditionem exercuerit dñmodo sciuerit in totum iurisditionẽ competere. Nam tunc in omnibus retinebitur per notata in casu singulari ad hoc qui foꝛte nõ est alibi. in .l. is q vsumfructum. ff. quibus modis vsusfructus amit. ꝛ facit quod habet̃ in .l. si prius. ff. de aqua plu. arcen. ꝛ ad materiã etiam facit quod no. Innocen. de capel. mona. c. dilectus. ꝛ Barto. in .l. j. §. hoc in

4 terdicto. ff. de iti. actuqꝫ priua. ¶ † Et per predicta etiam patere potest an testes singulares probent possessionem. vt si vnus dicat deponendo de possessione titij quod vidit eum possidere tali tẽpoꝛe: quia vidit recolligere hoꝛdeũ. Nam sm̃ Accursium in .d. l. ob carmen. §. fi. videtur qḋ sic. Et idẽ etiam videtur velle Inno. in .d. c.

in.d.c.qualiter.cum possessio sit ius.vt.l.j.in principio.cũ ibi notatis.ff.de acquiren.possessio. ¶Et quodãmodo vniuersale continẽs sub se plura particularia ipsum inferẽtia sicut ⁊ ius decimarum. Sed forte de iure contrariũ est verũ per id qđ.s.dixi de decima. ¶Quid aũt si testes deponãt de iure indiuiduo habente causam successiuã.puta si agatur de probando quẽ irregularẽ ex eo qꝛ existens excõicatus celebrauit tali die missam.⁊ vnus testis dicit quod vidit eũ celebrando dicere epistolam. Alius dicit qđ vidit eũ celebrando dicere euãgelium.an probẽt.gl.singularis in dicto capitulo nihilominus.dicit quod sic.cũ hic agaꝛ vnico iure indiuiduo ex iuris dispositione cum officiũ misse diuidi non debeat.sed totum cõtinuatim perfici.vij.questione.j.c.nihil. Et sic videtur quod iuris presumptione isti censeãtur cõtestes. Preterea quilibet in effectu deponit qđ vidit eum celebrãtẽ missam quod in hoc sunt cõcordes. Et ideo videtur quod istud sufficiat quia etiam si nihil aliud dicerent probarent.⁊ per cõsequẽs licet adijciant vltra quã necesse aliquid ad iustificandũ dictum suum videtur quod id non vitiet.arg.eius quod no.in simili Innocẽ. extra de iudi.c.examinata.⁊ Bar.in.l.j.ff.de eden. Et sic videtur quod vbi sunt contestes in causa immediata que percipiaꝛ sensu corporeo qđ non sit necesse quod sint cõcordes in alia causa mediata que sit causa causę.⁊ sic possit etiam notabiliter intelligi dicta gl.licet certo respectu etiam dici possit quod quatenus testis quilibet deponit de proprio sensu hoc respectu quodãmodo possit dici singularis. Sed illud non habet vitiare:quia illud necessario sic esse oportet vt voluit Bar.in.l.ij.§.fin.ff.quemad.testa. aperi. ¶Et ex predictis patet an ⁊ quãdo testes singulares probent seu deponant super valore rei siue super aliquo particulari facto quod momẽto expeditur siue super facto particulari habẽti causam successiuam.si tamen factũ sit indiuiduum siue sit ius quoddam vniuersale sub se plura particularia cõtinẽs ipsum inferentia. ¶Quid aũt si deponãt super facto particulari iterabili vt adulterium.tetigit glo.in dicto.c.nihilominus.⁊ in effectu videtur cõcludere quod non probent.nisi forte deponerẽt de eodem adulterio continuato.vt quia vnus post alium incõtinenti per fixuram vidit fornicãtes de quo etiam per Cy.in lege testiũ. C.de testibus.⁊ per Host.in.d.§.que diuersitates.⁊ hec videntur de iure ꝓcedere. Paulus tamen de leazaris in quadã questione que incipit contra instrumentum debiti in solutione questionis videtur adhesisse Inno.in.d.c.qualiter.dicens quod si queritur an testes singulares probent dici debet quod interdũ aliquid est probandum per se propter se. Quandoq; non propter se:sed propter id quod ex eo elicitur quod elicitum est finalis intentio probare volentis. Primo casu testes singulariter deponentes satis sunt contestes secundũ eum ⁊ ideo probant. Secundo casu secus. exemplum primi ponit si volo probare me exercuisse iurisditionẽ vel possedisse aliquã rem vel iuisse per fundum vicini ad fundum meum.vel extare memoriã sic factum fuisse vel quid simile. Nam ex istis nihil aliud elicitur.⁊ ideo testis dicit quod vidit qđ cognouit de tali causa de iurisditione deponit. Et sic faciunt oẽs testes qui deponunt de alijs actibus:quia concordãt in facto qđ habet continuationem tẽporis ⁊ actus separatos qui tñ omnes sunt ipsa iurisditio.idem si testis dicit vidi titium colligere granum.alter dicit de vino ⁊ alter de faba.idem si vnus dicit vidi talem actum. Alter dixit qđ vidit alium. Nam cõcordant in facto scilicet quod de facto illo extat memoria quam ita inducit vnus sicut plures secundum eum:⁊ ita probatur per vnum actum de possessione ⁊ iurisditione sicut per plures ex quo quilibet infert iurisditionem ⁊ possessionem.⁊ hec dicit vera quando volo probare factum tantum vt me possedisse iurisditionem exercuisse vt talem celebrasse. Sed si volo probare factum:⁊ tempus vel factũ certo tempore continuatum ⁊ perfectum:tunc non sufficiant testes singulares. Et ita limitetur secundum eum glo. Innocen.⁊ Accursij. Ratio secundum eum est:quia licet testis de primo tẽpore dicens trahatur ad vltimum:quia presumitur continuata possessio:vt lege siue.C.de probatio.non tamen vltimus qui dicit de modico tempore trahitur ad primã qui dicit de maiori.sicut contingit in sententia plurium arbitrorum vel iudicum discordantium in quãtitate vt hic.⁊ de regulis iuris.c.plus semper.li.vj.vnde tunc probata esset possessio eo tempore quo deponit secũdus ⁊ non primus.⁊ hoc videtur velle Jo.secundum eũ in.c.volumus.xvj.q.iiij.dum dicit qđ sufficit probare qđ ab initio quis possedit ⁊ in fi.quasi velit qđ vtrũq; probare debeat ⁊ per plures testes qꝛ alias non esset probatio.facit lꝫ non alleget quod no. in cle.cõstitutionem.ad fi.de ele. Et idem dicit de exẽplo qđ posuit Jo.in.d.c.nihilominus.iij.q.viij.de cele.missa.qꝛ non est verũ secundũ eũ ꝙ per tales testes probeꝛ qđ celebrauerit totã missam. sed ꝙ celebrauerit sic sicut etiam per tales testes de quibus.s.nõ est probatũ qđ collegerit frumentũ vel vinum.sed ipsa possessio. Et no.bene dictũ suum inquãtum voluit qđ sit probata possessio de tẽpore de quo deposuit secũdus qꝛ videꝛ velle contra Arch.in eo qđ.s.circa princ.dixi. Secundo casu qñ exactis aliquid debet elici sicut est videre in cõsuetudine que elicit ex actibus iurantiũ quod ipsi actus ex se non sunt ipsa consuetudo quotcũq; sint.ſꝫ ex eis elicitur propter tacitũ cõsensum populi tũc nõ sufficiũt testes singulares:qꝛ testis q dicit de actu eoipso nõ dicit de cõsuetudine cũ vnũ non sit aliud.sicut canonicus qui dicit se nõ citatũ non dicit de capitulo nec concludit de capitulo licet oẽs dicant se nõ citatos.cum aliud sint singulares canonici aliud capitulũ.xij.q.ij. c.qui manumittitur.⁊.l.nulli.ff.quod cuiusq; vni.de ele.c.bone.el primo.⁊.c.cũ dilectus. Et ideo secundũ eũ quilibet actus debebit ꝓbari per duos testes ad minus sicut ⁊ quilibet gradus consanguinitatis ꝓbari debet per duos testes:qꝛ vnus gradus per se non facit me cõsanguineũ sicut nec vnus actus iurisditionalis non facit me iurisditionẽ habere. Et ideo dicit qđ qñ actus plures habẽt vnã originem ⁊ vnam causam illa origo probatur per testes singulares respectu actus.alias secus.vñ si sunt actus separati lꝫ iterati propter quãdam similitudinem nõ idẽtitatẽ requiritur qđ sint contestes. Et istud soluit cõtraria secundum eũ.⁊ intelligit glo.in.c.nihilominus.quatenus loquitur de fornicãtibꝰ qñ vnus testis imediate post aliũ vidit:ita qđ nõ potuisset actus ille perfici ⁊ alius inchoari quominus testis vidisset:qꝛ ea q̃ incõtinẽti fiunt videnꝛ inesse.⁊ per predicta patet an sufficiat testes cõcordare in facto lꝫ non cõcordent in causis scientie.qꝛ Inn. dixit qđ sic in.d.c.qualiter.ex eo qꝛ tales cause probari nõ debẽt.⁊ idẽ spe.in tit.de inqui.§.nũc tractemus.ver.quid si ille. Sed an hoc simpliciter procedat patet ex predictis.⁊ hec sufficiãt circa hanc
5 materiã an testes singulares ꝓbent. ¶†Et de hac materia an ⁊ qñ testes dicanꝛ singulares aliqđ per Bar. in.d.l.ob carmẽ.§.fi. ⁊ aliquid latius per Butr.ibi.ꝙ aliqui habẽt in fi.ti.aliqui in.d.§.fi.⁊ per Cy.in addi.post Ric.malũ.⁊ plenius per eũdem in.l.ij.C.que sit lon.consu.in.iiij.q.prin.qualiter probetur cõsuetudo. versi.sed quero cũ difficile.⁊ latius per Bal.in.l.de quibus.ff.de ll.vbi prosequitur per.x.predicamẽta.⁊ facit etiam qđ no. Spec. titu.de inqui.§.j.ver.quid si vnus.⁊ per ea que.s.dicta sunt.iuncto eo qđ no.in.l.stipulatio.§.hoc quoq;.ff.de ver.ob. Forte posset tolerari qđ si vnus testis dicat qđ vidit titiũ tenere ⁊ possidere: qꝛ vidit recolligere granũ aliꝰ qꝛ vidit recolligere hordeũ ꝙ forte ꝓbent cũ videanꝛ ꝯtestes in causa prima ⁊ imediata perceptibili sensu corporeo lꝫ videanꝛ singulares in cã remota.nam quilibet concordat ꝙ vidit ipm tenere ⁊ possidere ⁊ verbũ possidere prolatũ a teste intelligitur prout sonat in factũ ꝓut resultat ius ipsius possessionis.vt no.in.d.§.hoc quoq;.⁊ facit qđ no. Inn.in c.cũ olim.el.ij.extra de cõsti.et pro hoc verbũ possidere in teste intelligaꝛ de detẽtione facti ex qua resultet possessio.hñ facit quod no. Inno.in.c.causam q̃ inter archiepscopũ in gl.magna in ver. de causis.extra de testi.vbi expresse hoc tenet. ¶Ultio adde vnũ dictis Bar.inquãtum tãgit de tribus iudicibus discordãtibus quorũ vnus condẽnat.alter absoluit diffinitiue alter ab obseruatione iudicij. Nam inquãtum concludit valere vltimã forte ꝓcedet in ordinarijs.sed in delegatis videretur recurrendum ad delegantem ex quo re vera sunt diuerse per.l.die.supra eodem. Dominus Joannes.

Summarium.

1 ¶Delegati oẽs non censentur pronũciasse si tertius absens sit.
2 Arbitrator an possit sententiam ferre partibus absentibus.

Duo ex tribus. Si sunt plures delegati vno absente non possunt college iudicare.ſꝫ eo presente ⁊ contradicẽte sic.h.d.
1 ¶†No.ꝙ vbi tertius est absens nõ põt ex iuris fictione dici oẽs ꝓnunciasse.secus qñ oẽs sunt presentes ⁊ maior pars ꝓnunciat facit qđ habetur in arg.in.l.qui decẽ.§.idem respõsum infra de solu.⁊ hoc clarum qñ tertius in aliquid pronũciaret.lꝫ pronũciet contrariũ maioris partis.sed vbi non ꝓnũciauit esset maius dubium ꝓpter ea que dicta sunt in.l.pompo.si vni.ff.eo. ⁊ qđ ꝑ gl.in.l.itẽ si vnus.§.itẽ si in plures.ff.de ar.⁊ in.l.tũc aũt.ff. eod.tñ videreꝛ idem per tex.d.l.tunc aũt.iuncta.l.pompo.⁊ per hunc tex.qui videꝛ velle quod sufficiat tertiũ presentẽ licet sententiet cõtra alios nec requirit quod sentẽtiet:tutius tñ est quod sententiet per ea que dicta sunt in dicta lege pomponius.⁊ in dicta lege tunc aũt.super glo. ¶In glo.ij.in fine ⁊ qualiter poterit prouideri propter absentiam vel mortẽ tetigit hic Bar.⁊ aduerte qꝛ tex.⁊ glo.procedit quando plures delegati sunt dati sine aliqua clausula secus quãdo essent dati cum clausula vos vel alter vel cũ illa ꝙ si non oẽs esse poteritis duo in causa procedãt vt in.c.plures de offi.deleg.in.vj.⁊ idẽ dicit in pluribus arbitris datis sine aliqua dictarũ clausularũ.l.non distinguemus.§.cũ in plures.ff. de arbi.⁊ hoc de iure ciuili sed de iure canonico nil est immutatũ in iudicibus lꝫ in arbitris:qꝛ si plures sunt dati sine aliqua clausula maior pars poterit procedere ad sentẽtiam tertio absente dũ tamen requisito per collegas ⁊ absq; iusta causa recusante veniret vt est expressum in.c.ij.de arbi.in.vj. Et no.hñ quia loquiꝛ qñ maior pars vult ꝓcedere ad sentẽtiam. Et sic patet quod si essent

tantum duo arbitri non posset vnus illorũ altero absente etiam requisito ꝓcedere ad sententiam vt ibi etiam no. per glo. ¶ Item attẽde qđ dictũ .c. ij. cum discordet a iure ciuili seruaref in terris ecclesie nisi aliud ibi esset expresse statutũ per statutum approbatum per superiorem. Sed in terris imperij seruaref ius ciuile. vt no. dicit glo. in .d. c. ij. ex quo nõ tractatur de materia peccati. Nã tunc indistincte seruari deberet ius canonicũ discordãs a iure ciuili. vt no. glo. in .c. possessor. de reg. iur. in .vj. ⁊ facit quod no. per Jo. an. ⁊ per Jo. cal. in .c. j. de ope. no. nũ. ¶ Ultimo adde dictis Bar. inquantũ dicit qđ si ex tribus duo sunt in concordia ⁊ fuerunt in examinatione cause cum tertio ⁊ non potuerunt esse concordes cum illo quod non poterunt ferre sententiam illo absente licet Inno. secundum eum voluerit contrariũ in .c. Raynaldus. de testa. quia licet cesset vna ratio quod tertius verisimiliter nõ traheret alios in suã sententiã. non tamen cessat alia. quia oẽs debent esse presentes ⁊ iudicare. Nã adde primo qđ in sede oẽs debeant esse presentes ⁊ iudicare non videtur ꝓcedere in arbitris in quibus non videf esse necesse qđ tertius loquatur vt not. glo. quã reputo singularẽ in .l. itẽ si vnus. §. itẽ si in plures. ff. de arbi. ⁊ sic ratio Bar. non videtur pungere contra Inn. qui re vera loquitur in arbitris. ¶ Item aduerte quia Bart. loquitur quãdo interfuerunt in examinatione cause inter se qualiter deberet sententiari. ⁊ sic nõ sufficeret ꝙ fuissent presentes in toto ꝓcessu cause ⁊ sic in examinatiõe negotij. nec etiam qđ fuissent presentes in allegationibus. ¶ Item aduerte quia Inno. loquif quando interuenerũt pro sententia ferenda. ⁊ vnus dixit opinionẽ ⁊ motiuũ sine alijs ⁊ postea recessit. Nam tũc videtur habere magnã equitatem quod ex quo conuenerũt pro sententia ferenda exiuerũt opinionem tertij. quod licet ille se absente possint procedere ad sententiam ex quo cessare videtur ratio. ar. l. adigere. §. quãuis. ff. de iure pa. Si autẽ recessisset non dicta sua opinione licet cõuenissent pro sententia ferenda nõ videtur quod possint procedere: q2 tunc cessat ratio legis. ⁊ in hanc partẽ inclinat Inno. licet referant qđ alij contra. vnde remediũ esset qđ hoc casu citarent tertiũ. iuxta. c. ij. de arbi. in .vj. Et ad omne dubiũ tollendũ semper tutius esset dictam citationẽ fieri vbi aũt solum conuenerãt in examinatione cause fienda inter seipsos ⁊ non fuerũt concordes qualiter ferri deberet sententia. tunc est maius dubium an duo ex tribus tertio absente possint sententiare. Bar. videtur intelligere Inno. idem sensisse in hoc casu. licet re vera in hoc casu non loquatur vt predixi. Sed forte põt dici hoc verum si ꝓcedunt ad sententiam ex nõ magno interuallo. arg. l. nã ad ea. ff. de condi. ⁊ demon. Et istud videbatur sequi dñs Fran. de rampo. in .d. l. itẽ si vnus. tutius tñ est quod nõ ꝓcedatur ad sententiam nisi illo prius citato p. d. c. ij.
2 Et hec faciunt ad questionẽ illã vulgatam †an arbitrator possit ferre sententiam partibus absentib⁹ vel altera absente Bart. in .l. si quis arbitratu. ff. de ver. obli. tenuit ꝙ non. Alij simpliciter oppositũ. alij mediam viam eligũt. q2 si constat ꝙ audiuit partes in examinatione cause non sit necesse qđ citet ad sententiam: q2 tunc illa videtur quedam sententia rigorosa que videf remissa in arbitratore per no. per Inno. extra de iureiu. c. quintauallis. Et in hanc inclinat Bal. in .l. fi. C. de contrahẽ. emp. ⁊ dñs Bartholomeus de salyceto in .l. si societatem. §. arbitrorũ. ff. pro socio. ⁊ ista media via videtur habere equitatem quãdo nõ simpliciter audiuisset partes in examinatione cause sed etiam in allegationibus ⁊ sepius contulisset cum eis ⁊ aduocatis eorũ de dubijs saltem si nõ ex magno interuallo postea ferat sententiam per ea que superius dicta sunt hoc tamen pro modo aliter non decido. Et de ratione diuersitatis inter iudices ⁊ arbitros vide glo. in .d. c. ij. de arbitris. in sexto. ¶ Itẽ aduerte q2 contra Inno. in dicto capit. Raynaldus. fortiter facit: q2 licet cessaret illa ratio qđ vnus non possit verisimiliter trahere alios in suam sententiam. tamen nõ videtur cessare alia qđ tũc demũ finguntur omnes iudicasse quãdo oẽs sunt presentes. que ratio videtur cessare quando tertius se absentauit. licet diceret suam opinionem per id qđ habetur in l. qui decem. §. qui mihi stichum. in ver. idem responsum. ff. de sol. ⁊ tetigi in notabilibus. Et ideo videf ꝙ in iudicibus indistincte non procedat opinio Inno. Nec similiter in arbitris de iure ciuili. Et hoc forte fuit de mẽte text⁹ in .c. ij. de arbitris. in sexto. Nã vt ibi voluit Jo. an. sup prima gl. post Arch. illud .c. fuit factum ad determinandũ no. per Inno. in .d. c. Raynaldus. Et sic videtur etiam esse de mẽte Jo. an. ⁊ Arch. qđ opi. Innocẽ. nõ procedat nisi quatenus ibi approbatur.

Summarium.

1 Premia militum an possint capi in causam iudicati.
2 Fructus beneficij an possint pro debito capi.
3 Vie publice an possint capi in causam iudicati.

1 Commodis. †Premia militũ possunt capi in causa iudicati reliquis
2 bonis nõ existentibus. hoc dicit. ¶ †No. argumẽtum quod pro debito clerici possint capi fructus prebende seu beneficij pro excutione sententie saltem in subsidiũ alijs bonis no existentibus. de quo etiam in Spec. in ti. de excutione sen. §. sequitur. ad finem. ⁊ videf tex. in .c. peruenit extra de fideiusso. Ibi tamẽ Hosti. videtur velle hoc verũ in simplici bñficiato qui fructus fecit suos. secus in prelato per no. in .c. inquirẽdũ. de pec. cle. ⁊ no. in .c. presenti. in gloss. de offi. ord. in .vj. Sed certe non est bona differentia: quia licet in morte differat prelatus a simplici beneficio per glo. in .d. c. presenti. tñ non differũt in vita. q2 quilibet habet administrationẽ. ⁊ censetur vsufructuarius: vt ibi no. ⁊ ꝓ hac parte bene facit. c. veniens. extra de transac. vbi etiã loquitur in rectore ecclesie. ⁊ vult ipso viuẽte seruari cõuẽtionem illam respicientẽ fructus. videf tñ quod hoc debeat intelligi de fructibus qui supersunt vltra necessaria onera ecclesie per no. in .d. c. veniẽs ⁊ que habentur in .d. c. presenti. Et hoc quãdo queritur de debito proprio clerici pro quo ecclesia non tenef. sed si esset debitũ contractum per clericum nomine ecclesie taliter ꝙ ipsa ecclesia teneref secũdum notata in auten. hoc ius porrectũ. C. de sacrosan. eccle. ⁊ in .c. granis. extra de deposi. ⁊ per Inno. in .c. quod quibusdam. in tex. ⁊ glo. ⁊ per doc. extra de fideiusso. tunc pro tali debito non possent molestari bona ꝓpria ipsius clerici. sed bene etiã primo loco bona ecclesie ⁊ fructus ⁊ redditus ipsius ecclesie. facit
3 quod no. Bart. in .l. a diuo pio. §. in venditione. ff. eo. ¶ †Quid autem si vniuersitas aliqua condẽnata in certa quãtitate pecunie nõ habeat nisi campũ fori ⁊ vias publicas. an talia poterint capi in causam iudicati. tetigit Jo. an. in additioni. Spec. in tit. de exec. sen. §. sequitur. versi. quid si vniuersitas. ⁊ cõcludit quod non. vnde quod tunc erit remedium. dic vt ibi. ⁊ in .l. iiij. §. actor. cum ibi not. per Bar. ff. eo. in .l. prima. §. quibus. ff. quod cuiusq3 vniuersitatis nomine.

Summarium.

1 Donator rei vendicatione conuentus ad rem donatã quatenus vti possit beneficio ne vltra ꝙ possit conueniatur.
2 Rei vendicatio vtilis datur matrimonio soluto.
3 Possessor bone fidei fructus naturales non facit suos.
4 Possessor bone fidei quando de fructibus teneatur.
5 Exceptio ne donator vltra posse conueniatur in executione sententie obijci potest.
6 Exceptio sententiam non impugnans post sententiam obijci põt.
7 Donator quatenus facere potest solum tenetur.

Nesennius. Exceptio ista ne quis cõueniaf deducto ne egeat est mere personalis. ⁊ ideo soli donatario obijcitur ⁊ nõ alteri pretendẽti causam ab eodem etiam lucratiuam. ⁊ ea non vtitur donatoris heres nec etiam fideiussor. h. d. ¶ In glo. super verbo respondit nulla. ibi: sed nõ ad secũdam imo respondet ad secũdam in ver. ⁊ sicut. ⁊ tertie respõdet in ver. cui simi. Et intellige literam prout loquitur quãdo animo donãdi ꝓmissio est facta. ⁊ sic agitur de exceptione ne ita quis conueniatur vltra quã facere possit. secus si quis promittat ex eo q2 credebat se teneri cũ vero non teneref cum tunc obstaret exceptio doli ei cui facta esset delegatio ex causa lucratiua. secus si onerosa. l. iul. de doli excep. Et sic debet intelligi glo. q est hic super verbo insolidũ cũ. ll. allegatis in glo. ¶ In glo. super verbo simi. ibi vel dic vt ibi precedẽtem. hic videtur tenere Oldra. sed illa videf cõtra istum text. inquãtum posuit dictionem maxime que implicat idem soluto matrimonio. iuxta no. per glo. in .l. illud. ff. ad .l. aquil. nisi dicas qđ vel abundat. iuxta hoc qđ habetur in in simili in .l. fi. C. de testa. ma. vel implicet idem soluto matrimonio quãdo dos esset remãsura penes virum. iuxta no. in .l. si donaturus. §. fi. ff. de condi. ob cau. Et sic patet ꝙ aut maritus petit a donatore constante matrimonio. ⁊ tunc clarũ quod habet locũ lex ista. Aut soluto matrimonio. ⁊ tũc si dos est remansura penes eũ: idem. ⁊ sic etiã possit hic intelligi. Aut nõ est remansura penes eum sed reuersura ad mulierẽ. ⁊ tunc repellef seu obstabit ei exceptio que obstaret mulieri. ⁊ ita intelligatur. d. l. si extraneus. facit qđ habef in .l. apud celsum. §. idem iul. ff. de do. exce. Et cum hoc videtur etiã in effectu transire hic Bar. ⁊ Ang. tamẽ si ponderetur. d. l. si extraneus videtur sonare genere generaliter qđ etiã si maritus egisset constante matrimonio quod obijci potuisset exceptio. ⁊ sic illa. l. videtur aliqualiter violari restringendo ipsam ad casum quando soluto matrimonio ageret maritus. Et ideo dixit hic Ja. de are. qđ posset dici quod ibi extraneus dans dotem magis dedit contemplatione viri quam mulieris. facit. l. titio centum. §. titio genero. ff. de condi. ⁊ demon. Et ideo obstaret exceptio etiã soluto matrimonio ⁊ sic non obstaret illa. l. que alias secũdum eum fortiter videtur obstare. ¶ In ea. gl. in fi. ⁊ pro hac so. bene facit qđ habetur in .l. meuio. §. auie. ff. de le. ij. Et hanc so. dicit Bal. valde notandam: q2 multe questiones poterũt decidi in statutis ⁊ alijs dispositionibus nam diligẽter ponderanda erunt verba statuti. Et per hoc dicebã pridie in questione de facto ꝙ licet statutũ velit qđ frater habeat tertiam partẽ bonoꝝ sororis decedentis sine ascendẽtibus

ascendẽtibus & descendẽtibus. qđ si decessit istituto marito here de qui non est soluendo ꝙ licet videatur ꝙ si maritus cõueniret per fratrẽ ad dictam tertiam. & consequẽter ad tertiã dotis cum conueniatur immediate condictione ex statuto & non actione de dolo qđ non debeat habere beneficiũ ne cõueniat nisi quatenus facere põt. prout etiam quidã dicebant. tamẽ cõtrariũ videt esse verum: q statutum non facit fratrem succedere in certa quãtitate. sed simpliciter in quota bonoꝝ & consequẽter in effectu in eo qđ mulier poterat exigere a viro. sed ille nõ potuisset exigere cũ effectu si vir non erat soluẽdo: q obstitisset sibi exceptio predicta l. maritum. ff. so. ma. ergo eodẽ modo ex mente statuti obstabit dicto fratri. arg. huius glo. qđ tene menti. ¶ In gl. super verbo insolidũ: ibi secus in exceptione doli. intellige hãc gl. vt dixi in gl. super verbo nulla. q intelligitur quado est exceptio doli que in totum excludebat agentẽ: q pmissor erat debitor putatiuus. nõ aũt itelligas gl. de exceptiõe doli qualitercũꝙ cõcurrit cũ alia: sic cũ illa ne qs dãnetur nisi inquãtũ facere põt. iuxta no. p gl. sing. in. l. qui se debere. ff. de condi. ob cau. alias gl. nõ bene diceret nec probaret per. ll. allegatas per eã Aduerte tñ ad vnũ qđ dixit hic Ang. nã id qđ dictum est in glo. super verbo fini. in fi. videt. secũdum eũ cõtra. l. & si fideiussor. ff. e. vbi fideiussor acceptus pro actione de dote cõuenitur insolidũ. Et sic videtur qđ ille qui pmittit dotẽ vel qđ actione de dote debet. videatur pmittere integrã dotem. nõ autẽ tantũ illud qđ cum effectu posset exigi. rñdet Ange. aliud posse dici in fideiussore dotis ex eo q fideiussionis tẽpore debebatur totũ. Et sic licet postea contingat virũ posse vti hoc beneficio nõ porrigetur ad fideiussorem. secus dicit si postꝙ dictum beneficium competeret ipsi vero intercederet. Sed certe hec respõsio videt diuinatio ad illũ tex. Unde potes dicere ꝙ aliud sit in fideiussore de cuius natura est vt accipiatur in defectũ facultatis. & vt per eũ quis possit consequi sibi debitũ etiã reo nõ existente soluendo. institu. de replica. §. fi. Aliud sit in principaliter promittẽte cui⁹ nõ est hec natura. ideo in ipso inspiciatur verba promissionis. vt voluit glo. Item pro hoc facit. q cũ fideiussor pro dote nõ videatur posse accipi nisi quando ipse vir nõ est soluẽdo secundũ opi. quã tenuit Bar. in. l. si cõstante. §. quoties. ff. so. ma. nunꝙ per talem fideiussorẽ succurretur mulieri cũ semper reperiretur intercedere eo tempore quo maritus non est soluẽdo. et sic frustratoriuz fuisset remedium. c. inter vestras. de donationibus inter vir. & vxo. & istud sit veritas. quicquid ipse dicat.

Fundum. Donator cõuentus rei vẽdicatione ad rem donatã ex eo q possessio est ad eum reuersa non vtetur beneficio ne conueniat nisi quatenus facere põt. h. d. ¶ In tex. ibi dãnandus est. subaudi insolidũ nõ habita ratione ne egeat. ex eo q cũ semel fuerit traditus fundus donatario fuit liberatus donans ab obligatiõe qua tanꝙ donãs tenebat. facit qđ no. in auten. sacramẽta. C. si aduersus vendi. & l. si cum fundũ ff. de contrahen. emp. & sic nõ cõuenitur vt donatarius. sed vt glibet possessor. facit. l. de eo. §. fi. ff. ad exhibẽdum. ¶ In tex. ibi restitui. subaudi preueniẽs sentẽtiã ẽm Ja. de are. ¶ In tex. ibi insolidũ. condẽnandus. i. inquãtum contra ipsum fuerit iuratũ in litem ex quo est contumax in restitutione fructuũ existentiũ apud eũ. facit. l. qui restituere. ff. de rei ven. imputet enim sibi quare nõ restituit. Et hoc est qđ sequitur in litera in ver. potuit Ange. tñ dicebat ꝙ ibi facit trãsitũ ad casum quãdo fruct⁹ sunt cõsumpti. Et similiter ibi dicit eum condẽnari insolidum non tñ debet intelligi secundũ eum quod hoc casu qñ sunt consumpti iuretur in litem: q tales fructus consumpti non possunt repeti nisi per condictionem sine causa que est stricti iuris in qua nõ iurat in litem de quo dicetur super glo. nec videtur hic intellectus de mẽte litere. sz potius quod. ff. dixi. In tex. ibi desijt possidere. s. ipsos fructus. Et ita videtur intelligere Ang. allegat. l. mala. C. de condi. ex lege. Sed tu potes intelligere indistincte id est de fundo vel de

1 fructibus. ¶ † No. quod conuẽtus rei vendicatione nõ videt habere beneficium ne conueniat nisi quatenus facere põt: ne alias si conueniret actione personali illud haberet. & sic facit qđ si maritus conueniat rei vendicatione ad fundũ datum in dotẽ quod non habeat beneficium predictũ. Et hoc videtur tenere Bar. in l. si cõstante. circa finem principij. ff. sol. ma. Sed cõtrariũ tenuit in. l. si filio. la secũda. e. ti. & etiam hic. Et hoc videt verius. vt etiã tetigi in. d. l. si cõstante. & d. l. si filio. ¶ Item no. qđ hic videt esse casus ꝙ si non restituat res consistens in quãtitate. & que recipit functionẽ in genere suo. & sic i qua verisimiliter nõ cadit affectio possit iurari in litem quod videtur cõtra no. in. l. nũmis. ff. de litẽ iur. Sed potes dicere qđ ibi loquitur in pecunia in qua non cadit affectio. & habet certam estimationẽ hic fructus non habebant de se certã estimationem vnde poterit in litem iurari nõ respectu affectionis sed estimationis. facit qđ habetur in. l. in actio

2 nibus. §. plane. & l. furti. de in li. iu. † Et no. singulariter illud qđ dicit hic Bar. circa. l. in rebus. C. de iu. do. inquantũ dat vtilẽ rei vẽdicationẽ sol. ma. q i llud intelligit verũ respectu persone mulieris non respectu heredũ persone mulieris. qđ singulariter no.

¶ In glo. j. ibi ad eum possessio tendit. dic si cõueniebatur actiõe in rem. vt tangit glo. sequens. vnde nimirũ si fructus veniunt: q quod ex re mea peruenit meũ esse censetur. l. solũ. §. j. & l. fructus §. pendẽtes. ff. de rei vendica. vbi aũt nunꝙ fuisset facta traditio ageret vel certi cõdictione ex stipulatiõe si stipulatio interuenisset vel cõdictione ex. l. si qs argentũ. §. fi. C. de dona. Si stipulatio nõ intercessit: q est stricti iuris. q non numerat in. §. actionũ. insti. de actio. & ideo non venirent fructus ex tpe more. sed ex tempore litis cõte. l. cum fundus. in prin. ff. si cer. pe. ¶ In gl. super verbo fructuũ in fi. q. d. de perceptis ante li. con. nõ lucrat. Sed hoc intellige qñ possessio fuisset reuersa ad donatorem bona fide: quia non tenet de consumptis ante litis con. quod intellige vt dicam sup glo. sed bene teneret de consumptis post lit. con. cũ ex tũc iuris fictione factus est male fidei. l. certũ. §. j. de rei vẽdi. & l. nemo. C. de acq. pos. Si aũt reuersa fuit mala fide: tunc est clarũ qđ etiã de perceptis ante li. cõte. teneretur per id quod habet in. l. ex diuerso. & l. fructus. ff. de rei ven. ¶ In glo. super verbo cõsumpsit. ibi post lit. cõte. cõsumpsit dic & sic vult glo. hic de eo qui per contestationem litis ex iuris fictione factus est male fidei. Sed certe tunc qđ. j. dicit glos. vcz qđ si fructus extant peti poterunt. & etiã vẽdicantur. vt. j. proxime sequitur in gl. & etiã tangit. j. circa finẽ

3 glo. non videt bene dictum † ꝙ si loquimur in fructibus naturalibus etiã bone fidei possessor nõ facit suos vt plene no. in. l. ex diuerso. & l. fructus. ff. de rei ven. Et ideo nõ videtur differentia an sit lis cõte. vel non q vtrobiꝙ peti poterũt rei vendicatione. Si vero essent fructus idustriales. tũc bone fidei possessor facit illos suos. & sufficit qđ a prin. fuerit bone fidei. l. quesitũ. §. fi. ff. de vsur. & no. per glo. in. d. l. ex diuerso. in glo. magna. Et sic lz fuerit lis contest. non poterũt peti nec vendicari vnde in hoc nõ videt gl. bene fecisse differentiã an sit lis cõ. vel nõ. Aduerte tamẽ q quod dixi. ff. ꝙ bone fidei possessor nõ facit fructus naturales suos. licet illud cõiter teneatur. tñ Bar. in. l. fructus. licet cõmuniter nõ habeatur in sua lec. dixit illud verũ quando est bone fidei possessor sine titulo. secus si cum titulo. vt videt esse tex. non cauillando in l. bone fidei. in prin. ff. de acqui. rerum do. ¶ Itẽ aduerte inquãtum glo. vult qđ post consumptos post litem cõte. nõ possit iurari in litem. Et ideo videtur hic velle ꝙ illi videãtur petendi cõdictione sine causa. vt infra tangitur in fine glo. que est stricti iuris. & sic non videt posse iurari in litem. contra tñ. l. sentit Azo. Sed possunt concordari. q si sunt consumpti dolose videtur posse iurari in litem per no. per glos. in. l. arbitrium. §. nõ tñ. ff. de dolo si non sunt cõsumpti dolose: forte quia sunt corrupti a seipsis. vel forte quia videbat eos corrumpi & non possunt cõseruari cõsumpsit eos. tunc nõ iuretur in litẽ. Et ita procedat hec opi. Sed tũc obstat q secũdum veram opi. si extarent nõ petũtur rei vendicatione. sed officio iudicis. ex quo fuit possessor bone fidei a principio vt patet ex nota. in dicta lege. fructus. & lege ex diuerso. Et sic videtur quod tunc nõ iuraretur in litem ex quo non ageret actio ne in rem nec bone fidei per. l. in actionibus. ff. de in litẽ iura. Et sic multominus in aliquo casu debet posse in litem iurari re perẽpta seu ipsis fructibus peremptis. Sed potes dicere qđ imo posset iurari in litem si extarent & ad mandatum iudicis nõ restituãtur. quia propter contẽptũ iudicis. tunc etiã super qualibet actione iurari põt in litem per ea que habetur in. l. qui restituere. ff. de rei vendi. & l. iiij. §. si dicat. ff. fini. reg. Et no. Bar. in dicta. l. actionibus. vnde si dolose desijt possidere cum habeatur pro possessore lege is qui dolo. ff. de rei vendi. similiter poterit iurari in litem. Barto. tamẽ hic videtur intellexisse duas primas opiniones hic positas in glo. in eo qui semper fuit male fidei. Et duas vltimas in eo qui fuit bone fidei. ¶ In ea. glo. ibi nec officio primi. Et sic

4 vult gl. † quod bone fidei possessor de fructibus perceptis ante litem contesta. nullo modo teneat si sunt cõsumpti. quod intellige in industrialibus. Nam pro naturalibus tenet quatenus factus est locupletior cõdictione sine causa. vt no. in. d. l. ex diuerso. & l. fructus per gl. & plene per Bar. in repetitione illius. l. & per Cy. in. l. certum. C. de rei vẽdi. Itẽ in industrialibus limitat Ange. hoc verum nisi ipse possessor factus fuerit locupletior & cõueniat petitione hereditatis vel alia actione in qua nemo condẽnatur nisi quatenus factus est locupletior. vt est videre in cõdictione indebiti. l. in summa. §. si seruum. ff. de cõdictione indebiti. Nã tũc bene condẽnabitur ad restitutionẽ quatenus factus est locupletior. allegat notata per Inno. de resti. spo. c. in literis. Adde qđ etiam fuit opi. Pe. in dicta. l. certum. Bar. aũt in. d. l. fructus. lz cõmuniter fateatur nostram gl. tñ dicit posse de iure defendi qđ indistincte etiam pro industrialibus consumptis teneatur possessor bone fidei quatenus est factus locupletior. q ex quo ad illos tenebatur parti iudicis officio si extabunt erũt quodãmodo debiti ipsi agenti. & sic ex re agẽtis vel saltem sibi quodãmodo debita. & ad eũ pertinẽti. ergo debet tenere. ar. l. si me & titiũ. cum ibi no. ff. si cer. pe. Et hec opi. habet in se magnum colorẽ aliter tamẽ pro modo non firmo. & ipsum aliqualiter videtur sensisse Cy. in d. l. certum. ¶ Item attẽde q ex predictis patet qđ qñꝙ fructus

extant ⁊ possident per cōuentū ⁊ nō vult restituere. Quādoq; tñ dolo desiit possidere trāsferendo possessionē in alium. Quādoq; non extant ⁊ sunt cōsumpti. ⁊ hoc casu aut sunt consumpti dolo aut nō. Et in oībus istis an possit iurari in litē patet ex ꝑdictis. ¶ Unū tñ nō omitto qñ quis semp fuit male fidei: qꝛ tūc cōmisit furtū fructus recipiēdo. videt̄ ꝙ non extātibus fructibus possit iurari in litē iuramēto qd̄ est veritas per id qd̄ habet̄ in. l. actiōibus. cum ibi no. per Bar. ⁊ l. cum furti. de in litem iuran.

5 **Insolidum.** †Etiam in executione sententie obiici pōt exceptio ne donator excutiat̄ vltra
6 ꝙ facere possit. h. d. no. ¶ †No. ꝙ exceptio que nō impugnat sententiam sed venit ad moderādam executionē pōt obiici post sententiam. facit quod habetur in. l. pe. §. quod cū eo. Et per hoc idē videret̄ dicendū de exceptione que cōpetit heredi cōficiēti inuētarium ne excutiatur vltra vires hereditarias. qd̄ etiam tenuit hic Bar. ⁊ Ange. facit qd̄ no. in spe. in ti. de instru. edi. §. dicto ver. sꝫ nūquid heres. Et per hoc patet ꝙ nō est speciale in donatore tantum. licet Ja. de ra. hoc tenuerit vt hic refert Ang. sed non bene
7 scd̄m eū. ¶ †Item not. ꝙ donator tenetur solū quatenus facere pōt. itellige deducto ne egeat. ⁊ similiter ere alieno deducto. l. inter eos. §. fi. §. e. Et sic ei relinqui debet tm̄ qd̄ ere alieno deducto sufficiat ad alimēta. ⁊ debebit ſm Dy. fieri consideratio alimētorū secūdum conditionem persone. Nam alia alimenta debentur militi. alia rustico. alia seni. alia iuueni. facit quod no. per eundē in. §. itē si de dote. insti. de act. Et ꝓsequit̄ Ang. qñ debent̄ alicui alimēta de ꝓprio suo patrimonio vt pupillo per tutorē. qualiter sint cōsideranda. quod in effectu patet in. l. si plures. cū. l. se. §. de admi. tu. Item quādo quis est alēdus de suo. qd̄ tamen subiacet restitutioni in cōditionis euentū. Exēplū in aut. cōtra rogatus. C. ad trebel. de quo dic vt ibi. ⁊ in aut. res que. C. cōia de legatis. Item qñ debent̄ alimenta alicui de bonis que an eius sint futura vel non dubitat̄. Exemplū cū mittitur mulier in possessionem ventris noie. Nam dubium est an venter sit futurus dñs vel non de quo dic vt in. l. j. §. si mulier. ⁊ per totū. §. de ven. in posses. mit. Item quando debet̄ ex bonis alicuius alteri. puta per heredē legatario alimētorum. Et hoc dicit notabiliter ꝙ alimenta debēt prestari secundū quātitatem reddituū ⁊ conditionem legatarij. Adde ſm Ang. quod si fructus non sufficiūt ad alimenta relicta non poterit petere legatarius qd̄ heres ponat manum ad vēdendum ꝓprietatē. tex. est sing. bene notandus in. l. iiij. ꝟ. ti. ij. facit qd̄ no. Bar. licet ipse nō alleget in. l. imperator. §. ad trebel. Et istud dictum perpetuo no. ¶ Item ⁊ vltimo qñ alimenta debētur alicui. ⁊ de suis ꝓprijs bonis intuitu reuerētie vel pietatis. Exēplū in donatore ⁊ similibus de quibus in. l. inter. cū se. §. eod. Et hoc casu dic qd̄ in donatore debet es alienū. ⁊ vltra hoc debet sibi tātum remanere quod sufficiat ad alimēta sui. Et sic nō habebitur ratio secūdū eum sue familie. sine qua suū corpus sustentare pōt ⁊ intelligitur conueniēter secundū eum. allegat eo. per Dy. in dicto. §. item si de dote. Et sic forte habebit̄ ratio saltē alicuius persone habētis sibi seruire si forte alias cōmode sustentari nō possit ⁊ licet ipse non dicat facit quod no. ꝟ. de verb. obli. l. si stipulatus fuero per te nō fieri. In alijs aūt non habebitur cōsideratio eris alieni. dicta. l. inter eos. §. fi. cū ibi notatis. ⁊ latius hic per eum. ¶ In glo. fi. in fi. adde pro materia huius. §. quod dixi in. l. ex diuerso. §. penul. seu fi. §. matri. Jo. de Imo.

Summarium.

1 ☞ Sententia diffinitiua immutari non potest.
2 Sententia diffinitiua in accessorijs ferri potest sine scriptis.
3 Sententia quādo interlocutoria dicatur que super expēsis fert̄.
4 Officium delegati statim lata sententia expirat.
5 Sententia interlocutoria per principem cōfirmata an possit per ferentem reuocari.

¶ Eadē die / ...lde an ar- / ...ter vel de- / ...gatis pos- / ...t eadē die / ...expēsis cō- / ...nare glo. / ...sing. in. l. / ...a arbiter / ...de arbi.

a
1 **Paulus.** Iudex etiam post diffinitiuam eadē die[a] circa accessoria supplere pōt. h. d. ¶ †Nota quod iudex non pōt immutare suam sententiam diffinitiuā. Nam de interlocutoria dictū fuit in lege quod iussit. Et intellige hoc verū etiam circa accessoria cum hic indistincte loquat̄. Et sic videtur qd̄ lꝫ si iudex omisit in sententia diffinitiua de accessorijs. puta de fructibus vel expensis possit pronūciare eadē die per id quod hic d̄r in fine. tñ si ꝓnūciauit vel taxauit expensas in diffinitiua non poterit immutare etiā eadē die augendo vel minuēdo. quod tenuit hic Bar. ⁊ idem An. allegat notata per Innoc. extra de procuratoribus. c. auditis. ibi tñ hoc clare dicit. sed tu potes allegare gl. que hoc aperte voluit in l. ij. C. de senten. ex peric. reci. Et circa hoc adde qd̄ no. spec. ⁊ Jo. and. post eum in tit. de arbi. §. fi. vers. quid ergo si cū posset. vult quod iudex possit immutare sentētiam dummodo incontinenti faciat ad instar eius quod d̄r de teste in. c. preterea. extra de testibus cogen. Sed an hoc sit verū dicam in. l. iudex. ꝟ. eo. vbi Bart. videtur tenere contrariū. lꝫ pro dicto Spec. faciat in. l. itē labeo. ⁊ quod ibi notatur. §. fa. hercis. ¶ In glo. j. in fi. illi casus proprie loquuntur quādo talis est sentētia que nō transit in rem iudicatam vel remedio supplicationis vel restitutionis pōt retractari. alias retractari non posset nisi in casu speciali ⁊ in similibus no. in. l. j. C. de iuris ⁊ facti igno. ¶ In glo. ij. in fine. Et sic vult glo. cōiuncta cum textu quod si eadem die non ꝓnunciauit de fructibus non possit postea pronūciare pro quo facit: quia lata sententia diffinitiua expirat iudicis officium super accessorijs. l. iiij. C. deposi. Et sic nō videtur posse se interponere nisi eadem die per hanc legē. Sed hoc limitat Rofre. nisi in diffinitiua iudex differret ꝓnūciare de fructibus. quia de eis plene nō liqueret. Nā tūc poterit etiam ex interuallo dato quod fructus venirēt ex officio iudicis mercenario. Et ideꝫ dicit etiā si nihil de fructibus nihil penitus dixerit. si tñ sint fructus qui debeantur iure actionis. id est officio iudicis qd̄ loco principalis actionis succedit: quia licet instantia sit finita super principali non est finita super fructibus qui eque principaliter petuntur. Et hoc tenet Spec. ⁊ Joā. and. post eum in titulo de alleg. ⁊ dispu. §. sane. ver. quid de fructibus. Et hanc opinionē tenet hic Ang. in fructibus qui principaliter petuntur iure actionis. Sed vbi venirēt iudicis officio mercenario dicit hoc esse sibi dubium: quia lite principali sopita non pōt tale officium durare. facit licet nō alleget quod habetur in dicta lege. iiij. C. depos. ⁊ l. si mulier. §. si rem. de legatis. ij. allegat notata per Inno. de dolo ⁊ contu. c. dilectus. vbi d̄r ꝙ iudex nō pōt sibi reseruare condemnationem expensarum. licet si condēnet in expēsis possit sibi reseruare taxationem que est quedā executio cōdemnationis. de quo per gl. et Cynum in. l. terminato. C. de fru. ⁊ lit. expen. tu adde quod Inno. hoc non dixit in dicto capitulo cum dilectus. sed in cap. finem litibus. eodem titulo. Item adde quod Bar. voluit contra et etiā glo. in. d. l. terminato. de quo dic vt ibi. Item adde quod fructus non videntur posse peti principaliter cū re per. l. fundi. ⁊ l. fundum. cum ibi no. ꝟ. de excep. Nisi forte pars conuenta non excepisset. ar. quod no. Bart. in. l. naturaliter. in tertia questione vt mihi videtur. §. de acquiren. pos.
2 dixit etiam hic Ang. in principali questione† quod cum sententia diffinitiua debeat ferri in scriptis. sed in accessorijs. puta in sumptibus ēt fructibus poterit ferri etiam sine scriptis. Et sic dicit sensisse Bart. in. l. patris et filij. ꝟ. de vulga. et pupil. quod intellige verum si fertur seorsum ab ipsa diffinitiua. alias secus cum sit pars diffinitiue secundum eum. allegat. l. qui agnitis. cum ibi no. ꝟ. de excep. Tu adde. quod in lectu. Bar. in. d. l. patris. communiter nō habetur hoc dictum. Item pro opi. quam asserit Bar. facit quod sententia super expensis videtur interlocutoria de se cum non diffiniat negotium principale. ⁊ no. expresse gloss. in. l. quod iussit. §. e. et ibi etiam tetigi. Et sic videret̄ qd̄ possit ferri sine scriptis. ⁊ sufficit quod redigatur in scripturam apud acta per no. in. l. ij. ꝟ. de appel. et per Barto. in. l. titia. ꝟ. de accu. Nec est absonū qd̄ cū diffinitiua feratur etiam aliqua interlocutoria. vt est tex. cum glo. in. d. l. qui agnitis. ⁊ qd̄ ipsa sententia super expensis sit interlocutoria. clarum videtur quando fertur ante diffinitiuā per no. in dicta. l. quod iussit. ⁊ per Inno. in c. sepe. circa prin. extra de app. Sed vbi fertur cum ipsa diffinitiua est magis dubium cum idem videtur dicendum per ea que superius sunt dicta. quia tamen expirat officiū iudicis lata diffinitiua ⁊ non durat nisi quatenus reperit̄ expressum. l. iiij. C. depositi. Ideo cū hic dicatur solū qd̄ possit addere eadē die super accessorijs. ⁊ simpliciter dicatur qd̄ non possit mutare non poterit mutare etiā super ipsis accessorijs etiam eadem die. ⁊ hoc vl-
meratas equalitate seruata.ar.l.iam hoc iure.s.de vulg.⁊ pup.⁊
pro hoc facit etiã text.cum glos.in.l.quesitum.j.eo. Et no.hic ap-
probari opi.Placen.tanq̃ valde notabilem licet al's consueuerit
communiter reprobari.¶In eadem glos.ibi.l.apud iul.§.j. ⁊ si.
et similiter patitur adiudicationem ex causa damni infecti.l.iij.
§.j.s.titu.j.⁊ de materia in titu.de primo ⁊ secundo decreto.§. re
stat.ver.sed pone qđ pupilli.vbi per Spe.⁊ Joan.an.in additio-
nibus.⁊ dixi in.l.si finita.§.si forte.s. de dam.infec. ¶In eadem
glossa.ibi.§. si forte.sed ille.§.loquitur in causa damni infecti vbi
ipsa res debet et non persona.An autem in aliis obligationibus
habeat locum restitutio in absentem causa reipublice si deuentũ
sit ad secundum decretum.Jacobus de Rauen.vt hic refert An
gelus tenuit quod non per legem vt in possessione.§. primo.et.l.
ad cognitionem.quibus ex causis in possessionem ea. Sed ipse
tenet contrarium si per venditionem absens sit lesus.per nota.in
l.ignorare.C.de restitu.milit.⁊.l.fulcinius.§.j.j.ti.iij.Sed tu dice
re potes quod in aliis casibus cum requiratur latitatio vt possit
deueniri ad secũdum decretum.dicta.l. fulcinius.§.j. et.ij. vide-
tur quod contra absentem ex iusta causa non possit interponi: et
si interponatur sit ipso iure nullum. Et sic non videtur procede-
re dictum Jac.de ra.nec Ange. posset tamen saluari quãdo vrge
ret es alienũ.⁊ dilatio esset allatura creditorib⁹ periculũ.nã tunc
dato curatore bonis poterit deueniri ad venditionem sicut in di
cto casu fieri põt cõtra pupillum ⁊ furiosum.l. fulcinius.§. adeo.
j.tit.iij.⁊ voluit sentire glos.notabiliter in.l.eum qui.j.de priuile.
cre.quã reputo singularẽ:nã tunc si esset lesus poterit restitui per
no.in.l.si cũ militaribus.C.de restitu.mili.non obstat.d.l. in pos-
sessionẽ.§.j.quia illa potius facit p eo quod dixi. Et similiter nõ
obstat.l.ad cognitionez. quia loquit in absente ex cã iniusta puta
relegato propter delictũ.facit quod habetur in.l.papi.exuli.s.de
mino.An autẽ latitatio requira tempore primi ⁊ secundi decre
ti.An vero sufficiat tempore secũdi licet fuerit dubium cõiter te-
netur sufficere tẽpore secũdi.per.l.ignorare.C.de restitu.mili. vbi
est casus notabilis.¶Extra glo.adde dictis Barto.duo. primo
inquantũ dicit q vbi a principio iudicium est agitatũ cum pupil
lo tantum non valet iudiciũ licet postea in processu cũ tutore. nã
intellige hoc verũ qñ lis fuit contestata cũ pupillo:cum per conte
stationem dicatur lis initiũ sumere in aut.de litigio.§. si vero ini
tium.Et sic cuz tunc contestatio habea pro nulla:facit qđ habe
in simili in.l.si pater.C.de statu defunc. non põt sequi aliqua sen
tentia valida cũ deficiãt solennia iudiciorũ:per not.in.l.prolatã.
C.de senten.vñ forte secus si pupillus fuisset citatus ⁊ comparuis

set τ recepisset libellū. τ ei datus fuisset terminus ad respondendum. τ postea responderet autore tutore. τ litē ꝯtestaretur. Nam tunc videreť iudicium valere si postea cōtinue interuenisset tutor
2 arg. no. per Bar. in. l. j. §. sufficit. de admini. tu. ¶ †Itē adde scdo quis debeat citari: an pupillus an tutor an vero pupillus cum tutore. τ similiter de adulto. τ ꝯsequenter cōtra cuius personā debeat cōcipi libellus de quo tetigit Bar. in. d. §. sufficit. vbi adherēdo illi textui videtur concludere qđ in potestate est ipsius pupilli τ tutoris an cōueniatur ipse solus tutor an vero pupillus cū tutore. Sed in adulto ecōtra electio erit agētis nisi in casibus in quibus pupillus vel adultus abest. Sed certe gl. ibi in duobus locis scʒ in verbo licentia. τ in ver. ipsum licentiā tenuit nō esse differentiam iter pupillū adultū τ per consequēs etiā in adulto erit in potestate curatoris τ ipsius adulti quis cōueniri debeat. τ hoc etiā tenuit Inn. in. c. accedens. ad fi. extra de procur. Posses forte concordare opi. qꝛ si cōueniatur pupillus tutore autore poterit velle solus tutor cōparere τ cōtra eū dictari iudiciū. secus forte in adulto qui est maioris discretionis. Et sic possit intelligi opi. Barto. Sed vbi conueniretur solus curator tunc possit velle quod iudicium dictetur adultū τ ipsum curatorem. τ non contra ipsum curatorē tantū sicut τ tutor cum videať eadē ratio que in tutore. Et fortior cū adultus sit maioris discretionis. τ sic fortius debet acceptari per agentē. Et ita intelligatur opi. glo. τ Innocen. Unum etiā adde quia dixit ibi Bar. qđ sufficit simpliciter citari pupillū absqꝫ eo quod citetur tutor. quia intelligitur quod comparere debeat legitime adeo quod si fuerit cōtumax poterit contra eū perueniri ad primū decretū licet nō ad secundum per. l. apud iulianum. ʃ. ti. iij. Sed certe istud nō videť verū imo videť qđ tunc nō teneat primum decretū ipso iure nisi etiam fuerit citatus tutor in casu in quo cum habeat vel si nō habet citati sunt amici secundū formam eorum que habentur in. l. hoc autem. §. non defendi. τ §. se. ʃ. ti. iij. vbi de hoc videtur casus. Et bar. etiam ibi videtur hoc sentire. Et sic in hoc videtur sibi fuisse contrarius. Et ita etiā fuit de mente Spe. τ Jo. an. in ti. de primo τ secundo decreto. §. restat ver. sed pone quod pupilli. Et sic de facto fuit obtentum.

3 **Is qui ad maius.** †Vocatus ad maius tribunal si nō cōparet corā minori contumaciā nō incurrit. h. d. ¶ Nota quod dixi in summario qđ limita quando iudex maior habet immediatā iurisditionē in citatum. alias esset secus vnde citatus coram episcopo si citaretur per archiepiscopum non teneretur comparere coram ipso archiepiscopo nisi esset casus specialis in quo immediatā iurisditionē haberet in subditum sui suffraganei de quibus in. c. pastoralis. extra de offi. ordi. nam vt ibi patet regulariter non habet immediatā iurisditionem in subditum suffraganei. Itē limita hoc verum quando citatur pro eadem die vel hora. alias si pro diuersa taliter quod coram vtroqꝫ posset comparere deberet corā vtroqꝫ comparere suo tēpore. vt no. glo. in. l. qui de crimine. C. de accu. τ l. ij. §. qui exhibendi. ʃ. de custo. re. vbi Bar. examinat materiam huius. §. Quid autem si tribunalia essent equalia. τ semel vocat' est ad eundem terminum. dic qđ gratificari poterit citatus cui volet saluo nisi periculum esset in mora in altera causa. vel nisi vna illarum esset grauior altera per ea que habentur in dicto. §. qui exhibendi. Si autem coram neutro cōparet poterit mulctari per vtrunqꝫ secundum Ange. cum vtrunqꝫ videatur cōtemnere alle. l. iij. §. j. seu. §. si cum oēs. ʃ. ad sil. τ quod not. gloss. in. l. ciues. C. de incol. li. x. Si autem essent duo delegati ab eodem vnus ad vnam causam specialem alter ad vniuersitatem causarum τ ambo eodem tempore citant eundem dic quod comparebit coram delegato deputato ad causam specialem secundum Ang. alle. Bar. quia species derogat generi. l. vxorem. §. felicissimo de leg. iij. Sʒ forte potest dici quod gratificationi esset locus quia delegatio ad vniuersitatem respectu cause specificate in citatorio habetur pro delegato speciali no. argu. in. c. pastoralis. §. fi. de rescrip. τ in. c. ex tua. cum ibi no. extra de fi. presby. Et ad materiam bene facit quod habetur in. c. cum parati. extra de appel.

¶ Delegat' Addō Abb. i. c. studuisti de offi. dele. vbi alleg. dictū bart. qđ delegat' pōt restituere in integrū aduersus sniaʒ latam p eūʒ si nō est mādata executori. Tamē facit in ꝯtrium ter. i. l. aduersus. C. si aduer. rem iu.

Summarium.

1 Iudex sententiam a se latam immutare non potest.
2 Iudex sententiam ferens diffinitiuam iudex esse definit.
3 Iudex errorem suum corrigere nequit.
4 Delegatus certa accessoria eadem die potest supplere.
5 Superior an possit adiri super nullitate sententie.
6 Iurisditio delegati an finiatur per sentētiam nullam a se latam.
7 Delegatus sup cā nullitatis an possit sententiā nullā reformare.
7 Pacta in eodē cōtextu orōnis posita dispositioni inesse cēsentur.
9 Iudex an τ qñ possit addere vel minuere vel etiā immutare sniaʒ.

a **Iudex.** ¶ Delegatus vel ordinarius sententiā diffinitiuā corrigere non potest. h. d.
1 ¶ †Nota quod postqꝫ iudex tulit sniam non pōt postea illam immutare. quod intellige verū in diffinitiua. secus in interlocutoria vt tangit gloss. τ per hoc intellige qñ tulit sniam super principali negotio vnde secus si tulit absolutoriā ab obseruatione iudicij ratione inepte petitionis. Et sic super instātia tantū: qꝛ tunc nō expirat officiū iudicis super negotio principali etiā si fuerit delegatus vt no. dixit specu. in titu. de offi. iu. §. deseruit. versi. quid si proponēs. Et est ratio quia illa censetur in
2 terlocutoria vt no. Bar. in. l. titia. ʃ. de accu. ¶ †Itē no. illud vulgatum quod iudex sententiando diffinitiue desinit esse iudex qꝛ functus est officio suo seu bene seu male. facit extra de offi. deleg. c. in literis. Et ibi de materia per Innocen. τ aliquid de re iu. c. j.
3 ¶ †Itē not. qđ iudex non videtur posse corrigere errorem suum de quo aliquid per Jo. an. in. c. ij. super glo. extra de pur. vul. τ facit quod habetur in. l. quia τ si errauerit. ʃ. de arbi. τ quod. ʃ. dicetur. Et facit qđ notarius nō possit corrigere errorē suum de quo in specu. de instru. edi. §. postremo. ver. sed nunquid confecto. et plene per Barto. in. l. si librarius. ʃ. de re iudi. ¶ Item no. intelligendo hanc. l. in delegato prout etiam communiter intelligitur iuncta. l. paulus. ʃ. eo. qđ hic videtur casus apertus iuncta. d. l.
4 †qđ etiā delegatus possit supplere certa accessoria eadē die. facit quod no. glo. in. l. j. C. si a nō cōpe. iudi. licet illa non clare probet si bene inspiciatur de quo tetigi in. d. l. paulus. Et pro predictis facit quia alias exceptio hic posita non esset de regula contra no. in. l. j. τ in Rubrica. ʃ. de re iudi. ¶ In glo. j. in fi. Et sic ptʒ qđ id qđ hic dicitur qđ lata snia iudex desinit esse iudex. Et an τ quādo possit interlocutoria corrigi vel mutari dicendum est vt in. l. qđ iussit. ʃ. e. ¶ Item scdo hoc debet intelligi quando lata fuit snia super negotio principali. secus si super instantia puta qꝛ lata sit snia absolutoria ab obseruatione iudicij rōne forte inepte petitionis vt tetigi in notabili. An tū talis snia dicatur diffinitiua vel interlocutoria vide nota. per Bar. in. l. titia. ʃ. de accusa. vbi sentit quod sit interlocutoria. Et possit mutari recurre ad. d. l. quod iussit. ¶ Itē an tertio hoc est verum quando sententia fuit aliqua lʒ forte iniusta. Si aūt fuisset nulla tūc secus si est lata per ordinarium: qꝛ sententia nulla non videtur finire iurisditionem iudicis ordinarij nec eius officium etiam mercenarium nec instantiam cause. vnde in eadem instantia poterit iterato pronunciari. τ interdum ex eisdem actis de quo dicetur in. l. cum querebatur. ʃ. eo. Et adde etiam quod dicetur. ʃ. super glo. seqn̄. Si autem fuisset snia iudicis delegati illa regulariter finit iurisditionem ipsius iudicis τ ꝗ̄n eius officium. Fallit in casibus de quibus dicetur sup glo. seqn̄. non tamen finit instantiam quia non posset haberi recursus ad superiorem delegantem. quia ex alia instantia τ ex eisdem actis quandoqꝫ poterit pronunciare. facit quod habetur in auten. ad hec. C. de iudi. τ extra de offi. dele. super questionum. §. j. Non enim debet posse delegans minus hoc casu quam si per se sententiam nullam tulisset arg. l. ita autem. §. iussisse. ʃ. de administra. tuto. τ de reg. iu. Qui per aliū. lib. vj. ¶ Item quarto intellige hoc verum preterqꝫ quo ad executionē si est iudex ordinarius Et idem si delegatus principis vt. l. a diuo pio. in principio. cum ibi not. ʃ. eodem. τ extra de officio dele. in literis. τ. c. ꝗ̄renti. Sed in alio delegato desinit esse iudex etiam quo ad executionē vt no. in. d. l. a diuo pio quod tamē an procedat de iure canonico dic vt ibi dictum fuit. Et ratio quia in predictis casibus nō expirat quo ad executionem: quia licet lata diffinitiua desinat esse iudex quo ad ea que habent expediri iudicis officio mercenario. quia illud expirat lata sententia. l. iij. cum ibi nota. C. deposi. tamen non expirat officium iudicis nobile. Et ideo cum executio petatur officio iudicis nobili vt no. per Butri. in. l. argentarium. §. nomine ʃ. de iudicijs. τ per Bartolum. in lege a diuo pio. §. j. ʃ. eodem. ideo quo ad illam non desinit esse iudex. ¶ Unde generaliter et quinto non desinit esse iudex quo ad ea que iudicis officio nobili expediuntur vt est impositio mulcte iuxta nota. in lege imperij. ʃ. de iur. om. iud. τ similiter restitutio in inte. aduersus sententiā iuxta no. in preall. l. imperiū. facit qđ tangeť super glo. sequēti. ¶ Item sexto hoc verum preterquā quo ad accessoria expēsarū vel fructuū. Nā lʒ illa officio iudicis mercenario expediantur. facit. l. ediles. §. item sciendum. ʃ. de edil. edic. τ. C. de fru. τ litis expē. l. terminato. tamen nō desinit esse iudex quin eadem die possit de illis se intromittere vt in. l. paulus. ʃ. eo. ¶ Sed hic insurgit dubium quid si iudex in parte condemnauit reum τ in pte absoluit. τ postea dicit victum victori in expensis condemnamus. An tunc talis sententiā super expensis valeat Barto. videtur velle quod non in. l. si legatario. §. fi. ʃ. de fideicom. li. per illuʒ ter. quasi videatur quodāmō incerta ex quo nullus eoꝝ precise vicit. Sʒ forte pōt dici ꝯtriū. nā pōt dici qđ videať cōdēnasse pro rata ꝑ qua glibet vicit respectu expēsaꝝ factaꝝ ꝑ illa rata cū participiū resoluať in verbū τ relatiuum vt no. gl. in clemē. j. de pre. τ Bar. in. l. j. ʃ. de condi. τ demon. Et sic dum dicit victū victori intelligitur dixisse illum qui est victus ei qui vicit in expensis cōdēnamus. τ consequēter intelligitur dixisse quatenus vicit τ quatenus est victus iuxta no. in. l. stichus qui meus. erit de le. j. Et ideo

cum ex

cum ex tenore snie appareat pro qua rata vicerit et pro qua est victus satis redditur snia certa per.l. ait pretor.§.j.ff.e. et ideo quatenus concurrit quantitas vnius cũ quantitate alterius poterit fieri compensatio et residuum exigi. et si ex toto esset equalitas vt qr in dimidia quãtitatis petite esset facta condẽnatio. et in dimidia solutio in effectu nomine expensarũ nil poterit exigi. facit qd habet in.l.cum pater.§.antepe.ff. de leg.ij. vnde consueuit etiã sepius practicari qd in casu predicto qñ vna partium in parte vicit et in parte est victa absoluit vtrãq ab expẽsis. facit qd habet in.l. gñaliter.§.his de presentibus cũ sua gl. et per ibi no. per doc. C. de rebus cre. Nõ obstat predictis.d.l.si legatario.§.fi. qr si pronũciaretur ibi simpliciter libertatẽ debere absentibus illis qui debebãt manumittere ex tenore snie nõ appareret qui deberẽt esse patroni. et qui nõ ideo expedit vt iudex declaret qui fuerunt absentes ex iusta causa et qui nõ. sed in casu nostro ex tenore snie snia super expensis satis redditur certa. ¶ Item scdo põt dubitari quid si iudex absoluit reum et postea dicit. et victum victori in expensis. et plus non dixit. An tunc valebit snia super expensis et intelligat actor cõdemnatus. dubiũ facit qr deficit verbum condẽnamus. Nec põt intelligi repetitum ex precedentibus ex quo precessit snia absolutoria. et sic verbũ absoluimus. secus vbi precessisset snia condẽnatoria et sic verbũ condemnamus qr tũc ex vi copule intelligeret repetitũ in sequentibus. facit.l.seia.§.gaio.ff.de vsufr.le.et.l.j. in prin.ff.de publica. Bar. in hoc variauit. et fuit sibi contrarius. nã in.l.j.§.fi.ff.de here.insti. tenuit qd valeat snia per illũ text. vbi patet qd licet simus in actu in quo requiratur scriptura vt est testamentũ in scriptis tñ subauditur verbũ principale ex mẽte disponẽtis. vnde si dicitur titiũ heredẽ subintelligit instituo. Sic ergo eodẽ modo in proposito subaudit verbum condemnamus ex mente sniantis. cõtrariũ ipe tenuit in.l.preses.C.de sen. et interlo. om.iu. per illã.l. inquantũ vult qd snia debeat cõtinere absolutionẽ vel cõdemnationẽ. alr nõ valet. Et respondet ad dictã.l.j.§.fi. qd ibi loquitur in testamẽtis in quibus fit latior interpretatio vt deseruiatur mẽti testãtis.l.in testis.ff. de re.iur. Sed nos loqmur in actu snie que debet ferri in scriptis et precedẽte deliberatione matura. et recitari etiã i scriptis. vt.l.j.et.ij.C. de sen.ex peri.reci. et facit qd habetur in.c.fi.de re iudi.in.vj. Et sic solennitas rigorosa in eo requiritur. et stricti iur. est etiam cũ verba eius stricte sint intelligenda vt patet ex no.in.l. iulianus verũ debitorẽ.ff. de cõdi. inde. et ideo in illa videt secus. videt enim valde imputandũ iudici qui sciẽs se astrictũ ad tam rigorosam solẽnitatẽ nõ diligẽter inspexit qd scripsit qd recitare debuit. Et ista pars forte de iure verior licet alia videatur equior attẽta verisimili mẽte sniantis. Si vis illã sustinere de iure potes pro ea allegare: qr snia super expensis de se et sui natura est interlocutoria vt dictũ fuit in.l.paulus ff.e. Et sic de necessitate in sui prolatione nõ requirit tantã solẽnitatẽ quantã diffinitiua cum possit etiã proferri verbo et sufficiat redigi in scripturam per no. per glo.in.l.fi.ff.de appella. et p Bar. in.l.titia.ff.de accu. Et sic in casu predicto presumi põt plus dictũ et minus scriptũ. arg.no.in.d.l.j.§.fi.de here. insti. Et ideo debet valere nisi dicas qd cũ lata sit simul cũ diffinitiua censeatur ipius pars. et ipsius debeat sequi naturam ar. extra de re.iur.c. accessoriũ.lib.vj. Et facit etiã qd dixi post Ang.in.d.l. paulus. Sed ad hoc posses rñdere qd lz sit lata simul cũ diffinitiua est lata tñ sup diuerso articulo. ideo non est absonum qd separatim censeat ab ipso articulo diffinitiue ar.no.in.l.etiã.§.j.ff.de mino. et facit etiã in argumentũ quod habet in.l.scire debemus.ff. de ver.obli. Nec est absonũ qd accessorium censeat diuerso iure a principali si sit diuersa ratio per no.in.c.debitores.extra de iureiuran. et.e.tit.c.cũ contingat. Et pro hac parte etiam facit quia in dubio debemus fauere vt res potius valeat quã pereat.ff.de ver.si.l.quoties. et in c.abbate.extra de ver.sig. ¶ In gl. secunda ibi. hoc tamen fallit ff.e.l.paulus. aduerte quia ista fallentia refertur ad primum dictum.l. in quo dicitur quod lata sentẽtia desinit esse iudex. Nam istud est verum preterq̃ ad accessoria supplenda eadem die vt ibi non autem refertur ad proximũ in quo dicit de correctione vt patet ex no.in.d.l.paulus. ¶ In eadem glo.ibi.l.illicitas.in fi.ibi loquitur in mulcta que iudicis officio nobili expeditur. ideo nimirũ si potest postea remitti si iudici videatur. facit quod dixi super prima glo. Et per hoc patet quomodo intelligatur.l.diuus. que sequitur qr loquitur in restitutiõe in inte. que iudicis officio nobili expeditur. ¶ In eadem glo. ibi sed dic hec vera licet Bart. hic dicat quod sit speciale in iudicibus de quibus ibi vt possint suas sententias corrigere. quod nõ puto verum qr illa.l. hoc non probat vt patet ex eius tenore. nec alia.l. etiam id probat. ideo remanemus sub regula huius.l. nisi forte esset princeps qui nõ ligatur lege licet sit congruum quod secundũ leges viuat.l.digna vox.C. de legi. Et de prefecto pretorio qd nõ possit contra ius facere habetur expresse in.l. formam.C. de offi. prefec. preto. ¶ In eadem gloss. ibi in aliis casibus quos notaui. Et adde quod dictum fuit in.l.paulus.ff.e. ¶ In eadem glo. in fi. Et sic vult glo. quod quãdo sententia est nulla si est ordinarius qui tulit possit ipse idem cognoscere et iterato ferre sententiam. secus si sit delegatus. et sic sententia nulla non finit iurisditionem iudicis ordinarij: sed delegati sic.

5 ¶ Circa primum aduerte quia est questio an super nullitate poterit adiri superior. et si poterit adiri an poterit etiam sententiã reformare. Et sic super principali causa pronunciare. Inno.in.c.de cetero.ad fi. extra de re iudi. dixit qd ipse idem qui tulit vel successor per viam nullitatis debet adiri non superior qui solum per viam appellationis poterit adiri per.l.iiij.C.de ap. Sed glo.ibi dicit qd est in electione partis an velit adire eundem vel successorem. an vero adire superiorem per.l.absentem.eo.ti. Bar. hic recitat opi. et finaliter vult qd sit in electione partis si solũ petatur sententia pronũciari nulla. sed si petatur etiam pronũciari super principali nõ poterit adiri superior saluo nisi sentẽtia fuisset nulla per iniuriam et sic dolum iudicis. Et sic intelligit.l.absentem. que aperte vult etiam super principali posse pronunciari per superiorem dum dicit qd sententiam reformabit. Sed ipse idem Bart.in.l.si vt proponis.C.quomodo et quãdo iu. absolute tenet quod sit in electione partis quem adeat etiam si petat super principali pronũciare: quia causa nullitatis videtur etiam ad se trahere causam ipsam principalem. allegat not. per Innocẽ. extra de iudi.c.cum contingat. et quod habetur in.d.l.absentem. Et dicit etiam se simile verbum nunquam dixisse. Sed certe imo idem dixerat in.l.si expressim.ad finem.infra de appella. Et forte hec opi. propter autoritatem glo. Barto. et Innocen. seruaretur in practica. tamen forte de iure verior est opi. quam hic tetigit quod nõ reperiatur iure cautum quod superior possit super principali pronunciare quando aditur per viam nullitatis nisi in casu dicte.l. absentem. Et sic quando sententia fuit nulla per iniuriam et dolum iudicis. vnde alr remanere debemus in terminis dicte.l.iiij. prout voluit Innocẽ. imo plus forte posset dici quod etiam si super nullitate tantum pars velit adire superiorem non possit nisi in casu dicte.l.absentem.s. quãdo sententia fuit nulla per dolum illius. Et hoc videtur etiam de mente Innocen. in dicto.c.de cetero. nec obstat quod habetur in.l.quedam mulier. supra fami. hercisunde. et in.l.carmelia pia. supra de iure patronatus. quia ibi superior fuit aditus per viam appellationis. quo casu bene incidenter venit nullitas. Sed nos loquimur quando principaliter tantummodo via nullitatis intentatur. Si autem simul intentetur via nullitatis et appellationis vt quia dicatur sententia nulla et inquãtum sit aliqua iniusta et appelletur an hoc fieri possit nota per Barto. in.d.l.si expressim. et per glo. et doc.in.l.j.C. quando prouo.nõ est ne. Et communiter practicatur qd sic. de quo dic vt in dictis iuribus nota.

6 ¶ Circa secundum videlicet a delegato qui tulit sententiam nullam an finiatur eius iurisditio aduerte quia quidam vt Ange. dicunt quod hoc fallit primo in delegato a principe quia ille poterit iterato iudicare sicut et quilibet ordinarius. argumẽ.l. a iudice.C.de iudi. Sed re vera non reperitur hoc clare expressum: qr in dicta.l. a iudice. hoc non dicitur. Nam licet delegatus principis habeat multa specialia quia possit subdelegare. et etiam suam sententiam exequi: non tamen reperitur hoc expressum quod possit de nullitate pronunciare. Et sic videtur quod remaneat sub regula huius legis. vnde hoc non est sine scrupulo. Item fallit secundo secũdum Angelum in delegato per inferiorem a principe ad vniuersitatem causarum quia iste etiam equiparatur ordinario per legem primam.§.finali. infra qui et a quo. ibi tamen loquitur quo ad potestatem subdelegandi nõ quo ad effectum de quo hic. nam hoc nõ est sine dubio. Fallit tertio in delegato ab inferiore a principe ad vnã causam tãtum si tulit sententiã nullã cõtra formã rescripti qr tũc nõ dicit perfunctus officio suo. Et ideo iterum poterit pronũciare sicut et arbiter.l. quid tamẽ in prin.ff.de arbi. scdm Ja. de are. et Old. vt hic refert Ang. et sequitur dominus Bartho. de salyce. in.l.si vt pponis.C. quomodo et quando iud. Et pro hoc facit qd no. etiam Bar. ibidem vbi etiam hoc satis videtur de mente sua. Et per hoc patet qd leges dicẽtes qd delegatus qui tulit sentẽtiam nullam iterato non iudicat debẽt intelligi quando seruata forma delegationis iudicauit. sed propter aliud accidẽs sentẽtia est nulla vt qr iudicauit parte absente nõ cõtumaciter. vel die feriata. et ita intellige.d.l.si vt pponis. Fallit etiã quarto scdm Bar. qñ per errorẽ facti iudex tulit sententiam. nam si est nulla poterit nihilominus iterato pronunciare. allegat Innocẽ.in.c.j. extra de re iudica. Sed certe si bene ponderentur verba Innocen. ibi nõ loquitur in sententia. sed in facto alio extraiudiciali puta prouisionis de beneficio. vnde ipse idem Innocẽ.in.c.in literis. de officio deleg. absolute voluit qd sentẽtia nulla qualitercunq̃ etiã per errorẽ facti finiat iurisditionem delegãtis. secus dicit in factis et aliis preter sententiam. Et ponit exemplum de delegato ad prouidendum de beneficio nam in illo vt beneficium principis debitum sortiatur effectum latior sit interpretatio. facit.l.fi.ff.de cõsti. princi. et quod habetur in c.cum dilecti. extra de do. Et propter hoc dixit Hostien. vt refert Joan.an.in.d.c.j. qd etiam si per errorẽ iuris prouisio non teneat possit iterato prouidere. Sed iuxta predicta insurgit dubium qd

7 vidi de facto † an delegatus super causa nullitatis possit sniam reformare si hoc petat. nam videretur qd sic per. l. absenté. C. de accu sa. iuncto eo quod no. Bar. in. d. l. si vt proponis. In contrarium facit quia iurisditio delegata est stricti iuris. extra de offi. dele. c. P. z. G. Et sic videtur qd solum possit se intromittere de eo qd est commissum. z hanc partem tenet do. Bart. de salyce. in dicta lege si vt proponis. dicens contraria procedere in ordinario. ¶ Sed aduerte quia contra sumu dictum facit quod not. Innocé. z hoc qd in simili in. c. vt debitus extra de appel. z ibi per Jo. an. in glo. circa fi. vbi dicũt qd delegat⁹ sup articulo appellatiõis ab interlocutoria pronũciet bene appellatũ z male iudicatum poterit de causa cognoscere sine noua cõmissione de casu principali. sicut z posset ordinarius qui cognouisset de dicta appellatione. quasi videatur in dubio mens delegantis qd deleget dictam appellationẽ ab interlocutoria scdm sui naturam. Sed sua natura est quia deuoluit negotiũ principale si sit bene appellatũ. vt. d. c. vt debitus. z sic videreť in proposito qd tenendo opi. glo. z Bar. videať dicendũ qd intelligať dicta causa nullitatis ɔmissa fm sui naturam. Jo. tñ an. in. d. c. vt debitus. dicit inspiciendã formã delegationis. z sic forte voluit qd aut cõmittitur cã appellatiõis cũ suis coherentibus dependentibus z cõnexis z tunc possit cognoscere etiã de causa principali. aut cõmisit causam dicte appellationis ab interlocutoria z tũc nõ intromittat se vlterius. aut dixit cõmittimus tali vt faciat iustitiã. z tũc qz hec verba sunt pregnãtia forte voluit qd etiã tunc procedat dictum Inno. Nisi dicas qd illa verba debeãt referri ad petitionẽ partis arg. l. si defensor. §. qui interrogatus. ff. de interro. acti. tñ forte ppter multiplicationem litiũ euitandã ad quam superior in dubio videť tendere ar. l. terminato. C. de fru. z lit. expen. z extra de dolo z contu. c. finem litibus. in dubio intelligeť simpliciter. Nec ob. d. §. qui iterrogatus quia loquitur de respõsione que fit per partem parti. hic in respõsione que fit per superiorẽ mens in dubio videť velle euitare multiplicationẽ litis. Et per predicta forte eodẽ modo posset distingui in questione predicta vt diligenter attẽdi debeãt verba ipsius rescripti z cõmissionis. ¶ Extra glo. tangit hic Bart. quid si iudex condẽnat pro aliquo maleficio aliquẽ in certa quantitate et adijcit in sententia qd si condemnatio esset facta in plus vel minus ꝙ debeat fieri ex forma statuti ex tunc reducit condemnationem ad debitam quantitatem ex forma statuti. An illa clausula aliquid operetur. Et ɔcludit post Jaco. bel. qd nõ. z ideo dat cautelã qd ante verbum condemno apponat clausulã dicẽdo si ex forma statuti venit condemnandus in centũ condemno eum in ipsa centum vel in quantitate in qua ex forma statuti debet cõdemnari per hãc. l. z facit. l. actor. cũ ibi no. ff. e. z. l. paulus. Sed hec opi. nõ placet Ang. dicens quod tantum operãtur dicta verba apposita post verbũ condemno quantũ si essent apposita ante. Mouetur primo per gl. ordinariam in. l. itẽ labeo. §. pe. ver. z si furere. ff. a. her. coniuncta gl. parua. que incipit affini que dicit saluo qd. j. dicam. Scdo pro hoc allegat glo. in. l. obligationũ fere. §. cõditio ff. de act. z obli. vbi iudex in euentum conditionis potest resoluere sniam condemnatoriã. z hoc idem videtur tenere Spec. z Joan. an. post eum in ti. de senten. §. species. ver. quid si iudex pcipit vbi dicit qd quis potest condemnari ad soluendũ nisi iuxta certũ terminum ꝓbauerit se soluisse licet dicat quod tutius sit expectare an probeť solutio necne ante latam sniam prout factum fuit in. c. suborta. de re iudi. z iterlocutoria. Jo. an. ibi habet pro expedito quod sic possit ferri per. c. cum venissent. ver. nos igitur. extra de consti. z per no. per glo. extra de ver. sig. c. ex parte in fi. vlt. gl. Tertio pro hoc allegat ipse An.

8 † quia pacta z clausule que apponuntur in eodem contextu orõnis siue apponãtur in principio siue in medio siue in fine videntur inesse dispositioni sicut ab initio eẽnt apposite. l. si testm̃. C. de institu. z substi. z. l. lecta ver. dicebam cum simi. ff. si cer. pe. Non obstat hec. l. quia responde verum esse quod postꝙ iudex condẽnauit z ipsam sniam condemnatoriã habuit pro absoluta z perfecta qd tũc nõ põt mutare nec corrigere. ʒ in questione proposita nisi ꝓlatis omnibus verbis snie iudex nõ vř habere actũ pronũciandi pro expedito z perfecto. facit. l. contractus. C. de fi. instru. ideo nõ põt dici qd tũc corrigat eã vř emendet fatetur tamen Bar. idem quod hic tenuit in. l. j. in prin. ff. ad turpil. z in. l. moris. ff. de penis. Tu adde qd pro hac sententia Ang. etiã facit glo. ordinaria in. c. predicator. xvj. q. j. vbi dicit glo. quã sequitur ibi Archi. qd valeat hec sententia condemno titium in decem imo absoluo. facit. l. stichus. ff. de manu. test. z de here. insti. l. si ita scriptum. Item facit secundo pro eo quod habetur in. l. j. §. fi. ff. de stip. seruo. cõiuncta. l. cõtra iuris. §. fi. ff. de pactis. in quibus patet quod licet seruus nõ possit preiudicare dño post actionem quesitam. d. l. contra iuris. z. l. seruus. C. de pac. tamen istud intelligitur nisi incontinenti velit preiudicare. d. l. j. §. fi. ¶ Item pro snia Ang. facit quod no. specu. in tit. de arbi. §. fi. ver. licet autem. vbi plus videtur velle Spe. quod etiã post actum snie perfectum z consummatũ possit se corrigere dũmodo incontinenti hoc faciat. a rgu. eius quod dicitur in simili de teste qui potest incontinenti corrigere dictum suũ vt in. c. preterea. extra de testi. z argu. d. l. lecta. ff. si cer. pe. Sed aduerte quia si vis tenere sniam Bar. potes respondere ad rationes An. vt. ff. dicã. Et pro opi. Bart. facit quod no. Jo. and. post. pe. in. c. fi. super gl. fi. in fi. extra de rescrip. vbi dicit qd si iudex habet ꝓnunciare se incompetentẽ z condemnare partem in expensis prius debet ꝓnunciare super expẽsis ne alias si prius ꝓnunciet se incompetentẽ non possit postea ꝓnunciare super expensis. Et idem apertius tenuit spec. in titu. de expẽsis. §. iusta. ver. nono. Pro Bar. etiam facit illud vulgatum enolat emissum semel irreuocabile verbũ. vt habeť in. §. vlt. xliij. dist. Non obstat gl. in. d. l. itẽ labeo. qz potest respõderi primo quod illa gl. nõ ꝓbatur p illũ tex. Nam dũ tex. dicit qd pure adiudicauit potest intelligi id est non facta mentione qd velit partem illam adiudicatã alteri seruire. Et ita ĩtellexit Cy. nõ approbãdo glo. illã in. l. terminato. C. de fruc. z lit. expẽ. Scdo potes dicere qd illa gl. loquiť qz in eodẽ orõnis cõtextu iudex limitat suũ dictũ quod videtur posse facere sicut z adijcere conditionẽ. l. j. §. biduũ. ff. quãdo ap. sit. Sed questio Bar. loquiť vbi in diuersis orationib⁹ fit additio inter que est lõga differentia vt patet ex his que habẽtur in fi. in. l. z si quidẽ. C. de excep. z in. l. exceptionẽ. C. de proba. Tertio põt dici qd illa. l. loquiť qñ iudex agit modificare per clausulã nõ corrigere in totũ vel ĩ partẽ hic secus nã ibi adiudicauerat certã rem. z sic etiã remanet adiudicata tota. ʒ per clausulã modificatur qd debeat seruire alteri nõ illud incõtinenti fieri põt. Item nõ obstat gl. in. l. obligationũ. fere. §. cõditio. qz illa glo. loquiť qñ apponitur dictio nisi que videť facere hoc casu orationem conditionalẽ nõ resolutiuã sicut in vltimis volũtatibus. l. quibus diebus. §. quidam titio. ff. de condi. z demõ. hec eñ est benignior interpretatio vt in snia fiat interpretatio sicut in vltimis voluntatibus potius ꝙ in contractibus cũ per illã magis faueatur reo ar. l. arrianus. ff. de act. z obli. Et ideo potius debet presumi. ar. not. per Bar. in simili in. l. centesimis. §. fi. ff. de ver. ob. preterea dici potest qd illa glo. nõ loquitur in snia diffinitiua sed in snia interlocutoria excõicationis que facilius põt immutari ꝙ diffinitiua. l. qd iussit. ff. eo. z sensit Jo. an. in addi. specu. super. d. ver. quid si iudex z eodẽ modo põt rñderi ad dictũ spec. Jo. an. quia loquiť in sententia precepti de soluẽdo que de se est interlocutoria licet quo ad quid habeat quandoꝗ vim diffinitiue. facit qd not. in. l. cũ nõ solum. §. necessitatẽ. C. de bo. que li. Et dato qd loquereť in diffinitiua põt dici qd dño nisi in actu snie facit conditionem sicut in vltimis voluntatibus nõ solutionẽ sicut in ɔctibus vt supius est dictũ. Et per hoc etiã nõ obstant no. in. c. ex pte. Item nõ obstat. l. lecta cũ si. ff. si cer. pe. qz põt dici prio qd hic clausula nõ fuit apposita in eodẽ orõnis contextu sed in diuersis vt dictũ est. Item scdo põt dici qd illa lec. cũ si. z similiter. l. ɔctus. C. de fi. instru. loquunť qñ actus fit ab hñtibus ptãtem de nouo actũ incohandi. vnde ex quo incõtinenti aliqd adijciť diciť inesse. Ʒ nos loqmur in iudice qui post ꝓlatã condemnationẽ vel absolutionẽ nõ põt aliquid adijcere vel de nouo facere. z in eo vř verificari illud vulgatum de quo. ff. euolat emissum zc. z maxime attento quod sententia cũ magna z rigorosa solẽnitate debet proferri. l. j. z. ij. ff. de sentẽ. ex peri. reci. z. c. fi. de re iudi. in. vj. Item non obstat quod habetur in dicta. l. j. §. fi. quia loquitur in actu contractus in quo non sic rigorose proceditur vt patet ex superius dictis. z ex his que habẽtur in. l. pactum quod bona fide. C. de pac. iuncta. d. l. j. z. ij. Item non ob. glo. in. d. c. predicator. quia potes dicere primo quod ibi fuit in eodem orationis contextu. hic secus. vel secundo ibi per verba successiua z incontinenti prolata detegitur iudicem primo loco errasse euidenter ex lapsu lingue. z nullo modo consensisse mentaliter. ideo nimirum si tunc statur vltimo dicto. Nam non videtur valere in eo quod in primo dixit ex quo euidenter constat non cõsensisse in eo quod primo verbo dixit. facit optime quod no. Jo. an. in. c. ij. super gloss. extra de pur. vul. vnde saltem si est iudex ordinarius videtur quod tunc valeat in eo quod vltimo dixit cum possit iterato pronunciare quando prima sententia est nulla vt hic tetigit glo. Sed in delegato forte esset maius dubium an dicta glo. procederet. Tamen si velles etiam eam tenere in delegato posses dicere quod non: qz detegitur ex lapsu lingue dixisse qd voluit illud non habeat finire eius iurisditionem. secus quando dixit qd voluit licet putauerit se bene dixisse z errauerit. Et ita est in questione proposita: quia iudex consensit in condemnationem de centum putans id velle statutum. facit quod dicimus in simili quod sentit quis ex causa putatiua in. l. j. et per totum de condi. inde. z. l. nunquam nuda. de acqui. re. do. z qd no. in. l. eleganter. ff. de dolo. licet in casu in quo statutum id nõ vellet voluerit se corrigere quod non videtur posse per supra dicta. Item nõ obstat dictum Spe. in dicto ver. licet. quia non probatur iure nec videtur bonum simile de teste: quia testis deponit dictum suum verbotenus licet redigatur in scripturam. Nec in dispositione eius requiretur tanta solẽnitas sicut in sentẽtie prolatione. ideo posset facilius testis corrigere dictum suum incontinenti anteꝙ loquatur cum partibus dicto. c. preterea. quã iudex qui cum magna deli-

gna deliberatione ꝛ magna solennitate dꝫ venire ad prolationem snie vt ptꝫ in preallegata.l.j.ꝛ.ij. Non obstat etiã.l. lecta. quia superius est responsum. Et per hoc opi. Bar. ꝛ Jac.belui. posset a contrariis defensari. in eo tamen quod dixi.§.de contextu orõnis intellige quãdo est vnica oratio: vel saltem verba taliter concipiũtur quod ex eodem contextu apparet sequẽtia venire ad terminationem precedentiũ. Et intellige etiam siue hoc sit expresse siue tacite ex iuris interpretatione. Ut quãdo dixit ꝯdemno saluo qð.§. dicam. Nã licet postea aliquid adiiciatur in alia oratione intelligitur ex iuris interpretatiõe dictum in eadẽ oratione. ar.l. modestinus.§.de solutionibus. Item aduerte quia ad glo.dicti.c.predicator. posset etiã responderi alteri scꝫ quod intelligatur in sententia interlocutoria puta super expensis ꝛ similibus. Item attende quod ei quod allegatũ est supra per bar.vcꝫ qð euolat emissuꝫ ꝛc. vt in dicto.§.vltimo. xliij.di.põt responderi quod ibi loquitur respectu facti quia sicut factum non põt haberi pro infecto.l. in bello.§.facte.§.de capti. ita dictum non potest dici non esse dictũ nec fieri quin sit dictum. Item potest responderi ad dictum Jo.and. positum in dicto.c.fi.ꝛ similiter ad dictum Specu.qð illud dictũ nullo iure probatur.ꝛ videtur potius probari oppositum in.c. vt debitus. extra de app. vbi ex ordine litere patet qð iudex appellationis ab interlocutoria remittit partes ad primũ iudicẽ quãdo est male appellatum.ꝛ postea condemnat in expensis.ꝛ sic postq̃ nõ habet se vlterius intromittere. Et pro hoc etiã videtur esse casus non cauillando in cle.j.de rescrip. vbi iudex qui pronunciat se incompetentẽ propter impetrationẽ minus canonice factam potest pronunciare super expensis. nec exigit ibi litera quod pmo super expẽsis pronũciet. Et pro hoc facit qꝛ lꝫ per talem pronunciationem factã ab eo nõ fit iudex in causa principali nõ tñ patet ipsum nõ esse iudicem super articulo competentie vel incompetẽtie. imo potius oppositum cum ꝛ super illa pronũciet. ideo nimirum si super expensis factis occasione dicti articuli incompetẽtie poterit pronunciare sicut ꝛ iudex principalis cause lata sententia pronunciat super expensis factis occasione ipsius cause arguẽdo de toto ad partẽ ar.l. que de tota.§.de rei ven. Et sic patet qð questio ista pro vtraq; parte est dubitabilis.† Tamẽ pro concordia
9 opinionum forte potest sic dici quod aut iudex ex interuallo vult adiicere aliquam clausulam. ꝛ clarum quod non potest secundũ omnes si per illaꝫ velit corrigere aut immutare sniam vt patet in hac.l.saluo eo qð dicitur de expẽsis in.l.paulus.§.e. qꝛ etiam tunc id nõ venit proprie ad correctionẽ vel immutationem snie. sed potius ad quoddam additamentũ. Aut iudex vult incontinẽti aliquam clausulam adiicere ad correctionẽ vel immutationẽ snie et tũc aut vult illam adiicere post sniam habitã pro perfecta ꝛ absoluta.ꝛ hoc casu non possit per hanc.l. prout videtur voluisse bar. ꝛ etiã Ang. lꝫ Spe. voluerit cõtrariũ in dicto ti.de arbi.§.fi. ver. lꝫ aũt. sed videt̃ qð nõ bene qꝛ dictũ eius nullo iure probat̃. imo videt̃ potius cõtra hãc.l. nec iura allegata per eũ probãt dictũ suũ vt superius tetigi. Nec videt̃ bona equiparatio de iudice ad testẽ per rationẽ quã.§.tetigi. Aut vult dictã clausulam adiicere anteq̃ snia sit habita pro pfecta ꝛ absoluta.ꝛ tũc aut talis clausula venit ad modificationẽ ꝛ qualificationẽ snie. aut venit ad correctioneꝫ seu mutationẽ in totũ vl̃ i partẽ. Si euenit ad modificationẽ tũc videt̃ qð possit dictã clausulã adiicere. Et hoc clarũ qñ in cõtextu eiusdem orationis adiicit vere vel interpretatiue. vt quia dicit in iudicio cõi diuidũdo. adiudico talẽ fundum tali ita tñ qð debeat seruitutẽ vie tali socio. vel qꝛ dixit adiudico talem fundũ tali saluo eo qð infra dicã. Nã si postea adiicit etiã in alia orõne de seruitute videt̃ qð possit per tex.cũ glo.in.d.l.item labeo. Si aũt vellet hoc facere in diuersa oratione ꝛ nõ in cõtextu eiusdẽ orõnis vere vel interpretatiue tũc est maius dubiũ. Nã forte gl.a cõtrario sensu in.d.l. Itẽ labeo videtur voluisse id fieri nõ posse.ꝛ aptius Cy. in.d.l.terminato. Sed forte de iure verius est oppositũ. Nam ex quo fit incontinẽti adiectio predicta anteq̃ snia sit habita ꝓ perfecta ꝛ absoluta videt̃ qð cẽseat̃ inesse ꝛ habeatur perinde ac si ab initio esset posita ex quo venit solum ad qualificandã personam arg.l.lecta.cũ similibus.§.si cer.pe.ꝛ facit qð habet̃ in.l.si hinarũ §.de serui.vr.pre. Et intelligat̃ ita.d.l.iteꝫ labeo. qñ ex interuallo vellet adiicere pure adiudicationi ꝑus facte nam tũc nõ poterit. ꝛ dicto casu possit procedere opi. Ang. Si aũt clausula que adiicit̃ venit ad correctionẽ vel immutationẽ snie tũc forte posset dici quod aut apponit̃ in eodẽ cõtextu orationis aut nõ per no.in sili in.l.exceptionem.C.de proba.ꝛ.l.ꝛ si quidem.C. de excep. plus tñ placet quod hoc casu dicat̃ qð aut ex cõtextu orationis apparet iudicem ex lingue lapsu errasse.ꝛ sic in eo quod precessit nullatenus consensisse.ꝛ tunc valeat dicta adiectio saltem in ordinario per glo.dicti.c.si predicator. Sed in delegato esset maius dubium vt supra dixi.ꝛ facit qð not. Joã.and.in dicto.c.ij.extra de pur.vul. Aut id non detegitur:ꝛ tunc aut ex verbis clausule redditur sententia conditionalis ꝛ suspensiua:ꝛ tũc possit adiici. vnde non curo an iudex dicat si titius ex forma statuti veniat cõdemnandus in centum ex tali causa ipsum condemno in centũ. An vero econtra dicat condemno titium in centum si venit in dicta quantitate condemnandus ex forma statuti. Et sic non curo precedat vel sequatur hoc casu verbum condemno ex quo vtroq; casu sententia redditur conditionalis. imo plus forte potest dici qð idem erit dicendum etiam si iudex sic dicat condemno titium in centum. Et hoc si vel ita tamen si veniat condemnandus in dicta quantitate ex forma statuti ex quo sic instantanee adiiciatur conditio per.l.j.§.biduum.§.quando appel.sit. Et per hoc etiam videtur qð si iudex dicit condemno titium in centum nisi probauerit se soluisse infra decem dies qð valeat dicta sententia tenẽdo qð dicta dictio nisi faciat conditionem suspensiuam ꝛ non resolutiuam vt supra dixi. aut verba dicte clausule non reddunt sententiam conditionalem seu sub conditione suspensiua sed tendunt ad resolutionẽ sententie in totum vel in partem. Et sic faciunt conditionem resolutiuam vt est videre in exemplo Barto. quando dicit qð condẽnat in centum. Et si ex forma statuti venit in plus vel minus condemnandus ex tunc reducit sententiam ad dictam cõdemnationem. nam tunc constat qð sensit in centum licet ex causa putatiua putans statutum sic velle ꝛ in effectu intendit ex vi clausule resoluere sententiam.ꝛ tunc hoc casu non possit tamen inferior a principe nõ videatur hoc posse vt hac.l.cum concordantiis scdm glos. Et sic possit saluari opi. Bar. ꝛ Ja.de belui. Et hoc in diffinitiua in interlocutoria autem videtur qð facilius possit adiici clausula per id qð dixi supra ꝛ qð no. Joã.an.in.d.tit.de sen.§. species. super ver. quid si iudex. Et hoc sufficiat de ista questione. ¶ Quid autẽ si iudex dicat admitto instrumenta tua vel exceptiones istas si ꝛ quatenus de iure possum ꝛ teneor ꝛ aliter non quid operẽtur dicta verba. Bar. tetigit aliquid in.l.si quando. de leg.j.ꝛ ibi modicum aut nihil boni dicit. sed melius dicit in.l. ambitiosa. circa finem.§.de decre.ab ordi.fa. vbi in effectu concludit qð vbi al's de iure si sic simpliciter fieret admissio teneret licet forte esset iniusta in casu isto propter dubia verba. vbi al's admissio teneret ꝛ esset iniusta nunc redditur ipso iure nulla. Et sic non erit opus quod petatur reuocatio vel appelletur eo casu quo al's posset appellari quia verba dicte clausule videntur respicere effectum. arg.l. in tẽpus. de here. insti. Et sic videtur de mente iudicis qð vbi cum effectu non debent admitti nullatenus intelligantur admissa. quod singulariter nota: qꝛ quotidie de facto in practica vidi tales admissiones fieri. Quid autem in decreto quod iudex interponit super alienatione rei minoris si et quatenus de iure potest et non aliter an teneat tale decretum tetigit Barto. in.l. cum propter.§. de le.prestan. vbi concludit quod si alienatio habebat omnes solennitates ꝛ omnia requisita preter decretum tunc operetur ꝛ valeat decretum. alias secus.

Post rem. Sententia iusiurandum ꝛ confessio in iudicio facta habent executionem paratam. hoc dicit. ¶ Nota quod confessus in iure habetur pro iudicato. Et sic non videtur necessaria sententia de quo in.l.prima.C.de confes.ꝛ.l.prima. infra titulo primo ꝛ in capitu.fi. extra de confes. Item secus videtur si extra ius de quo in iuribus preallegꝫ.ꝛ.l. prima in fine. supra de interro.actio. An autem possit allegari error per talem confessionem plene habetur in.l.secunda. infra titu.primo. ¶ In glos. secũda in fine dic melius ꝛ plenius vt ibi not. quia speciale est ibi quãdo sententia est lata virtute iuramenti necessarij.ꝛ sic virtute probationis minus legitime supplete per iuramentum necessarium. vnde secus quando esset lata ex vi iuramenti iudicialis vel conuentionalis vt ibi not.

Summarium.

1 Minor vigintiquinq; annis qñ possit esse iudex ordinari⁹.
2 Princeps inhabilem promouens cum ipso censetur dispensare.
3 Arbiter an differat ab arbitro.ꝛ nume.4.
5 Seruus per pretorẽ vel principem promotus an efficiatur liber.
6 Clausula non obstante an debeat apponi in dispensatione seu habilitatione.
7 Promouens inhabilem non censetur cum eo dispẽsare nisi ex certa scientia hoc fecerit.
8 Dispensatio est iuris communis relaxatio.
9 Princeps promouens indignum censetur cum eo dispensare.
10 Papa non presumitur quem ex certa scientia promouere nisi hoc exprimatur.
11 Scientia certa pape per testes probari potest.
12 Clausula motus proprij quid operetur.
13 Iudex cui obiicitur qð non potest esse iudex an possit de ipsa exceptione cognoscere.
14 Iudex an possit cognoscere de exceptione infamie vel excommunicationis.
15 Iudex an possit cognoscere de exceptione eius personã sigillãte.
16 Exceptio excommunicationis contra ordinarium obiici potest.

17 Exceptio quod quis non sit iudex quando opponi debeat.
18 Satisdans de iudicio sisti an dicatur in iudicem consentire.
19 Satisdatio de iudicio sisti ⁊ de iudicato soluendo debet ante litis
contestationem prestari.
20 Judicium non dicitur susceptum ante litis contestationem.
21 Reus potest vti pluribus exceptionibus.
22 Citatus coram non suo iudice non tenetur comparere.
23 Citatio dicitur sententia interlocutoria.
24 Experiri sine actione nemo tenetur.
25 Decretum ex falsa causa interpositum est ipso iure nullum.
26 Notorium quando releuet ab onere proponendi.
27 Judex an possit cognoscere an sua sit iurisditio parte cõparente.
28 Rescriptum nullum an ⁊ quando possit iurisditionem tribuere.
29 Arbitri non sunt eligendi super exceptione spirituali.
30 Appellari potest a sententia qua iudex se competentẽ pronũciat.
31 Pronunciari debet super competentia iudicis in omni causa.
32 Judex an absq; noua cititatione possit citatum non comparen-
tem mulctare.



Uidam consulebat. Maior de-
cẽ ⁊ octo an-
nis ordinarius ⁊ delegatus iudex esse potest. Minor
vero decem ⁊ octo annis maior. xiiij. potest esse iudex
si ex consensu partium delegetur vel ex certa scientia imperator
eum iudicẽ dederit ⁊ non aliter. h.d. ꝺm Bar. ⁊ Ang. Uel ꝺm in-
tellectũ quem puto verum maior. xx. annis minor. xxv. potest da-
ri etiam ab inferiori a principe. ⁊ etiam non intercedente partiũ
consensu. maior vero decẽ ⁊ octo sed minor. xx. non potest dari iu
dex nisi detur a principe vel nisi ab inferiori detur de partium vo
luntate ab inferiori a principe dari nõ potest. h.d. Et ita videtur
hanc. l. interpretatum fuisse papã in. c. cũ vigesimũ extra. de offi.
deleg. Cuius interpretationi est standum etiam in foro ciuili qñ
ius ciuile dubium interpretatur iuxta no. in. c. licet ex suscepto. ex
tra de fo. compe. ⁊ in. l. pap. §. meminisse. ff. de inoffi. testa. l. quãq;
C. ad. l. falc. Et mirandum est quod nostri docto. de illa decretali
mentionẽ non fecerũt. Et diuiditur hec lex in quatuor. Quia pri
mo ponit questionem. Secundo ponit solutionem cum certa li-
mitatione. Tertio declarat ipsam solutionem. ⁊ ipsam etiam mo
dificat. Quarto ponit quandam illationem. Secũda ibi ⁊ equis-
1 simum. Tertia ibi certe. Quarta ibi proinde. ¶ † No. primo an ⁊
quãdo minor. xxv. annis possit esse iudex ordinarius vel delega-
tus. an autem possit esse arbiter habetur in. l. cum lege. ff. de arbi.
⁊ tangitur cum gl. An autem illiteratus possit esse iudex videret
quod non per no. in auten. de iudi. in princip. colla. vj. Sed con-
trariũ tenuit hic Ang. q; etiaz delegati possunt habere assessores
extra de rescrip. c. statutum. §. assessores. lib. vj. de quo etiaz specu.
in titu. de iudi. deleg. §. excipitur. ver. Jtem qd est illiteratus. ⁊ p
2 glo. ⁊ doc. in. l. certi iuris. C. de iudi. ¶ † Jtem not. ex fi. l. qd prin-
ceps promouendo inhabilem videtur cũ ipso dispẽsare. Et sic fa-
cit qd si princeps vel papa confert beneficium vel gratiam incapa
ci ex certa scientia eoipso videtur super incapacitate dispensare.
Et idẽ dicit hic Ang. in inferiore a principe habente potestatem
dispensandi qd est notandũ ꝺm eũ. Et ita dicit tenere Joã. and.
in. c. j. de etate. ⁊ qualitate in. vj. in gl. ordi. ⁊c. ⁊ allegat etiã no. in
spec. in tit. de lega. §. suum quoq;. ver. princeps quoq;. ⁊ quod ha
betur in. l. apud filiũ. in prin. ⁊. l. si rogatus. §. fi. de ma. vin. Tu
adde quod imo glo. predicta in. d. c. j. videtur voluisse contrariũ
inquantũ dicit qd promouens indignum non venit puniendus;
licet potuerit dispensare si non apparet expresse quod dispensaue
rit. vnde de hac questiõe bar. hic tetigit sed nõ decisit remittens
etiam ad notata per Jnno. extra de filijs presby. c. veniens. vbi de
hoc per eũ. ⁊ per Joan. an. ⁊ melius q̃ alibi per glo. ⁊ Jo. an. in. c.
fi. extra de schisma. ⁊ aliquid etiã in remissionibus datis per glo.
in. d. c. j. ⁊ aliquid etiã per Bar. in extrauagã. ad reprimendũ. in
ver. nõ obstantibus. forte aliquid dicam post glo. ¶ Jn glo. j. ibi
sub. in delegato. hoc videtur contra istum ver. ⁊ si forte. qui loqui
tur etiã in delegato. Sequens etiam non videtur bona vt tangit
glo. Sed tertia communiter tenetur per glo. ⁊ docto. nostros que
plenius declaratur in. §. quod autem. ⁊ in. §. cũ pretor. hic alleg.
3 † Et ex illa habes qd nõ est differentia inter arbitrum ⁊ iudicem.
contrariũ tamen tenuit glo. iuris canonici in. c. cũ vigesimũ. ex-
tra de offi. dele. ⁊ illã etiã ibi sequitur Joã. an. post Jnno. ⁊ alios
de quo statim dicã. Jtem ex dicta so. habes quod minor. xviij. an.
